P

NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
8
14 — G
13
ROMA

Digitized by Google

n.132.

Camera
Scan. 6: Ord: 1:

M

Digitized by Google

Digitized by Google



MONACHII.

Impensis Ioannis-Hertsroy. 162

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

SERENIS-
SIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO ALBERTO COMITI PA-
latino Rheni, vtriuſq; Ba-
uariæ Duci, &c. Do-
mino clementiſ-
ſimo.

DE lingua acturo apud Serenitatẽ Veſtram, Non mihi ſi centum linguæ ſint oraque centum, ritè equidem licebit exequi oratoris munus: Vna certè lingua linguam iuſtis coloribus nunquam depinget, ſeu laudare velit

bonam, ſeu vituperare malam. Lingua enim, quam ratio frenat, & virtus in vſus commodaque hominum, in laudes item diuinas quaſi aurigans ducit, gemma eſt, gemmę nulli comparanda. Lingua verò, quæ rationis habenas, tanquam furibũdus Aſturco, excutit, quæ Diuos ipſos diris incæſtat, quæ famam, nomenque alienum lacerat, peſtis eſt, cui nullam parem Acheronti regna habent, & inuenire deſperant. Hanc tã tetram, tam deteſtabilem per

hunc

Digitized by Google

hunc libellum adumbrare penicillo auſus Serenitatem Veſtram iudicem appello, imo potius patronum, nã aliorũ iudicum officia mihi non deerunt: de qua enim lingua ſcribo, eadẽ, vt hoc ſęculũ eſt, iudicabor. Verũ inter perſtrepentes vulgi linguas, ſatis mihi erit, ſi benignam ferat ſententiã Serenitas Veſtra, ad quã multis de cauſis prouoco; & quia rerum intelligens eſt, & quia malam linguã ſuis ponderibus librat; imo etiã quia iã Sereniſſimo parenti

Sereniſſimoq; fratri partẽ laborum meorũ tranſcripſi, decuit vtiq; & Serenitati Veſtræ tenues ſeneſcentiũ mearũ Muſarum cenſus pariter deferre. Multa me quoque priuato nomine mouerunt, quę non denarro, ſed memoria retineo, ne citius obliuiſcar gratus eſſe, quã Serenitas Veſtra obliuiſcatur benefacere, Monachii 4. Idus Iulias. Anno cIↄ. Iↄ. cxx.

Serenitatis Veſtræ.

Humillimus Sacellanus

Ioannes Pelecyus.

Digitized by Google

AD LECTOREM PIVM.

DE CAVSSA, ORDINE ET INSCRIPTIONE horum librorum.

COGITANTI mihi, Pie Lector, quantum laboris Grammatici Rhetoresq; inter quotidianas diſcipulorum cathedras, exhaurire ſoleant; illi, vt Barbariſmos Solæciſmosq;, linguarum peſtes, & Priſciani hoſtes, è medio tollant; iſti, vt phaleras verborum & ornamenta orationis iuuentuti inſtillent: multò pulchrius vtiliusq; eſt viſum, in emendandis humanæ linguæ ſceleribus, & locutione ad virtutis honeſtatisq; normam exornandâ laborare. Tantò enim hoc negotium illi an-

tiſtat, quantò maius eſt benè viuere, quàm benè dicere; contrà leges diuinas delinquere, quàm contrà Grammaticorũ Rhetorumq́; regulas peccare, Deo deniq; quàm Priſciano diſplicere. Nihil enim prodeſt, & plurimùm obeſt, elegantibus verbis fœdarum rerum ſordes in audientium aures inuehere: cùm in ſuam quisque aliorumq́; perniciem verba artificio ornet, quæ honeſtatis regulâ deſtituuntur. Siquidem nihil citius nocet, quàm venenum melle conditum; & conſultius eſt, penitus non poſſe loqui, quàm cum offensâ Dei loqui; ne Linguæ membrum ad Numinis laudem deſtinatum, in telum vertatur, quo anima Inferis militans, Superisq; bellum faciens, æternam, cum Epulone Euangelico, ſitim mereatur. Nam tantum omnino momen-

momentum in linguâ eſt poſitum, vt, niſi illa, tanquam immanis beſtia, diligentiſſimè oppeſſulata cuſtodiatur, illico foras prorumpens, magnam virtutum fortunarumq́ omnium ſtragem edat, ipſamq́ adeò hominis ſalutem miſerrimè præcipitet. Luculentis id ipſum teſtimoniis D. Iacobus Apoſtolus confirmauit, dicens: Si quis in verbo nō offendit: hic perfectus eſt vir; poteſt etiam freno circumducere totum corpus. Ecce menſura perfectionis trutinatio eſt verborum; & totius corporis regimen, ab vnius membri gubernatione pendet. Si enim equis frena in ora mittimus, ad conſentiendum nobis, etiam omne corpus illorum circumferimus. Et ecce naues, cùm magnæ ſint, & à ventis validis minentur, circumferuntur autem à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis Iac. 3. 2.

voluerit. Ita & lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Quod ergo freni ſunt equis, quod claui nauigiis, hoc plectrum linguæ hominum eſt ingeniis. Cades cum equo, ſi hoc frenũ nimiùm laxaueris: naufragium facies, ſi clauum iſtum in ſcopulos direxeris. Viperæ naturam habet. Penes te eſt venenum ex hoc membro facere, vel medicinam. Lingua enim, quod etiam fabulatori Æſopo ignotum non fuit, res optima eſt, ſi volueris, nempe magnarum virtutum miniſtra: eadem rurſus res peſſima eſt; ſi peſſimè eâ vſus fueris, quippe omnium penè ſcelerum inſtrumentum. In ipſâ enim benedicimus Deum & Patrem; & in ipſâ maledicimus homines, qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit bene-

Iac. 3. 9.

dictio

Digitized by Google

dictio & maledictio. Quid vis amplius? Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Nonne hæc ſola verba ſolicitudinem nobis iniicere poſſunt, vt attendamus linguæ? Et vtinam vel tanta cura eſſet non offendendi Dei, quanta eſt non offendendi Priſciani. Plurimi certè reperiuntur, qui eô crebrâ diligentique exercitatione perueniunt, vt in Grammaticorum leges ſermocinando non ampliùs peccent. Quis autem eô aſcendit, vt in leges Chriſti & morum, verbo non offendat? Elegantiùs quàm ſanctiùs loqui diſcunt homines, quia mortalium auribus, non autem immortalium oculis placere ſtudent. Hoc ipſum deplorantem Auguſtinum audi: Quid autem mirum, inquit, quòd in vanitates ita ferebar, & à te Mat. 12. 37. S. Aug. l. 1. Confeſſ. c. 18.

Deus meus ibam foras, quando mihi imitandi proponebantur homines, qui aliqua facta ſua non mala, ſi cum barbariſmo, aut ſolæciſmo enunciarent, reprehenſi confundebantur? Si autem libidines ſuas integris & ritè conſequentibus verbis copioſè, ornatèque narrarent, laudari gloriabãtur? Et infra: Vide Domine Deus, & patienter vt vides vide, quomodo diligenter obſeruent filii hominum pacta litterarum & ſyllabarum, accepta à prioribus locutoribus, & à te accepta æterna pacta perpetuæ ſalutis negligant, vt qui illa ſonorum veterũ placita teneat aut doceat, ſi contra diſciplinam Grammaticam ſine aſpiratione primæ Syllabæ Ominẽ dixerit, magis diſpliceat Hominibus, quàm ſi cõtra tua præcepta Hominem oderit, diffamarit,

falsò

Digitized by Google

falsò accuſarit, conuiciis proſciderit, cùm ſit Homo. Et paulò pòſt. Cùm homo eloquentiæ famã quærit, aſtans ante Hominem iudicem, circumſtante hominum multitudine, inimicum ſuũ odio immaniſſimo inſectans, vigilantiſſimè cauet, ne per linguæ errorẽ dicat, inter hominibus, & ne per mentis furorem Hominem auferat ex hominibus, non cauet. Cùm ergo plures ſint Cicerones, quàm Sigaleones, crebriores Demoſthenes, quàm Harpocrates, & maior multitudo in Schola Quintiliani quàm Pythagoræ, ac in tanto lapides loquentium numero tam pauci Chryſoſtomi, & tamen longè plus ſitum ſit in eo, vt piè quàm doctè loquamur, conſtitui hoc duplici libro, morum Barbariſmis Solæciſmiſq; à Lingua auerruncandis, operam impendere. Neq;

in hac Scholâ quiſquam vno die omnia comprehenſurum confidat. Grandi labore opus eſt, vt hîc litteratus fias. Pambus Abbas, vnus ex illis priſcis pænitentiæ laude claris Anachoretis, cùm ſine litteris eſſet, acceſſit ad quendam vt doceretur Pſalmum. Qui cùm audiuiſſet primũ verſum Pſalmi triceſimi octaui: Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in linguâ meâ: Secundum verſum non paſſus eſt audire dicens: Si potuero opere hoc implere, hic verſus tantummodo mihi ſufficiet. Cùmq; Doctor, qui ei tradiderat verſum, eum culparet, cur per ſex menſes ad ſe minimè veniſſet, reſpondit: Quia verſum illum adhuc opere non impleui. Poſtea verò cùm multos ſuperuixiſſet annos, à quodam noto rogatus, an didiciſſet verſum: nouendecim,

Trip. l. 8. c. 1. Pet. de Natal. l. 6. c. 38.

inquit, annis vix eum implere valui. Ita nimirum multis magnisq; immunditiis hoc Augiæ ſtabulum; lingua ſcilicet, impletur, vt planè Herculeo opus ſit ad eam repurgandam; imò non Hercule, ſed Spiritu Sancto, eam ipſam ob cauſſam igneis in linguis quondam apparente, vt ignitos morſus viperearum linguarum perſanaret. Qui tantò ſunt peſtilentiores, quantò coniunctiores. Non enim opus eſt aſpidibus ad vbera applicitis, cum Cleopatra mortem accerſere; quisque ſibi aſpis ipſe eſt, & ſuamet ſeſe vel linguâ interficit, vel ſanat, cùm nullum nõ virtutis genus ſit, quod linguæ radix proferre non poſſit. Sicut & omnium vitiorum mater eſt, & veluti quædam Lerna malorum. Qua de cauſſa Vniuerſitas iniquitatis ab Apoſtolo appellatur;

latur; vnde & in opus noſtrum, Titulus hic migrauit. In ventoſâ enim linguâ Superbiæ tumor, Auaritiæ dolus, Iracundiæ ignis, Odii aculeata verba, Inuidiæ ſtimuli. Libidinis blanditiæ, Deſidiæ excuſationes, Adulationum hami, Blaſphemiarum tonitrua, & ſi qua alia monſtra ſiniſtro Nox partu genuit, vniuerſa ſtabulantur. Quæ quidem omnia expugnare cùm difficilius ſit, quàm Anteum elidere, Nemæũ Leonem frangere, Harpyias pellere, aut Erimanthæum aprum clauâ domare, iuxta illud: Omnis
Iac. 3. 7. *natura beſtiarum & volucrum, & ſerpentium & cæterorum domantur, & domita ſunt à naturâ humanâ; Linguam autem nullus hominum domare poteſt, mirum eſt pleroſq; tam negligentes in hoc tam pernitioſo monſtro debili-*

bili-

bilitando reperiri. Si enim adhibitâ omni diligentiâ, omniq; freno iniecto, adhuc tamen hanc beſtiam inquietam & noxiam experimur, quid obſecro fiet, ſi eam arbitratu ſuo, vbicunq; voluerit graſſari, patiamur? Hos itaque libros, Pie Lector, tanquam frenos hoſtis tui à nobis accipe. Quos ſi vituperabis, hoc ipſo vituperatis te indigere ſciemus: Si quid noſti rectius iſtis, candidus imperti; ſi non, his vtere mecum. Deus Op. Max. conatus hos noſtros ad ſuam Deiparæq; matris ſuæ honorem & gloriā promouere, finemq; optatum concedere dignetur. Sed ſtadium fauſto ſidere ingrediamur.

Digitized by Google

Programma
AD LECTOREM,

Quid tibi vel centum linguas petis, orâue centum,
Aegrè cùm poſsit lingua vel vna regi.
Lingua malum (quamuis lingua ſanctiſsimus Auctor)
Quo grauius nullũ terra nec orcus habet.
Hæc odijs totum diris permiſcuit orbem,
Natura ſanctus quem ſociârat amor.
Quid Natricis morſus refugis, virusq́; Chelydri?
Plus tibi dentati lingua Theonis obeſt.
Toxica mille bibas, & mille aconita: nocebunt
Hæc tibi quàm Lingua noxia tela, minus.
Cuncta venena iacent præ quod ſtygis vnda propinat,
Lingua tamen ſtygias impia vincit aquas.
Caſtigatores, vbi ſunt pia numina, Linguæ
Sigalio non eſt, occidit Harpocrates.
Tu Samii taciturna colas quinquennia Vatis,
Atq; tacere prius diſce, deinde loqui.

M. R.

FACVL-

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS PER SVPERIOREM GERMANIAM.

CVm duo libri, de Vniuerſitate iniquitatis, ſiue de mortifero linguæ hominis veneno, eiuſque præſenti remedio, Auctore Ioanne Pelecyo, ab aliquot Theologis noſtris viſi & probati ſint, ego Chriſtophorus Grentzing, Societatis IESV, per ſuperiorem Germaniam, Prouincialis, poteſtate, ab Admodum Reuerendo Patre noſtro, Mutio Vitelleſco, eiuſdem Societatis Præpoſito Generali, accepta, eos typis publicari permitto: In cuius rei fidem Auctori hoc teſtimonium, Chyrographo, & ſigillo noſtro ſubſcriptum, ac munitum dedi. Monachii 3. Maij. An. 1620.

Chriſtophorus Grentzing.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX
Totius operis, eiuſq;
LIBRORVM ET CAPITVM.

Liber prior.
De mortifero veneno & remedio Linguæ humanæ, in genere.

PROEMIVM

CAP. I In quo poſita ſit vis & natura Linguæ humanæ. PAG. 2

2. Lingua humana bona vna, mala alia eſt. 10

3. Qui linguâ ſuâ abutuntur, peccato ſe adſtringunt. 17

4. Lingua praua vniuerſitas eſt iniquitatis. 23

5. Lingua impia plurima & maxima ſecum adfert damna 31

6. Deus prauę linguæ grauia irrogat ſupplicia. 42

7. Homo poteſt mortiferæ linguæ ſuæ remedium adhibere. 51

8. Homo debet mortiferæ ſuæ linguæ medicinam facere. 64

9. Gulæ edomatio plurimùm confert ad refrenationem linguæ. 72

10. Lectio ſacra conducit ad edomationem linguæ. 78

11. Con-

Digitized by Google

11. Conſideratio malorum linguæ facit ad refrenationem linguæ. 58
12. Oratione impetratur linguæ ſanitas. 94
13. Lingua mortificatione ſubigitur. 101
14. Occaſionum fuga vtilis eſt ad comprimendam linguam 108
15. Linguæ medicinam facit ſilentium moderatum. 127
16. Lingua ab homine cuſtodienda eſt. 133.
17. Cor omni cuſtodiâ ſeruandũ eſt. 138
18. Vt lingua curetur, firmo propoſito opus eſt. 144
19. Præmeditatio linguæ frenandæ neceſſaria eſt. 150

Liber poſterior.

De mortifero veneno & remedio Linguæ humanæ, in Specie.

PROOEMIVM.

Cap. 1. Mala Adulationis. 158
2. Remedia Adulationis. 169
3. Mala Ambitionis 182
4. Remedia Ambitionis. 195
5. Mala Blaſphemiæ. 221
6. Remedia Blaſphemiæ. 232
7. Mala Calumniæ. 248

8. Reme-

8. Remedia Calumniæ. 257
9. Mala Conſilii praui. 271
10. Remedia Conſilii praui. 279
11. Mala Contumeliæ 289
12 Remedia Contumeliæ. 298
13. Mala Curioſitatis 309
14. Remedia Curioſitatis. 315
15. Mala Deriſionis. 339
16. Remedia Deriſionis. 345
17. Mala Detractionis. 356
18. Remedia Detractionis. 365
19. Mala Excuſationis malæ. 383
20. Remedia Excuſationis malæ. 393
21. Mala Fraudis. 407
22. Remedia Fraudis. 415
23. Mala Garrulitatis. 431
24. Remedia Garrulitatis. 441
25. Mala Hæreſis. 45[illegible]
26 Remedia Hæreſis. 462
27. Mala Hypocriſis. 476
28. Remedia Hypocriſis. 484
29. Mala Iactantiæ. 498
30. Remedia Iactantiæ. 507
31. Mala Imprecationis malæ. 532
32. Remedia Imprecationis malæ. 538
33. Mala Imprudentiæ. 550
34. Remedia Imprudentiæ. 555
35. Mala Laſciuiæ. 571
36. Remedia Laſciuiæ. 580
37. Mala Maleficii. 592

37. Re-

38. Remedia Maleficii. 598
39. Mala Mendacii. 606
40. Remedia Mendacii. 619
41. Mala Murmurationis. 635
42. Remedia Murmurationis. 643
43. Mala Nugarum. 658
44. Remedia Nugarum. 668
45. Mala verborum Otioſorum. 681
46. Remedia verborum Otioſorum 686
47. Mala Periurii. 698
48. Remedia Periurii. 707
49. Mala Querimoniarũ malarum. 721
50. Remedia Querimoniarũ malarũ. 726
51. Mala Rixarum. 740
52. Remedia Rixarum. 747
53. Mala reuelationis Secretorum. 749
54. Remedia reuelationis Secretorũ. 766
55. Mala Seueritatis in loquendo. 776
56. Remedia Seueritatis in loquẽdo. 784
57. Mala Taciturnitatis malæ. 798
58 Remedia Taciturnitatis malæ. 805
59. Mala impugnationis Veritatis. 819
60. Remedia impugnationis Veritatis. 830.
61. Fructus & vtilitates ſanatę linguæ, 840

LIBER.

LIBER PRIOR.

DE MORTIFERO VENENO, ET REMEDIO LINGVÆ humanæ, in genere.

PROOEMIVM.

LINGVA, quam D. Iacobus Apoſtolus vniuerſitatem iniquitatis appellat, duobus à nobis libris in ſolem, ordine, vt putamus haud incommodo educitur, eorum vt priore beneuolus Lector venenũ, & antidotũ illius, in genere; poſteriore autem eadem in ſpecie, rectius animaduertere, maioreq; cum intelligentia, & fructu conſequi poſſit. Illud autẽ in vniuerſa hac tractatione ſtuduimus, breues vt eſſemus, Iliademq; malorũ Linguæ nuce concluderemus. Ad priorem ingredienti alma de cœlo lux affulgeat.

CAPVT I.

In quo poſita ſit vis & natura Linguæ humanæ.

DEDIT homini artifex ille noſter ac parens Deus linguam, portionem eam corporis, quā fauces primùm cōtinent: multæ deinde ac ſubtiles venulæ ſurſum, deorſum, & ad latera porrectæ, ceu vincula quędam conſtringunt; & oſſea tandem ſepes triginta duorum dentiū, & labia duo, ceu valuæ, pretioſum theſaurum concludunt. Eius vſus nō eſt ſimplex; ſed in duobus conſtat officiis, guſtandi & eloquendi. Prius illa exequitur, cùm cibum, vt Lactantius auctor eſt, delibat primùm, ne aſſumptus noceat, delibatum inde & comolitum col-

Ariſt. l. 11. animal.
Lib. de opiſic. c. 10.

colligit, & conglobatum vi ſua deprimit, & ad ventrem tranſmittit, & os tandem, ſcopæ inſtar, perpurgat. Poſterius ſola per ſe implere non poteſt, niſi acumen ſuum palato illiſerit, & à dentibus labiorumq; compreſſione adiuta fuerit. Illud homini cum belluis commune eſt; hoc, ſingulari Dei beneficio, ſibi homo ſolus propriè vendicat, loquendiq; adeo vis eius vnius propria eſt, quemadmodum & ratio. Voces enim inprimis illæ brutorum animantium, quæ varios affectus ſuos, famis, ſitis, doloris, lætitiæ, &c. naturaliter indicant, ſermones ideo propriè non ſunt, quia articulatim diſtinctę non ſunt. Voces deinde aliæ quorundam animalium, quæ, vel diuinitus, vel ab ho-

Digitized by Google

minibus cōdocefacta ſunt, articulatim licet diſtinctæq; ſint, ſermones tamen propterea nō ſunt, quia à ratione non proficiſcuntur, eiuſque interpretes non exiſtunt. Eiuſmodi fuit vox bouis illius, qui Tyberi inundante dixit: Caue tibi Roma: & duorum ceruorum, qui Octauium, obtenta victoria Actiaca his verbis ſalutarunt: Aue Cæſar, victor Imperator. Cornicis etiam Domitiani, cùm in Capitolio diſertis verbis mortem illius prędixit; niſi quòd (eſt) proferre non potuit, ſed (erit) pro illo; iuxta illud:

Plin. l. 8. c. 45. Idem l. 1. c. 6. & Plin. l. 10. c. 43. Macrob. l. 2. c. 4. & Sueton. in Domit. c. 23.

Nuper Tarpeio, quæ ſedit culmine cornix,
Eſt benè non potuit dicere, dixit: erit:

Pſittaci item, qui olim in Hi-

ſpania

Hiſpania Matriti, Muſicæ ſcalæ notas diſtinctè cecinit; vt & mularum, de quibus in translatione *S. Stephani* his verbis mentio fit: Trahebant currum mulæ, in quo corpus D. Stephani erat repoſitum, dum venirent ad locum Conſtantianas appellatum, in quo & depoſitum eſt, cùm verberibus iumenta, vt porrò procederent, vrgerentur, altera illarum humana uoce: Quid, inquit, cæditis, hic ſanctus collocandus eſt? Has voces & Pontifex, & cætus vniuerſus cùm audiſſet, magnis vocibus in laudes effuſus eſt. Vox ergo hominis ſola, quia vtrumque cõplectitur, ſermo & locutio propriè appellatur, vt Philoſophorum coryphæus docet. Eſt verò homini loquendi hæc facul-

Menea Græcorum ex Niceta.

Primo Polit.

cultas à Deo conceſſa, cum alio vt poſſet animi ſui cogitata, conſulta & optata communicare. Finem hunc agnouit Plato, cùm ſic ſcripſit: Propter hoc datus eſt nobis ſermo, vt præſtò fierent mutuæ voluntatis indicia. Stagirita item Ariſtoteles his verbis: Ea, quæ ſunt in voce, adeoque lingua, ſunt earum, quæ in anima ſunt paſſionum notæ, hoc eſt, voces ſunt ſigna conceptionum animæ. Accedit his D. Baſilius, cùm docet hominibus ea de cauſſa loquendi facultatem tributam eſſe, vt inter ſe animi cogitata cõmunicarent. Hinc trita illa: Lingua animi eſt index, internuncia, interpres, imago, character, ſpeculum, cordis pediſſequa, echo, &c. Nihil enim eſt, quod magis hominem

In Tim.

Lib 1. Peri her.

Hom. in attende tibi.

minem indicet quam ſermo; ſenſum enim illius aperit, & animum ipſum exprimit, qui & diuinus eſt, & maxima atque optima hominis pars eſſe perhibetur. Notauit id D. Chryſoſtomus, cùm aduertit, quòd quantumuis attactu manus deceptus fuiſſet Iſaac, quando putauit eas eſſe Eſau, cùm tamen non eſſent, ſed Iacob: ſtatim verò ac locutus eſt, dixit: Vox quidem vox Iacob eſt, &c. Et addit: Fallit habitus patrem, ſed vox indicat veritatem, refert vox, quod habitus refellebat, nudat lingua, quod tegmina ſimulabant; ita enim alienum eſt quod ſimulatur, & proprium, quod per vocem ſentitur. Clemens item Alexādrinus: Qualis ſermo eſt, talis vita. Et Hugo de S. Victore:

Tom. 1. hom. de Iac. & Iſ.

Gen. 27. 13.

INDEX
Totius operis, eiuſq;
LIBRORVM ET CAPITVM.

Liber prior.
De mortifero veneno & remedio Linguæ humanæ, in genere.

PROEMIVM

CAP. I In quo poſita ſit vis & natura Linguæ humanæ. PAG. 2
2. Lingua humana bona vna, mala alia eſt. 10
3. Qui linguâ ſuâ abutuntur, peccato ſe adſtringunt. 17
4. Lingua praua vniuerſitas eſt iniquitatis. 23
5. Lingua impia plurima & maxima ſecum adfert damna 31
6. Deus praueę linguæ grauia irrogat ſupplicia. 42
7. Homo poteſt mortiferæ linguæ ſuæ remedium adhibere. 51
8. Homo debet mortiferæ ſuæ linguæ medicinam facere. 64
9. Gulæ edomatio plurimùm confert ad refrenationem linguæ. 72
10. Lectio ſacra conducit ad edomationem linguæ. 78

11. Con-

11. Conſideratio malorum linguæ facit ad refrenationem linguæ. 58
12. Oratione impetratur linguæ ſanitas. 94
13. Lingua mortificatione ſubigitur. 101
14. Occaſionum fuga vtilis eſt ad comprimendam linguam 108
15. Linguæ medicinam facit ſilentium moderatum. 127
16. Lingua ab homine cuſtodienda eſt. 133.
17. Cor omni cuſtodiâ ſeruandũ eſt. 138
18. Vt lingua curetur, firmo propoſito opus eſt. 144
19. Præmeditatio linguæ frenandæ neceſſaria eſt. 150

Liber poſterior.

De mortifero veneno & remedio Linguæ humanæ, in Specie.

PROOEMIVM.

CAP. 1. Mala Adulationis. 158
2. Remedia Adulationis. 169
3. Mala Ambitionis 182
4. Remedia Ambitionis. 195
5. Mala Blaſphemiæ. 221
6. Remedia Blaſphemiæ. 232
7. Mala Calumniæ. 248

8. Reme-

8. Remedia Calumniæ. 257
9. Mala Conſilii praui. 271
10. Remedia Conſilii praui. 279
11. Mala Contumeliæ 289
12 Remedia Contumeliæ. 298
13. Mala Curioſitatis 309
14. Remedia Curioſitatis. 315
15. Mala Deriſionis. 339
16. Remedia Deriſionis. 345
17. Mala Detractionis. 356
18. Remedia Detractionis. 365
19. Mala Excuſationis malæ. 383
20. Remedia Excuſationis malæ. 393
21. Mala Fraudis. 407
22. Remedia Fraudis. 415
23. Mala Garrulitatis. 431
24. Remedia Garrulitatis. 441
25. Mala Hæreſis. 450
26 Remedia Hæreſis. 462
27. Mala Hypocriſis. 476
28. Remedia Hypocriſis. 484
29. Mala Iactantiæ. 498
30. Remedia Iactantiæ. 507
31. Mala Imprecationis malæ. 532
32. Remedia Imprecationis malæ. 538
33. Mala Imprudentiæ. 550
34. Remedia Imprudentiæ. 555
35. Mala Laſciuiæ. 571
36. Remedia Laſciuiæ. 580
37. Mala Maleficii. 592

37. Re-

Digitized by Google

38. Remedia Maleficii. 598
39. Mala Mendacii. 606
40. Remedia Mendacii. 619
41. Mala Murmurationis. 635
42. Remedia Murmurationis. 643
43. Mala Nugarum. 658
44. Remedia Nugarum. 668
45. Mala verborum Otioſorum. 681
46. Remedia verborum Otioſorum 686
47. Mala Periurii. 698
48. Remedia Periurii. 707
49. Mala Querimoniarũ malarum. 721
50. Remedia Querimoniarũ malarũ. 726
51. Mala Rixarum. 740
52. Remedia Rixarum. 747
53. Mala reuelationis Secretorum. 749
54. Remedia reuelationis Secretorũ. 766
55. Mala Seueritatis in loquendo. 776
56. Remedia Seueritatis in loquẽdo. 784
57. Mala Taciturnitatis malæ. 798
58 Remedia Taciturnitatis malæ. 805
59. Mala impugnationis Veritatis. 819
60. Remedia impugnationis Veritatis. 830.
61. Fructus & vtilitates ſanatę linguæ. 840

LIBER

LIBER PRIOR.

DE MORTIFERO VENENO, ET REMEDIO LINGVÆ humanæ, in genere.

PROOEMIVM.

LINGVA, quam D. Iacobus Apoſtolus vniuerſitatem iniquitatis appellat, duobus à nobis libris in ſolem, ordine, vt putamus haud incommodo educitur, eorum vt priore beneuolus Lector venenũ, & antidotũ illius, in genere; poſteriore autem eadem in ſpecie, rectius animaduertere, maioreq; cum intelligentia, & fructu conſequi poſſit. Illud autẽ in vniuerſa hac tractatione ſtuduimus, breues vt eſſemus, Iliademq; malorũ Linguæ nuce concluderemus: Ad priorem ingredienti alma de cœlo lux affulgeat.

CAPVT I.

In quo poſita ſit vis & natura Linguæ humanæ.

DEDIT homini artifex ille noſter ac parens Deus linguam, portionem eam corporis, quã fauces primùm cõtinent: multæ deinde ac ſubtiles venulæ ſurſum, deorſum, & ad latera porrectæ, ceu vincula quędam conſtringunt; & oſſea tandem ſepes triginta duorum dentiũ, & labia duo, ceu valuæ, pretioſum theſaurum concludunt. Eius vſus nõ eſt ſimplex; ſed in duobus conſtat officiis, guſtandi & eloquendi. Prius illa exequitur, cùm cibum, vt Lactantius auctor eſt, delibat primùm, ne aſſumptus noceat, delibatum inde & comolitum

Ariſt. l. 11. animal.
Lib. de opific. c. 10.

col-

colligit, & conglobatum vi ſua deprimit, & ad ventrem tranſmittit, & os tandem, ſcopæ inſtar, perpurgat. Poſterius ſola per ſe implere non poteſt, niſi acumen ſuum palato illiſerit, & à dentibus labiorumq; compreſſione adiuta fuerit. Illud homini cum belluis commune eſt; hoc, ſingulari Dei beneficio, ſibi homo ſolus propriè vendicat, loquendiq; adeo vis eius vnius propria eſt, quemadmodum & ratio. Voces enim inprimis illæ brutorum animantium, quæ varios affectus ſuos, famis, ſitis, doloris, lætitiæ, &c. naturaliter indicant, ſermones ideo propriè non ſunt, quia articulatim diſtinctę non ſunt. Voces deinde aliæ quorundam animalium, quæ, vel diuinitus, vel ab ho-

Digitized by Google

minibus cōdocefacta ſunt, articulatim licet diſtinctæq; ſint, ſermones tamen propterea nō ſunt, quia à ratione non proficiſcuntur, eiuſque interpretes non exiſtunt. Eiuſmodi fuit vox bouis illius, qui Tyberi inundante dixit: Caue tibi Roma: & duorum ceruorum, qui Octauium, obtenta victoria Actiaca his verbis ſalutarunt: Aue Cæſar, victor Imperator. Cornicis etiam Domitiani, cùm in Capitolio diſertis verbis mortem illius prędixit; niſi quòd (eſt) proferre non potuit, ſed (erit) pro illo; iuxta illud:

Plin. l. 8. c. 45. Idem l. 1. c. 6. & Plin. l. 10. c. 43. Macrob. l. 2. c. 4. & Sueton. in Domit. c. 23.

Nuper Tarpeio, quæ ſedit culmine cornix,
Eſt benè non potuit dicere, dixit: erit:

Pſittaci item, qui olim in Hiſpania

Hiſpania Matriti, Muſicæ ſcalæ notas diſtinctè cecinit; vt & mularum, de quibus in translatione S. Stephani his verbis mentio fit: Trahebant currum mulæ, in quo corpus D. Stephani erat repoſitum, dum venirent ad locum Conſtantianas appellatum, in quo & depoſitum eſt, cùm verberibus iumenta, vt porrò procederent, vrgerentur, altera illarum humana uoce: Quid, inquit, cæditis, hic ſanctus collocandus eſt? Has voces & Pontifex, & cætus vniuerſus cùm audiſſet, magnis vocibus in laudes effuſus eſt. Vox ergo hominis ſola, quia vtrumque cōplectitur, ſermo & locutio propriè appellatur, vt Philoſophorum coryphæus docet. Eſt verò homini loquendi hæc fa-

Menæa Græcorum ex Niceta.

Primo Polit.

cultas à Deo conceſſa, cum alio vt poſſet animi ſui cogitata, conſulta & optata communicare. Finem hunc agnouit Plato, cùm ſic ſcripſit: Propter hoc datus eſt nobis ſermo, vt præſtò fierent mutuæ voluntatis indicia. Stagirita item Ariſtoteles his verbis: Ea, quæ ſunt in voce, adeoque lingua, ſunt earum, quæ in anima ſunt paſſionum notæ, hoc eſt, voces ſunt ſigna conceptionum animæ. Accedit his D. Baſilius, cùm docet hominibus ea de cauſſa loquendi facultatem tributam eſſe, vt inter ſe animi cogitata cõmunicarent. Hinc trita illa: Lingua animi eſt index, internuncia, interpres, imago, character, ſpeculum, cordis pediſſequa, echo, &c. Nihil enim eſt, quod magis hominem

In Tim.

Lib 1. Peri her.

Hom. in attende tibi.

minem indicet quam ſermo; ſenſum enim illius aperit, & animum ipſum exprimit, qui & diuinus eſt, & maxima atque optima hominis pars eſſe perhibetur. Notauit id D. Chryſoſtomus, cùm aduertit, quòd quantumuis attactu manus deceptus fuiſſet Iſaac, quando putauit eas eſſe Eſau, cùm tamen non eſſent, ſed Iacob: ſtatim verò ac locutus eſt, dixit: Vox quidem vox Iacob eſt, &c. Et addit: Fallit habitus patrem, ſed vox indicat veritatem, refert vox, quod habitus refellebat, nudat lingua, quod tegmina ſimulabant; ita enim alienum eſt quod ſimulatur, & proprium, quod per vocem ſentitur. Clemens item Alexādrinus: Qualis ſermo eſt, talis vita. Et Hugo de S. Victore:

Tom. 1. hom. de Iac. & Iſ.

Gen. 27. 13.

Mores hominis lingua pandit, qualis ſermo oſtenditur, talis animus probatur. Baſilius: Fluentum ſermonis, quod miniſterio linguæ ad exteriora deducitur, fontis ex quo manat, index atque teſtis eſt. S. Climacus: Sicut is qui fert aromata, etiamſi nolit, ex odore proditur; ita & qui ſpiritum Dei habet, ex verbis ſuis agnoſcitur. Philo explicat id eleganti ſimilitudine ab horologiis petita, in quibus protenſa manus oſtendit, quæ iam hora inſonuerit, & quæ immineat. Proindeque appellat ſermonem indicẽ rationis ac mentis, additque: Certè vmbræ, imaginique ſermo eſt ſimilis; ſicut enim propoſita imagine in cognitionẽ exemplaris ac prototypi deuenimus; ita audito ſermone mẽtem

Grad. 26.

De migrat. Abr.

tem ac vitam loquentis colligimus. Ad Socratem aliquando adductus fuit adoleſcens, eum vt ſalutaret, atque ab eo cognitus, ſapientiâ bonisque moribus augeretur: Quo viſo ille: Loquere, inquit, adoleſcens, vt te videam, cùm non ex corporis facie, ſed ex animi habitu hominem intuendũ cenſeret. Communicatio porrò hæc ſocietatem, cuius homo perquàm naturâ ſtudioſus eſt, & amicitiam conciliat, iuxta ac ſuauitatem, vt auctor eſt Ariſtoteles, & tradidit his verbis M. Tullius: Eius autem (generis humani) vinculum eſt ratio, & oratio, quæ docendo, diſcẽdo, communicando, diſceptãdo, iudicando conciliat inter ſe homines, coniungitque naturali quadam ſuauitate. Hinc

9. Ethic. cap. 9.
1. Offic.

Mithridates Aſiæ rex, ad beneuolentiam populorum, quibus imperabat, conciliandam conſeruandamque, viginti duas linguas, quemadmodum Nigronus noſter affirmat, perdidicit. De M. Craſſo, qui quinque Græcorum linguis ius reddebat in Aſia, idem planè affirmat Valeſius, eum ratione illa ſibi ſociorum amorem conciliaſſe. Æneas Syluius Piccolomineus: Regna, inquit, non minus amor, quam ferrum tuetur, amoris autem conciliator linguæ eſt commercium.

Ad Reg. com. noſ. lib. 8. c. 7.

Plat. l. 7. cap. 2.

CAPVT II.

Lingua humana bona vna, mala alia eſt.

LAudi vbique locus ſuus eſt ac vituperationi; & lingua bono, vt & malo ſedem præbet.

bet. Bona bono ſuo vſu; mala malo etiam ſuo vſu exiſtit; ſeu, quod eodem redit, bona illa lingua dicitur, quæ bono; mala, quæ malo vacat. Diuiſionem hanc indicat in hæc verba Sapiens: Mors & vita in manibus linguę; mors ſiquidem mala, vt & vita bona eſt. His item D. Iacobus: Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. In ipſa benedicimus Deum & Patrem, & in ipſa maledicimus homines, qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt, &c. Et D. Hieronymus his aliis alicubi: Lingua nihil medium habet, aut grande malum eſt, aut grande bonum. Pythacus Philoſophus, vt refert Plutarchus, iuſſus ab Amaſi Ægypti rege, ex victima, quod optimum eſſet & peſſimum mitteret, linguam

Prou. 18. 21.

Iac. 3. 10.

Lib. de loquac.

Digitized by Google

reſectam ei miſit, indicans nimirum, & optimum eſſe membrum, ſi rectè munere ſuo fungatur; & peſſimum, ſi illud deſerat. Nõ malè quidam cecinit:

Optima lingua caro, peſsima lingua caro.

Et alius:

Nil melius linguâ, linguâ nil peius eâdem.
Triſtia cùm dulci toxica melle gerit.

Non nemo eandem limpidarũ & luculentarum aquarũ ſcaturiginem indigetauit; rogum itẽ accenſum, in quo arma iuſtitię & iniquitatis parantur. Ægyptii ſacrificantes Harpocrati clamabant: Lingua fortuna, lingua Dæmon. Græcorum eſt Prouerbium: Lingua quô uadis? ſubuerſura ciuitatem, & erectura ciuitatem. Veteres fingunt à Mercurio conditas ciuitates, ſed eadem lingua demoli-

molitur quod extruxit, ſi ſeſe verterit ad nocendum. Vis anceps eſt linguæ. Fons eſt proferens amaram & dulcẽ aquam. Vertitur magis, quam ſe uertat Polypus. Bona porrò in ſpecie illa eſt, & dicitur, quę hymnum Deo reddit, ſacrificium laudis immolat, vota exoluit, cum Maria in tympano, cum Delbora in Pſalterio, cum Dauide in Cythara, cum Gedeone in tuba, ſimul & ore Deum laudat, eique benedicit, vocem ad grati animi ſignificationem exaltat, eloquia Dei ſuper mel & fauum dulcia proloquitur, iuſtitias enarrat, teſtamentum Dei, eiuſque perfectiones prædicat; cum Apoſtolis magnalia Dei pronunciat, Deum ſupra aſtra vehit, & in domo ſedens, in via pergens, iacens & ſur-

Plut. de Iſide & Oſiride.

Eph. 5.

Digitized by Google

gens eructat verbum bonum; iudiciumque & potentiam Dei proloquitur, Chriſtum cõfitetur, eiuſque nomini in ſeculum ſeculi benedicit. Ore item ei promit gratias; hoc enim, vt Auguſtinus ait, nec dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi grandius, nec agi fructuoſius poteſt. Bona deinde eſt lingua & dicitur, qua homo ſibi ipſe, in iis, quæ ad perfectionem & ſalutem propriam faciunt, conſulit. Bona tandem illa eſt, & dicitur, quę proximũ ad cultum creatoris oratione excitat, lapſantem ſuſtentat, à malo auocat, ad bonum reuocat, ignorantem docet, errantem in viam reducit, benefacientem laudat, delinquentem corripit, iratum placat, triſtem ſolatur, ceſſantem & negligentem

Pſal. 44. 2. Eph. 77. quæ eſt ad Aurel.

tem

tem excitat, &c. Verbo omnia: Lingua illa bona eſt & dicitur, quæ calamus eſt Scribæ (Spiritus ſancti) velociter ſcribentis. *Pſal. 44. 2.* Lingua in ſpecie mala eſt, quæ iniquitatem in excelſo loquitur, ſuaſq; confuſiones deſpumans, Deum blaſphemat, Chriſtum irridet, & Sanctos carpit. Quæ delinquit in ſemetipſo, vt vates regius inquit, *Pſal. 35. 1.* totumq; corpus hominis maculat, & rotam natiuitatis, à gehenna inflamāta accendit, quæ in alios arcum rem amaram intendit, &, vt cibum panis deuorat. Quæ in terram tranſit, nihilque in ea intactum relinquens, per omnes ætatis gradus aſſiduè voluitur & decurrit. Quę peccatorum lena, Diabolo arma ſuppeditat ad omne malũ, nulla delebile morte. *Eccl. 18.*

Quæ

Quæ tandem perniciem affert pro vtilitate, exilium pro officio, venenum pro remedio. De Lingua porrò bona, quæ lingua Dei, hominiſque gloriæ appellatur, venaque adeo vitæ eſt, argentum electum, & vniuerſitas probitatis, in præſens plura non afferam, illudque ſolùm cum B. Ephrem aſſiduè precabor: Salua me Domine, & largire ſupplici famulo tuo poſtulata animæ meæ, quæ è theſauro viſcerum miſericordiæ tuæ depoſco, vt aſſiduè fontis inſtar ſcaturiat gratiâ tuâ in corde, & ore mei ipſius famuli tui, ſitque cor meum, & os diuinæ gratiæ templum purum & immaculatum, quod cœleſtem regem excipiat, & ne ſit tanquam latibulum improbarum cogitationum, & ſpelunca

De Paſſion. animæ.

Digitized by Google

lunca latronum prauis deſide-
riis, ſed digitus gratiæ moueat
linguam meam tanquam ner-
uos cytharæ ad gloriam tuã be-
nigniſſime, vt ſine intermiſſio-
ne glorificem te ac benedicã,
cum amore & deſiderio, corde
& ore per vniuerſum tempus
vitæ meæ, &c. De lingua verò *Iac. 3. 6.*
mala, quæ Diaboli lingua vo-
catur, peccatumque eſt; & ve-
rò iniquitatis vniuerſitas; plu-
rimorum item malorum ac ca-
lamitatum fons & origo, de-
inceps, adiutore bono Deo in
genere, & ſpecie agemus.

CAPVT III.

Qui lingua ſua abutitur, peccato ſe obſtringit.

ADuerſatur enim diuinæ
legi eiuſmodi lingua.
Oſtendit id apertè Sapiens his *Eccl. 23. ver. 17.*
ver-

verbis: Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum; eſt enim in illa verbum peccati.
Mat. 15. 18. Indicat idem Dominus noſter, cùm ſic loquitur: Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem, peccato nimirum.
Mat. 12. 36. Omne etiam verbum, vt idem Dominus inquit, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicii, ceu
37. peccato ſcilicet: Id quod ſequentia verba commonſtrant: Ex verbis enim tuis (bonis) iuſtificaberis, & ex verbis tuis (malis) condemnaberis. Con-
Iob. 15. 6. firmat idem Iob, cùm ſic ſcribit: Condemnat te os tuum.
Eccl. 22. 14. Cum ſtulto, ne multum loquaris, ait Sapiens, & cum inſenſato ne abieris: ſerua te ab illo, vt non moleſtiam habeas,
& non

& non coinquinaberis peccato illius. Hinc non ſine cauſſa S. Serapion peccati ſummus oſor, linguam, quàm reliquum omne corpus timuit ampliùs. Timuit autem? Cum Dauide dixit: Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Et cum Iob: Donec ſupereſt halitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis (hoc eſt, quamdiu viam) non loquẽtur labia mea iniquitatem. D. Baſilius explicans illa verba: Prohibe linguam tuam à malo, &c. ſic habet: Si quidem vis in diebus eſſe bonis, ſi diligis vitam, fac obſerues mandata vitæ. Primum autem mandatum eſt prohibere linguam ſuam à malo, & cauere ne labia ſua loquantur dolum. Peccatum quod per linguam admittitur,

Pſal. 38. 2.

Iob. 27. 3.

In Pſal. 33.

Lib. 1. Off. c. 3.

Digitized by Google

titur, omnium ferè propenſiſſimum, ſed & idem multiforme, &c. Vita noſtra plena eſt delictis linguæ. Monet etiam D. Ambroſius hominē in hæc verba. Alliga ſermonem tuum ne luxuriet, ne laſciuiat, & multiloquio peccata ſibi colligat. Sit reſtrictior, & ripis ſuis coerceatur. Citò lutum (peccati) colligit amnis exundans. Eiuſdem eſt ſententiæ D. Auguſtinus, cùm ita ſcribit: Ante te eſt æquitas & iniquitas, vnā linguā habes, ad quoduis eam vertes. Quare ergo potiùs ad iniquitatem, & non ad æquitatem? Cibos amaritudinis nō das ventri, & cibos iniquitatis das linguę tuæ malignæ? Sicut eligis quò veſcaris, ſic elige quod loquaris. Et: Magis rei ſunt, qui linguis eum crucifixerunt,

Lib. de nat. & gr.

In Pſ. 142.

erunt, quàm qui clauis: Vnde pro crucifixoribus orauit, non pro Iudæis item; illi enim ignorarunt, hi ſciuerunt. S. Ephrem idem ſignificat in Maria ſorore Moyſis, quæ cùm Prophetiſſa eſſet, ob linguæ vitium, toto corpore maculata fuit, perfuſaque leprâ: ita vt Moyſes eam penè mortuam reputauerit. Ait ergo Ephrem: Ex iis, quæ manifeſta ſunt, latentia atque occulta intelligi debent. Nam apertè corpus illius lepra occupauit, quia clam leprâ peccati animam ſuam infecerat: ex manifeſto eius malo peccatum innotuit, quod latebat. Ex teterrima ipſius lepra docemur, quàm graue & deteſtabile vitium ſit obtrectatio: Corpus, quod lepra infectum cernebatur, velut ſpeculum quoddam

De Linguæ malo.

fuit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſuit animæ ; ex illa carnis corruptione patefactum eſt, quomodo hominis maledici ac detractoris corrumpatur animus. Et D. Hieronymus: Quotiens loquimur, aut nõ opportuno tempore, aut non in opportuno loco, aut vt nõ conuenit audientibus, totiens ſermo malus procedit de ore noſtro, ad deſtructionẽ eorum qui audiunt, adeoq; peccato nos adſtringimus. Idẽ alibi ſic habet: Deus non aliam ob cauſſam adeo eminenti loco poſuit linguã, niſi quia ei magnum officium cõmiſit: infra cerebrum, in quo reſidet intellectus, ſupra cor, in quo rationis dictamen eſt, ne quid loqueretur, niſi quod intellectus ei ſuggereret, & nil diceret niſi quod pręciperet ratio. Et; Neſas eſt, vt labia

Habetur 22 q. 5. c. Quot.

In Proph. Amos.

De virgin.

labia illa, quibus Dominum confiteris, rogas, benedicis & laudas, alicuius polluantur ſorde peccati. *D. Bernardus* quoq; alicubi docet Linguam multas contrahere ſordes peccatorũ, eaſq; prolixè enumerat. Aduerſatur etiã fini, cuius cauſſa eam Deus indidit, oriq; hominis inſeruit, peccato igitur ſe alligat. Lingua tandem rationis eſt organum vt & verbum nuncius illius, indecens igitur eſt, & verò peccatum, ſi quis ea malè vtatur. *De tripl. custod.*

CAPVT IV.

Lingua praua vniuerſitas eſt iniquitatis.

ITa docet D. Iacobus, & rectè; per eam enim vniuerſa ferè flagitia vel concinanntur, vel defenduntur, vel patrantur, vt oſtendit D. Baſilius, *Iac. 3. 6.*

ad

ad ea verba: Prohibe linguam tuam à malo; ſic ſcribens: Peccatum, quod per linguam admittitur, omnium ferè propenſiſſimum eſt, ſed & idem multiforme. Iratus es? mox lingua occurrit; concupiſcentiâ teneris? habes & hîc linguam, ante omnia quaſi lenam & conciliatricem, quæ cooperetur peccato, quæ per ſimulationem proximis imponat. Eſt tibi lingua quoque vice ſcuti ad iniquitatem, cùm non ex corde loquitur, ſed ea promit, quæ ad fraudem & impoſturã faciunt: Denique quid opus eſt commemorare, quæ per linguam peccantur? Vita noſtra referta eſt linguæ delictis, turpiloquo, vrbanitate, ſtultiloquio, & quę non conueniunt, detractione, otioſo ſermone, periurio, falſis

In Pſal. 33. 114.

ſis teſtimoniis : hæc mala omnia, & adhuc illis plura ſunt linguæ opera. Et alibi docet linguam, mortifero veneno plenam peccatis omnibus ſeruire. Nazianzenus ſic quoque loquitur : Linguâ libidinoſi homines fœda multa eructant, vt ridiculi ipſi procacem riſum hominibus moueant, tum ſubſultantes ipſi, tum alios ad eundem modum afficientes, diuinæque imagini dedecus afferentes. Hæc multa, quæ tecta atque occulta eſſe oportebat, in hominum aures euomit. Hæc ſæpe ex animo perturbato grauique irâ percito, conuitiorum omnis generis, velut ſpumam quàndam extra diffundit, ſæpe rurſus inſidioſo animo, ſuauitatem beneuolentiamque præfert, eaque ſub

Hom. 32.
Orat in 40. ieiun. ſil.

Digitized by Google

iis gerit, à quibus animus abhorret, ac ſub ſermonis illecebris, ſub fraude & mendacio cędes occultat. Quis autem quot mala ex ea oriantur, oratione conſequi poſſit? Per eâ deinde & homo maledicus, Deo blaſphemias intorquet. In bonâ partem, ait Nazianzenus, hoc accipe S. Trinitas, nec tu ſtultorũ linguas prorſus effugiſti. Chriſto itẽ Domino noſtro, quâ homo ille eſt, vſq; ad conſummationẽ ſeculi maledicit homo, in cuius tamẽ nomine audito, omne genu flectendũ eſſet, cœleſtium, terreſtriũ, & infernorum. Sanctos rurſus cœlites, & in terra degentes lingua impia impiè aggreditur, vt his verbis vates regius indicat: In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit.

Pſa. 72. 9.

De human. nat.

Pſa. 111. 7.

mebit. Et D. Hieronym. Sanctos carpere ſolita eſt lingua maledica, in ſolatiũ delinquendi. In cœlum os ponit. In Planetas, eodẽ teſte, turpiſſimorum nomina hominũ, Iouis, Saturni, Martis, Mercurii, & inhoneſtæ Veneris impoſuit. Verba eius hæc ſunt: Cœlum infamare conantur, & mercedẽ ſtupri inter ſidera collocare, quaſi ex eo quòd pulchrũ & lucidũ vident cœlũ, illud reproborũ hominũ vitiis deturpare voluerint. Nulli etiã alteri homini parcit lingua, omnes petit, nõ minùs eos, inquit Nazianzenus, qui ab eiuſmodi ſagittis ſibi cauent, eaſq; ſedulò obſeruant, quã qui nihil ſuſpicãtur, bonos, malos, amicos, hoſtes, longè diſſitos, appinquos, incautos, cautos: deniq; neminẽ nõ figit, vulnerat, lacerat,

Ad Euſtoch.

In S. Amos

Orat. de ſilen.

rat, occidit: nullus eſt qui à linguę ſagitta tutus atq; immunis ſit, omnes illa deuorat, vt cibũ panis. Ad quaſcunque etiam eſcas, iuxta D. Auguſtinum, adhibetur. Omnes igitur lingua inſectatur, omnes ad peccandum pellicere conatur, omniũ odorem fœtere facit, omnibus potum præbet felle mixtum, vt aſpiciat nuditatem eorum. Rectè de hominibus illis, qui ſuâ linguâ abutuntur, dixit Eſaias: Cor impii quaſi mare feruens; dum enim mare feruet, & ebullit vndis vndique agitatum, ſeipſum purgat, ad terram & littera euomens quęcunque ſordida & immunda fert; ſic impii virulentâ linguâ omnia mala in alios coniiciunt. Sibi quoque non parcunt, vt notauit D. Ambroſius, in hæc verba Da-

Iob. 19. 22.
Mich. 3. 3.
Eſa 59.
In Pſ. 35.
Eſ. 57. 20.
In Pſ. 35.

Dauidis: Dixit iniuſtus, vt delinquat ſibi. Ita enim ille legit, & ait: Quicquid loquitur iniuſtus, iniquitas eſt, quæ in ſuum refertur authorem; nam ſicut ſpinæ naſcuntur in manu ebrioſi; ita in iniuſti ſermone naſcuntur quæ cõpungant loquentem. Cuius grauior eſt pœna quàm propria, cùm pro omni ſermone det pœnas? Serpens aliis infundit venenum, iniuſtus ſibi; in eum enim refunditur quicquid effuderit. D. Hieronymus explicat de Iudæis id, quod dixit Dauid: Conuerſi ſunt in arcum prauũ. Arcus prauus (eius ſunt verba) *Pſ.77.57.* eſt, qui dum contra inimicos ſagittas putatur iacere, ſauciat tenentem. Sicut auis auolat & reuolat in nidum; ita maledictio redit in maledicentem, &

non venit ſuper eum qui male-
De Paſſ. dicitur. D. Athanaſius aptiſſi-
ma ſimilitudine idem indicat:
Quemadmodũ, inquit, ſi quis
ſerpentem apprehẽdat manu,
dum conatur in alterũ proiice-
re, prorſus ipſe mordetur; aut
ſi quis ignem manu tenens, dũ
vult hoſtem lædere, non intel-
ligat quòd ipſe prorſus exuri-
tur, ſic malitia magis lædit eos
à quib⁹ habetur, quàm in quos
intenditur. Ideo cùm Scribę &
Pharisæi diſcipulos Domini
vellent maledico ore carpere,
quod nõ obſeruarent traditio-
nes Seniorum in lotionibus re-
petitis, pro ſingulis cibis; ad i-
pſos Dominus increpationem
Mat. 15. 3. conuertit dicens. Quare & vos
Ep. 233. tranſgredimini mandatũ Dei,
propter traditionẽ veſtrã, &c.
D. Bernardus ſi frater, inquit,
Ioannes

Ioannes in nos dixit, vel ſcripſit quod non decuit, vel quomodo non decuit, non tā nos læſit, quàm ſeipſum; magis nāque ita ſcribendo ſuam prodidit leuitatem, quàm noſtrū depræhendit errorē. Non parcit tandē lingua viperea brutis animantibus, rebuſq; aliis non viuentibus; omnibus enim maledicit. Lingua igitur toties sāguine Chriſti purpurata, vniuerſitas eſt & congeries iniquitatis. Ilias malorū, ſeges vitiorum, bellorū ſeminarium, impuritatum cloaca. *Iac 3 6.*

CAPVT V.

Lingua impia plurima & maxima ſecum adfert damna.

EA digit⁹ Dei in ſacris literis graphicè imprimis depingit. Et quidē apud Eccleſiaſticū

Eccl. 28. 16. his verbis: Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem, ciuitates multas diuitum deſtruxit, & domos magnatum effodit. Virtutes populorum concîdit, & gentes ſortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis: qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requieſcat. Flagelli plagâ liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladii, ſed non ſic quaſi interierunt per linguam ſuam. Beatus qui tectus eſt à lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non eſt ligatus; iugum enim illius, iugum ferreum eſt; & vin-

Digitized by Google

vinculum illius, vinculum æreum eſt. Mors illius, mors nequiſſima, & vtilis potiùs infernus quàm illa, &c. Alibi his aliis: *Lingua ruinas operatur.* *Prou. 25.* *Propter peccata labiorum ruina proximat malo.* *Prou 10.* *Ecce quantus ignis, quàm magnam ſyluā incendit; lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Et lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Lingua cõſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ, inflammata à gehenna, &c.* *Iac. 3. 4.* Sancti orthodoxique Patres ſcripturis diuinis accinunt. Gregorius Nazianzenus ſic ſcribit: *De ſil. ſui ieiun. c. 26.* Certè nulla res eſt, quæ maiorem hominibus perniciem afferat atque lingua. Et: Quis autem, quot mala ex lin-

gua oriantur, oratione cõſequi poſſit? Domum cum domo, ſi ita voluerit, vrbẽ cum vrbe, principatũ cum populo, populum rurſum cum principe ſtatim, atq; ſine vllo negotio cõmittit, nõ aliter atq; igniculus ſtipulæ admotus, in magnũ incendiũ citò excreſcens, conuictores, filios, parẽtes, fratres, amicos, vxores, maritos, omnes deniq; perfacilè in mutuã perniciẽ armat. Sceleratũ hominẽ bonũ aſſerit, bonũ contrà calculo ſuo perdit. Quis parẽ linguæ vim habet? quæ vtinã improbis & flagitioſis hominibus confeſtim interiret. Auguſtin. Parua eſt fauilla, quæ in magnã ſępe flammã vertitur; ſurculus, qui in ſyluã creſcit, gutta, quæ in flumẽ tumeſcit. Vnus eſt qui loquitur, inquit Bernardus, &

Ser. 3. ad fr. in er.

vnum

vnũ tantũ profert verbũ & tamẽ illud vnum verbum, vno in momento, multitudinis audientiũ animas *interficit*, vt & aliquando corpora. Et: Leuis res ſermo, tenera, mollis & exigua caro lingua hominis, quis ſapiens magni pendat? Leuis quidem res ſermo, quia leuiter volat, ſed grauiter vulnerat, leuiter tranſit, ſed grauiter vrit, leuiter penetrat animũ, ſed non leuiter exit; ꝓfertur leuiter, ſed nõ leuiter reuocatur; facilè volat, atq; ideo facilè violat charitatem. Vilis res eſt muſca moriens, ſed exterminat oleũ ſuauitatis. Tenerum membrũ lingua, attamen vix ſanari poteſt, ſubſtantiâ quidem infirmum, atque exiguum, ſed vſu magnum & validum inuenitur. Modicum membrum eſt, ſed

Ser. 24. in Cant.

De tripl. cuſt.

niſi caueas magnum malum. Tenuis eſt & lata, aptiſſimum vacuandis cordibus inſtrumẽtum. D. Ambroſius ſcribens aliquando Theodoſio Imperatori ſic habet: Quàm benè Illuſtriſſime Princeps ageres, ſi vt arma abiici imperas; ita & malas linguas putari & circumcidi præciperes; nam in aulis & palatiis plura è verbis gignuntur mala, quàm ex actionibus malis. Nihil in mundo linguâ malâ peius eſt, ait Damaſcenus, maritum cum vxore, domum cum domo, filios cum parentibus, fratres cum fratribus committit, denique nihil non mali per linguam oritur. Vehiculũ eſt Diaboli, gladius & mors in manu eius. Repete veterum monumenta, relege quicquid eſt tragœdiarum, quicquid vnquam

Lib. 1. Paral.

quam geſtum eſt à tyrañis crudeliter ac tragicè, comperies à mala lingua profectum initiū. Nullum eſſet bellū inter mortales, ſi nullæ eſſent malæ linguæ, quæ belli cauſſas ſubminiſtrarent. Interrogatus Pittacus Philoſophus, quam de lingua opinionem haberet? reſpondit, lingua, meo iudicio, ſimilis eſt lanceę ferro, ſed eſt ipſa lanceâ periculoſior; ſolam enim carnem vulnerat lançea, maledica verò lingua animum tangit & conterit. Pythagoras gladii etiam plagam quàm linguæ leuiorē eſſe dicebat; ille enim corpus, hæc animum vulnerat. Solon interrogatus, quid eſſet gladio acutius? Reſpondit linguam praui hominis; gladius enim diuidit animam à corpore, quod animat; lingua verò

Apud Suidam.

Anton. & Max. ſerm. de Loquac.

Digitized by Google

praua ſeparatᵘʳ ab eo q̄ amat; magis autẽ eſt anima vbi amat, quàm vbi animat. Sed in ſpecie magis id videamus. Deum eiuſque ſanctos honore & gloria ſpoliat lingua; in Eccleſiam idolorum cultum, hæreſeſque & errores innumeros inuehit: Per Ebionem docet Chriſtum non eſſe verum Deum, ſed hominem tantũ excellenti virtute & gratia præditũ. Per Cerdonẽ Chriſtum Deum tantũ eſſe nõ hominẽ, ſimulatèq; adeo tãtũ eſſe mortuum. Per Eutichetẽ in Chriſto vnam tantùm eſſe naturam ex diuina & humana compactam. Per Neſtorium B. Virginem non eſſe Dei genitricem. Per Saducæos negat Angelos. Per Lutherum & Caluinum, hæreſes ſexcentas, Templa deinde Dei in Dæmonum ſpe-

ſpeluncas conuertit : Statum omnem politicum igne gehennæ inflamat, comunem pacem tollit, *tranquillitatem* pertur-bat, *amicitias* diſcindit, ſimplicitatem euertit, gratiam & ſocietatem hominum è medio tollit, ſerpentiſq; afflatu adurit, ſimultates progignit, ſcandala nutrit, exiſtimationem lædit, vt ſagitta penetrans amicos perforat, multiplicat inimicos, ſuſcitat iras, mouet rixas, iurgia prouocat, virtutes elidit, concinnat dolos, arcana reuelat, omnia miſcet, incendiis omnia vaſtat, omne infortunii genus poſt ſe relinquit. Animam ſubinde gratia diuina ſpoliat, omni nobilitatis gradu exuit, Deo inimicam reddit; eius in illa ſpiritum extinguit, virtutumq; ſemina omnia tabefacit,

Intel-

Digitized by Google

Intellectum plusquam Cymmeriis tenebris obuoluit, rationem imperii præſidem, actionumque omnium regulam è ſua ſede deturbat, conſilium exterminat, iudicium profligat, voluntatem virtutibus omnique dominio ſpoliat, &, ceu ſeruam, arctis & validis cippis conſtringit, imaginem Dei deformat, effectricem potentiam vireſq; eius obtundit, merita bonaque opera omnia, quæ labore multo comparata ſunt, elidit, ſenſus corrumpit, appetitum ſenſitiuum flammis inanium noxiorumque deſideriorum accendit, & in rationem concitat, corpus omne perdit, in faciem contumelias irrogat, os graui pernicie inquinat, &, iuxta ſapientem, te-
Prou. 18.8.
rit, manus ad facinora patranda

da impellit, cor euacuat, pedes ad effundendum ſanguinẽ roborat, renes ad libidinem inflammat, ventrem Deum facit. Ad ſummam homini mortiferas plagas imponit; eum enim euertit, cœlumq; illi claudit, & infernum aperit. Malorum ergo ilias eſt lingua, miſeriarum oceanus, ſtagnum cœnô omnis ſpurcitiæ refertum, mortis ſcaturigo, ſepulchrum patens, nõ niſi fœtorem horribilem & peſtiferum exhalans. Augiæ ſtabulum. Sed quid facio? Pſ.5.11.

Non mihi ſi lingua centum, oraque centum,
Omnia damnorum percurrere nomina poſſem.

Hæc in præſens ſufficiant.

CAP. VI.

CAPVT VI.

Deus prauæ linguæ grauia irrogat ſupplicia.

GEneratim illa his diuinarum literarũ teſtimoniis
indicantur. Pręcipita Domine,
id eſt, in profundum age inimicos
meos, & diuide linguas eorum,
qui in me conſpirârunt.
Quid gloriaris in malitia? tota
Pſ. 15. 3. die iniuſtitiã cogitauit lingua
5.
6. tua. Dilexiſti malitiã, dilexiſti
7. omnia verba præcipitationis,
Ezech 3. lingua doloſa; propterea Deus
26. deſtruet te in finem, euellet te,
& emigrabit te de tabernaculo
tuo, & radicem tuam de terra
viuentium. Adhærere faciam
linguam tuam palato, &
eris mutus. Arguam te, & ſta-
Pſa. 49. 21. tuam coram facie tua. Et Do-
Matt. 12. minus: Ex verbis tuis condem-
37. naberis. Sed & in ſpecie exem-

pla

Digitized by Google

pla aliqua diuinæ vindictæ in linguam malam proferamus. Lucifer, quem *Vates* dicit principium viarum Domini, perfectum decore, & qui in medio lapidum ignitorum ambulauit, quia dixit in cœli ſe empyrei culmen conſcenſurum, & altiſſimo ſimilem futurum, ex Angelo Diabolus factus, in profundum laci, in imum inferni æternùm præcipitatus eſt. Primi parentes noſtri conſtituti à Deo Monarchæ ſuper omnes animantes, Dei parui in terra, quia voluerunt eſſe ſicut Dii ſcientes bonum & malum, exilio mulctati fuerunt, ſerpentiſque venenum in omnem poſteritatem tranſmiſerunt. Cain diuinam ſenſit damnationem cum parricidio ſacrilegæ vocis mendacium addidit.

Eſ. 14. 13.
Ezech. 28.
Gen. 4. 23.
Gen. 4. 9.
Gen. 11, 4.

Baby-

Babylonii, quia ſuperbè dixerunt ſe turrim adeo altam ſtructuros, vt diluuio à Deo deleri non poſſit, linguarum confuſione puniti ſunt. Quinque illis nefariis vrbibus Deus flammeos imbres non impluit, donec clamor eorum in cœlum
Gen. 19. 5. aſcendit. Quia populus Iſraelis
Exod. 32, 4. Aaroni dixit: Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant. Et: Hi ſunt Dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti, &c. viginti tria millia ex eo perierunt. Quia Pharao rex Ægypti Moyſi & Aaroni ſuperbè dixit: Quis eſt Dominus, vt vocem eius audiã & dimittam Iſrael?
Exod. 5. 2. Neſcio Dominum, & Iſrael nõ dimittam, &c. cum ſuis eum Deus in mediis maris fluctibus
Dan. 4. 27. demerſit. Nabuchodonoſor rex Babylonis in aula aliquando

do inambulans dixit: Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ędificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Blaſphemus hic ſermo, cùm adhuc eſſet in ore regis, vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex: regnum tuum tranſibit à te, & ab hominibus eiicient te, & cum beſtiis ferisque erit habitatio tua, fœnum quaſi bos comedes, & ſeptem tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias quòd dominetur excelſus in regno hominum, & cuicunq; voluerit det illud &c. *Num. 12. 10.* Maria ſoror Moyſis, ob murmurationem, leprâ percutitur. Core, Dathan & Abiron ſurrexerunt contra Moyſen, & alii filiorum Iſrael ducenti, & quinquaginta proceres Synagogæ, *Num. 16. 1*

&

& qui tẽpore concilii per nomina vocabantur, contra Moyſen & Aaron dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo Sanctorũ eſt, & in ipſis eſt Dominus: cur eleuamini ſuper populum Domini? &c. Et dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum, deuorauit illos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum, deſcenderuntq; viui in infernum operti humo, & perierunt de
Cap. 16. medio multitudinis. Ac cùm
41. murmuraret omnis multitudo filiorum Iſrael ſequenti die cõtra eoſdem & loqueretur: Vos interfeciſtis populum Iſrael, cùmque oriretur ſeditio, & tumultus increſceret, fugerentq; Moyſes & Aaron, Deo vltionẽ ſumente, ex eis graui plagâ quatuordecim millia hominũ perierunt.

rierunt. Plurimis licet mira-
culis claruiſſet Moyſes. Vbi,
quemadmodum D. Ephrem *Deuit. linguæ.*
inquit, modicè lingua lapſus
eſt, è terra promiſſionis exci-
dit. Mare magnũ & horrendũ *Num. 20. 21.*
viam ei præcludere nõ potuit;
ſed verbum vnicum iniquè ab
eo prolatũ, velut murus aliquis
ipſi obſtitit, ne vlterius pro-
gredi poſſet. Si Moyſen, qui
Dei inſtar factus erat Pharaoni,
vel ſolum verbũ excluſit à ter-
ra promiſſionis, quanto nos
magis maledicentia linguę no-
ſtræ, quam in Deum & homi-
nes quotidie exacuimus, à re-
gno Dei arcebit? Diſperdet cer-
tè Deus, quemadmodum olim
Pſalmiſta dixit, vniuerſa labia *Pſ. 11. 4.*
doloſa, & linguã malam omnẽ.
Quidam etiam de populo Iu-
deorum, vt in Leuitico habe- *Leuit. 24. 14.*
tur.

tur, in deſerto blaſphemans lapidatus eſt. Ignis iuſtos cæteroqui Sacerdotes, ſanctaque tractantes, quia verbis polluti erant, deuorauit. Dux exercitus, famis tempore, verbum iniquius protulit, & in porta populi pedibus conculcatus eſt. Sambſonem robore, oculis, libertate, vitâ, garrula futilitas ſpoliauit. Ananiam & Saphiram mors ſubita oppreſſit, quia Spiritui ſancto ſunt mentiti. Sed propiùs ad noſtra tempora veniamus. D. Cyprianus de quodam hunc in modum ſcribit: Vnus ex iis, qui ſponte Capitolium Chriſtum negaturus aſcendit, poſtquam Chriſtum negauit, obmutuit. Et infra: Alia in balneis conſtituta (hoc enim crimini eius & malis deerat, vt ad balneas

Leuit. 10. 2.

4 Reg 7. 20.

Iud. 16. 28.

Act. 5. 5.

Serm. 5. de lapſis.

neas ſtatim pergeret, quæ lauacri vitalis gratiam perdidiſſet) illic ab immundo ſpiritu correpta, cecidit, laniauit dentibus linguam, qua fuerat, vel pacta impiè, vel locuta: Ipſa ſui carnifex extitit, nec diu poſtmodum ſupereſſe potuit, doloribus ventris & viſcerum cruciatu defecit. Auctor eſt D. Gregorius M. in Sabinorum prouincia fuiſſe quandam Monialem, quæ corporis caſtitatem ſeruans, linguam procacitatis vitio polluebat. Cùmque diem obiiſſet extremum, & in Eccleſia ſepulta eſſet, æditiuus nocte intempeſta eam in greſſus, vidit illam ante altare diſtentam ſecari per medium, partemque ſuperiorem igne cremari, inferiorem verò relinqui intactam. Manè igitur viſa fra-

2. Dialog. 23. & 4. 51.

tribus narrans, dum locum, in quo eam vri conſpexerat, oſtendit, deprehenſæ ſunt in marmoreo ſolo ardoris veſtigia. Aliæ duæ idem ob vitium, variis pœnis, & morte tandem mactatæ fuerunt. Exemplorũ noſtræ ætatis infinitus eſt numerus. Dictum benè, in omni ſcelere:

Rarò antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.
Citatò pœna proruit.

Eſa. 42. 14. Differtur? tarditatem grauitate cõpenſat Deus. Tacui, ſemper ſilui, patiens fui, vt parturiens loquar: diſſipabo & abſorbebo ſimul, ait Deus per Prophetam. Alterius vitæ ſempiterna ſupplicia, vel verbo attingam°. In inferno poſitus diues, æternùm, in lingua maximè, ob eius incontinentiam, cruciatur, vt Luc. 16. 24.

in-

inquit Gregorius M. Commanducauerunt etiam quidam linguas ſuas, præ dolore, ob blaſphemias in Deum iactas, quemadmodum D. Iohannes in Apocalypſi teſtatur. Deus omnino, vt eſt ad ignoſcendum facilis; ita eſt præceptorum ſuorum exactor, & quidem diligens, inquit D. Cyprianus. Non ſatis etiam ad pœnas Tartarus vnus exiſtit. Linguæ hominis venenum in genere vidimus, generatim, remedia eius quoque videamus.

Hom. 40. in Euang.

Apoc. 16. 10.

Tract. de lapſis.

CAPVT VII.

Homo poteſt mortiferæ linguæ ſuæ remedium adhibere.

INduſtriâ, non ſuâ ſolâ & nuda, ſed à Deo adiuta. Prius multa demonſtrant; Sacra inprimis ſcriptura; Sic enim

Digitized by Google

Iac. 3. 7. loquitur D. Iacobus: Omnis natura beſtiarum & volucrum, & ſerpentium, & cæterorum domantur, & domita ſunt à natura humana, linguam autem nullus hominum domare poteſt. Non loquitur hîc Apoſtolus de ea animalium manſuetudine, quæ fuit ante peccatū, cùm homini illa ſubiiciebantur, & ipſe dominabatur piſcibus maris, volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram; neque de ea, quæ diuinitùs ſæpe facta
Ion. 2. 3. eſt, vt quando Cetus Ionæ pe-
Dan. 6. 22. percit, Leones Danieli, ſerpen-
Act. 28. 3. tes B. Teclæ; viperæ Apoſtolo
In vit. ipſius. Paulo, & noſtro Ioſepho; ſed
Lib. de reg. de ea, quę arte & ſagacitate ho-
Oriental. minum fit. M. Paulus Venetus refert Magnum Cham Imperatorem Tartarorum habuiſſe

cicu-

cicuratos leones, leopardos, tygrides, lynces, vrſos, & reliquas id genus feras. Et Plinius oſtendit facile eſſe domare leones, tygrideſque manſuefacere. Iuncti currum ſubiêre elephanti Pompei M. Africo triumpho. Nouimus etiam tygrides currum Liberi patris traxiſſe, de quo Poeta: *Lib. 8. c. 16. & 17.*

Liber agens Niſæ ſummo de vertice
tygres

Rhinocerotes ſcimus tempore Domitiani Romam aduectos, & morigeros ſe præſtitiſſe, ſuis magiſtris, vt Martialis dixerit:

Sollicitant pauidi cum Rhinocerota Magiſtri, *L. Spectac. Epigr. 22.*
Et dum ſe tardæ colligit ira feræ.

In Ægypto viſa fuit aſpis, humanâ induſtriâ ſic condocefacta, vt ſtatis horis ſumeret cibum è manibus heri. Aues quoque, vt picæ & graculi huma-

Digitized by Google

Plin.l 10. cap.7. nas voces edere diſcunt. Aquilæ etiam & Falcones, Struthiones, &c. manſueſcere videmus. *Lib.9.c.9.* Quod deniq; piſces domentur, nulli dubium eſſe poteſt; legimus enim apud Plinium Delphinum ſolitum fuiſſe, voce hominis audita, egredi ad littus, & dorſo hominem ſuo ſuſcepiſſe & vectaſſe per *Lib.7.c.8.* mare. Plura habet A. Gellius, vbi ex Appione refert Delphinum inclamatum à puero apud Puteolos acciri; quin etiam adnatantem dorſo puerum admiſiſſe; ita vt pinnæ aculeos velut vagina conderet, ne pueri corpus lacerarent, receptumque equitis in morem inſidentem, per magnũ æquor, & ducenta ſtadia deferret. Roma, addit ille, omniſque Italia confluebat,

vt

vt piſcem vectorem pueri ſpectaret. Ac cùm hæc omnia homo facere poſſit, non poteſt tamen linguam ſuam perdomare, ſolus ſcilicet. Quis enim, quem Lybia ſerpentem, Crocodylum Ægyptus, Tygridem Arcadia, monſtrum Aphrica, profert, è medio tollet? Quis Æthiopem lauabit? quis lernã hanc delebit, cuius ſi caput vnum abſtuleris, centum alia pullulant? Quis infernalem titionem extinguet? Homo ne miſeriis oppreſſus? poterit ne, quod Propheta ait, in petris currere, aut in bubalis arare? poterit ne inuenire herbam, aut malagma, quo linguam curet? non poterit. Impoſſibile id eſſe, oſtendit quoque D. Iacobus, cùm ait linguam eſſe plenã mortifero veneno; per-

fectumq; eſſe eum, qui linguâ non offendit. Et Eccleſiaſticus: Quis eſt, qui non deliquerit in lingua? ob difficultatem videlicet, & impoſſibilitatem. Et: Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Et: Multi ceciderunt per gladium, ſed non tanti, quanti per linguam. Aſſerit etiam Propheta regius hominem omnem eſſe mendacẽ. Eandem difficultatem experientia quotidiana ſatis ſuperq; docet. Infantuli etiam num â matre rubentes, & grandæui ſenes iam adeo forâs ſpectantes his malis perpetuò confli- ctantur. Nam quis fermè vnquam vixit, cui litem non fecerit aliquando lingua? quis tam perfectus, quem lingua non vicerit? aut tam ferreus, vt lingua mala trahi ſe nũquam ſenſerit?

Eccl. 19. 17.
Eccl. 14. 1.
Eccl. 28. 22.
Pſal. 115. 11.

ſerit? Multi quotidie vulneramur, multi etiam vel turpiter capimur, vel immaniter iugulamur, &, quod in hac miſerarum valle triſtiſſimum eſt, noſtro nos telo ferimus. Eandem S.S. Patres difficultatem agnoſcunt. B. Gregorius Nazianzenus: Linguam, inquit, non homo, non nix, non torrens, non ſcopulus, non denique res vlla coercere poteſt. Nihil eſt, quod à linguæ ſagitta tutum atq; immune ſit: Quam quiſque domuerit, is nimirum ſapientiæ arcem & principatum tenet. Et circa finem quæritur, ſe licet morbo affectum, & ſenectute fractum & debilitatum, tamen non potuiſſe effugere linguæ indomitę calamitatem, vtpote cui amicorum omniũ inuidiam conflarit. B. Auguſti-

De ſuo ieiun. & ſilen.

nus: Linguam nullus hominum domare poteſt: Et homo domat feram, non domat linguam, domat leonem, & non domat ſermonem, domat ipſe, & non domat ſeipſum, domat quod timebat, & vt ſe domet, nõ timet, quod timere debebat. D. Bernardus: Lingua ligat, & ligari non poteſt, labilis eſt, & teneri non poteſt, ſed labitur & fallitur; labitur vt anguilla, penetrat vt ſagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, ſeminat diſcordias, vno ictu multos percutit & interficit, &c. Affirmat etiam multas prouincias veneno carere, nullũ tamẽ in mundo angulum reperiri, qui malis linguis non ſit refertus. Et: Leuis quidẽ res eſt ſermo, quia leuiter volat, ſed grauiter nocet, leuiter

Ser. 3. de Ver. Dom. in Mat

Lib. de inter. Dom. cap. 50.

De tripl. cuſtod.

ter tranſit, ſed grauiter vrit, leuiter penetrat animũ, ſed nõ leuiter exit, tenerũ membrũ lingua, attamen vix teneri poteſt. Caſſiodorus: Quis eſt hominũ ſic cautus, vt ſi inter æmulos loquatur, nullum eius verbum incurrat aliquam quæſtionem. Difficilis res eſt, in lubrico faucium, conſtitutam veritatis rigidæ tenere menſurã, cui ſi incautè frena laxentur, frequẽter cõtra ſe loquitur; faciliùs enim culpa tacendo refugitur quàm loquendo. Origenes: Difficile eſt inueniri hominem, qui vnà ſaltẽ horâ os ſuum, & linguam ſuã cuſtodiat à peccato. Eandẽ difficultatẽ oſtendit natura; cõcluſit enim eã arctè, vallo coercuit, poſitis ante eam, præſidii loco, dentibus, vt ſi ratione

Super illud Pſal. Dixi cuſtod.

Hom. 5 in Pſal. 38.

intus reſonantia frena premente, obedire nolens proſiliret, morſibus eam lancinantes, eius compeſceremus intemperantiam; labiaque addidit. In vdo eſt poſita quoque, ſicque facilè in lubrico labitur, ait Auguſtinus; quantò illa citiùs & faciliùs mouetur, tantò tu aduerſus illam fixus eſto: Domabis, ſi vigilabis, vigilabis, ſi timebis, timebis, ſi Chriſtianum te cogitaueris. Paſſiones etiam & vitia conſpirant, eius vt habenas laxent, dum accipiunt eam tanquam inſtrumentũ, vt ſuorum votorum compotes euadant, cum iactura omnium virtutum. Cætera humani corporis membra vetereſcunt, nutat tremulum caput, capilli ſuo tempore albi redduntur, facies rugas contrahit, aures ſurdeſcunt,

Serm. 28. de Ver. Ap.

cunt, manus alligat paralyſis, pedes occupat podagra, trahuntur ilia, totum corpus debilitatur, lingua tamen ſemper viret, nunquam ſeneſcit. Auget difficultatem, quòd nulli hominis membro æquè atque linguæ inſidiatur Dæmon, teſte D. Chryſoſtomo: Poſt lauacrum, inquit, vndiq; nobis Diabolus inſidias parare conſueuit, ſed faciliùs lingua & ore peccante. Nullum enim æque congruum illi organum in miniſterium eſt interitus & peccati. Nã inde nobis mors, inde lapſus, inde perditio, inde naufragium præparatur, &c. Ad hoc etiam Diabolus, inquit D. Hieronymus, conſumptis carnibus S. Iob, labia eius integra dereliquit, vt haberet poſitus in tormentis, quibus poſ-

Hom. ad baptiz.

In c. 19. Iob.

ſet facilè blaſphemare, &c. Quæ omnia conuincunt hominem ſe ſolo, ſine Dei auxilio linguæ habenas iniicere non poſſe; atque ideo fortaſſis apud Homerum & alios, Ethnici in ſacrificiis linguas pecudum Diis adolebant, vt indicarent, Dei ope hominem indigere, nihil vt proferat, cuius prolati nec pudeat, nec pigeat, nec pœniteat. Quod autem id ille à Deo adiutus facere poſſit, in dubium vocari non debet. Omnia enim
Phil. 4. 13. in eo Paulus facere potuit, poterit, & quiuis alius ab eo confortatus, linguæ ſcilicet opprobrium tollere. Quod Deus autem adiuturus ſit hominem, extra controuerſiam quoq; eſt; adiutor enim eſt in opportunitatibus; conuertit

Digitized by Google

petram in ſtagna aquarum, & rupes in fontes aquarũ; elicuit mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo; *lapidem, quem reprobauerunt ædificantes fecit in caput anguli*; flauit & fluxerunt aquæ; ſuſcitauit de terra inopem, & de ſtercore erexit pauperem. E Saulo fecit Paulum, è peccatrice Magdalenam, è Publicano iuſtum, è telonio Apoſtolum, è latrone paradiſi hæredem, &c. Iuuabit haud dubiò & hominem, aperietque os illius, & inſtruet, vt ſcire poſſit, quæ ipſum oporteat loqui. Ante illum ibit, & portas æreas conteret, & vectes ferreos cõfringet, ex lapidibus filios Abrahę faciet. Fac ergo homo Dei ope ſubnixus, quod in te eſt, vt facere debes, & certò ſanabere;

ſiqui-

ſiquidem adeſſe gaudet, ſed laboranti Deus, ait Æſchilus. Maleficam linguam non patiaris viuere, Amalechitam occide, Agag concide: maledictus, qui à gladio prohibet ſanguinem.

CAPVT VIII.

Homo debet mortiferæ ſuæ linguæ medicinam facere.

Conclusimus hominem diuina ope adiutum, poſſe linguæ ſuæ remedium afferre, addimus iam eum quoque (vtramque modò æternitatem gaudiorum ac flammarum ſeriò meditetur) id facere debere, regereque, & quidem vigilantiùs, quàm ipſæ, quæ arte citæ veloque rates remoque reguntur. Aſſerit hoc, dictante Spiritu ſancto, diuina ſcriptura, per

ra, p̄ regium Prophetam, cùm ſic inquit: Prohibe linguam *Pſ.33.14.*
tuam à malo, & labia tua, ne loquantur dolum. Et per Sapien- *Prou 4.*
tem, in hæc verba: Remoue *24.*
à te os prauum, & detrahentia labia ſint procul à te. Per Eccle- *Eccl.28.*
ſiaſticum item his verbis: Ori *29.*
tuo facito ſtateram, & frenos rectos ori tuo, & attende ne fortè labaris in lingua. Scribit *Eph.4.29.*
etiam Paulus in hanc ſententiam: Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat; ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et Iacobus: Si quis autem *Iac.1,26.*
putat ſe Religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio: Id verò ſine remedio adhibito fieri nequit. Non diſſentiunt Patres. S. Baſilius:

In

Digitized by Google

Ad Gregor. Theol. In primis magno ſtudio id cõparandum habemus, ſcitè vt ſermocinari poſſimus, vt nec contentioſiùs percunctemur, nec affectantiùs reſpõdeamus, vt diſſerenti non obloquamur, nec interfari geſtiamùs abſurda oſtentatione, faſtumq; præ ſe ferente, vt modũ teneamus & ſermociandi & auſcultandi.

Orat. 2. apol. Nazianzenus: Lingua niſi ratione gubernetur, in lapſum facilè inducet hominem. S. *Ser. 22. in Pſal. 118.* Ambroſius linguæ applicat id quod dicitur de auribus: *Eccl. 28. 29.* Sepi aurem tuam ſpinis. Vtinam, inquit, & linguam obſepias, ne loquaris quæ *Lib. de ſalut. doc. cap. 42.* ſeculi ſunt, audias quæ ſeculi S. Auguſtinus: Declinemus ſemper à vitiis, & ad virtutes tendamus, nec ſuperflui ſermones procedant ex ore

noſtro,

noſtro, quia pro otioſis ſermonibus reddituri ſumus rationem in die iudicii. Nec ad maledicendum alicui conſueſcamus linguam noſtram, quæ ad benedicendum & laudandum Deum creata eſt. D. Chryſoſtomus, Magis, inquit, vertice ipſo capitis, linguam tuam cuſtodi: regius quidem equus eſt lingua, ſi ei frenum immiſeris, doctrinâ tuâ gradarium feceris; aſcendet in eum rex, & quieſcet in eo; ſi autem nullo freno domueris, ſed huc atq; illuc infrenem iactari permiſeris, diabolicum vehiculum feceris. Idem: Quemadmodum ſi Romanus fortè fuerit Iudex, non percipit rationes tuas, niſi latinè loquaris; ſic etiam Chriſtus non audit, neque attendit, niſi linguâ ſuâ loqua-

Hom. 51. in Mat.

Hom. 71.

quaris, &c. Diaboli linguam habet, qui vt Diabolus loquitur: quæ ſupplicia non pendemus, quando linguam noſtrã, qua dominicam carnem deguſtamus, Diaboli ſponte linguam efficimus? Gregorius M. Cùm ergo lingua in tam lubrico ſit, neceſſariò, iuxta Iacobi doctrinam, illi frenum debemus iniicere. Et: In omni quod dicitur, ſummopere intuendũ eſt, quid dicatur, cui dicatur, quando dicatur, quomodo dicatur. Gregor. Nazianzenus hortatur ad pietatis ſtudium, & ad iniiciendum linguæ frenum hoc tetraſticho:

30. Moral. cap. 10.

24. Mor. cap. 29.

Nazianz. in orat. ad Ep.

Formato mentem ſedulò ſacris tuam
Sententiis, vitaq; præceptis piæ:
Linguæ coerce diffluentis lubricum,
Cui concitatæ lucra, præſto ſunt mala.

Ratio idem demonſtrat. Lingua,

gua, inquit D. Iacobus, ignis *Iac. 3. 6.*
eſt accendens, videlicet ad o-
mnia peccata, vniuerſitas ini-
quitatis, quòd ea omnia pec-
cata admittantur; blaſphemat,
periurat, occidit, mœchatur,
rapit &c. eſt inquietum malũ,
plena veneno mortifero. Pſal- *Pſ. 52. 56.*
miſta eam comparat gladio a- *Prou. 18.*
cuto, nouaculæ acutæ, veneno *11.*
aſpidum, & ſagittis peſtiferis. *Eccl. 28.*
Et Sapiens: Mors & vita, in *22.*
manibus linguæ. Et: Multi ce-
ciderunt in ore gladii, ſed non
ſic, quaſi qui interierunt per
linguam ſuam. Imo ipſe Do- *Mat. 12.*
minus apertè pronunciat: *36.*
Quoniam omne verbum,
quod locuti fuerint homines
reddent de eo rationem in die
iudicii: Ex verbis enim tuis
iuſtificaberis, & ex verbis tuis
condemnaberis. Iam vt hæc &
alia

Digitized by Google

alia mala damnaue, & plurima, & maxima vitentur, vti vitanda omnino ſunt, comprimi inprimis debet lingua, gladio timoris, idq; ad exẽplum oratoris illius, de quo D. Chryſoſtomus ita ſcribit: Orator quidã, ex ſtulta quadã conſuetudine, dextrum eundo humerũ ſolũ, ineptè admodũ mouit; eã verò gladiò acuto, inter vtrumque humerũ impoſito, correxit, dũ vulneris timore, neutrũ deinceps mouit. Conſideratione deinde ſequentiũ: Qui animã ſuam cuſtodire vult, ait Sapiens, cuſtodie debet os ſuum. Qui bonos itẽ dies videre vult, coercere debet linguam ſuam à malo, & labia ne loquantur dolum, vt D. Petrus ait, Qui bona opera ſua & merita cuſtodire deſiderat, linguam cuſtodire debet.

Hom. 7. ad pop.

Prou. 13. 3.

1. Pet. 3. 10.

debet, ait Clemens Alexandrinus his verbis: Terribilis in interitu ſuo vir eſt linguoſus; totũ namq; virtutum & operum corpus inficit; imo interficit. Tritum illud Catonis: Lib. 2. Pæd.

Virtutem primam eſſe puta compeſcere linguam,
Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere.

Verùm mollia hæc ſunt, acrioribus antidotis opus eſt. Cum Moyſe igitur eiuſq; virgâ, linguæ virgã, præſtigiis imbutam, & in Draconẽ conuerſam, homo deuorare debet; cũ Dauide leonem diſcerpere; Goliathũque proſternere; cum Daniele Bel diſturbare; cum Elia falſos Prophetas occidioni dare; cũ Ioſue Iebuſæum & Amorrhæũ in ore gladii conficere; cũ Iehu Iezabelem impiam per feneſtras

ſtras proiicere, & Dagon in terram affligere. Quod ſi homo fecerit, paxilli naſcetur, quam S. Auguſtinus regnum Dei vocat, vbi omnia ordinata ſunt. Sed quomodo hæc homo faciet, linguamque adeo ſuam refrenabit? In animi peſtibus bona medicinæ pars eſt, penitus noſſe mali magnitudinem, verùm aliis quoque remediis opus eſt, ſequentibus ſcilicet.

CAPVT IX.

Gulæ edomatio plurimùm confert ad refrenationem linguæ prauæ.

2. 2. q. 147. ar. 6. GVla, iuxta S. Thomam, immoderata eſt, ex cibo & potu, ſumpta delectatio. Ex ea innumera vitiorum agmina, Lib. 5. in 1. Reg. c. 11. quemadmodum D. Gregorius docet, ad conflictum animæ pro-

producuntur; & cùm idem gulæ vitium reciditur, alia multa nobis vitia ſubiugamus. Maximè verò linguæ vitia ex illa, appetitus habita ratione, oriũtur: Sic enim habet idem Gregorius. De ventris ingluuie, inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, ioci, &c. propagantur. Quin linguæ prauæ radix eſt gula, cognationem certè inter ſe habent, cùm palato lingua ſit proxima. Damna etiam alia homini quàm plurima dat gula; vel, vt D. Chryſoſtomus loquitur, naufragia plurima gulæ inſunt. Animam enim, vt idem aſſerit, carnalem reddit, & gratiâ diuinâ ſpoliat. Intellectum cœcat, ingenium obtundit. Voluntatem vitiorum hoſpitium facit. Memoriæ memo-

31. Moral, cap. 17.

Hom. 56. in Mat.

Hom. 44. in Ioan.

riam adimit. Potentiam execu-
tricem eneruat. Senſus, vt
De Cain & Abel. lib. 1. cap. 5. D. Ambroſius ait, rapit, ap-
petitum proſternit, cibi con-
dimentum tollit, corpus con-
Prou. 23. 30. ficit; cui enim væ? cuius patri
væ? cui rixæ? cui foueæ? cui
ſine cauſſa vulnera? cui ſuffu-
ſio oculorum? nonne his qui
commorantur in vino, & ſtu-
dent calicibus epotandis? Quis
arctatur? quis æſtuat? in quem
omnis dolor irruit? in eum qui
immodicè comedit & bibit.
Carni aduerſus ſpiritum, adeo-
que Diabolo arma præbet,
eamque libidine accendit, eius
Lib. 8. con. Iouin. videlicet ſeminariũ, vt D. Hie-
ronymus inquit. Cor grauat,
Luc. 21. 34. quemadmodum Dominus lo-
Phil 3. 19. quitur. Ventrem Deum facit.
Eccl. 35. Somnum aufert, vt Eccleſiaſti-
Ul. Loco c. cus habet. Vitâ priuat; Sic enim
ſcri-

ſcribit Ambroſius: Plurimos gula occidit, nullum frugalitas, innumeris vina nocuerunt, nulli parſimonia. Plerique inter epulas ſudêre animas, & menſas proprio repleuêre ſanguine. Mors eſt in olla intēperantiæ. Sorbet, vt inquit D. Augustinus, vinum impius, & ab illo abſorbetur. Mortis terminus quis? Regnum cœlorum non eſt eſca & potus, ſed iuſtitia & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Quis exitus? Infern⁹, cum diuite epulone ſine exitu. Itane? Audi D. Ambroſ. audi inquā quos cœlo Chriſtus excludat, inferno autē includat: Cū intrauerit, inquit, paterfamiliâs, & clauſerit oſtiū, incipietis foris ſtare, & pulſare oſtiū dicētes: Aperi nobis, & reſpōdens dicet: Neſcio vos vnde eſtis?

De Temp.

Loco cit.

Pſ. 85. 7.

recedite à me operarii iniquitatis. Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis: Neſcio vnde eſtis: Ite maledicti in ignem æternum. In eo tunc impii, quorum Apicius Sanctorũ ſupremus eſt, famem patientur vt canes, & bibent de vino iræ, quod miſtum eſt mero, in calice iræ ipſius, & cruciabuntur igne & ſulphure; & fumus tormentorum eorum aſcendet in ſecula ſeculorum, nec requiẽ habebunt die ac nocte æternùm. Quid remedi? Proponit id D. Paulus his verbis: Carnis curam ne feceritis in deſideriis, in exceſſu nempe, vt D. Chryſoſtomus declarat, ne ſcilicet homo, cum Philoxene gruis collum deſideret, lautaſq; culinas

Pſal. 85. 7.
Apoc. 14. 10.
Rom. 13. 14.
In eum locũ.

linas

linas ſectetur, admulſum, ad elaboratas carnes, ad iura Apicii & Paxami aſpiret; muraenas ex freto Siculo, Mæandri anguillas, & qui in Melo ſunt hædos deſideret, in vino commoretur, calicibus epotandis ſtudeat. Verbo: non ſentiat ſolam carnem & ſangninem, poculenta & eſculenta, pręterea que nihil; ſed ieiunio & abſtinentiæ ſe dedat, operamque det rebus ſpiritualibus; eiuſmodi enim cogitationes & ſtudia quàm maximè animum à corporis cura abſtrahunt. Reſpiciat item ad Chriſtum Dominum noſtrum, quem ſcimus ſæpe & eſuriiſſe & ſitiiſſe: ad exempla item plurimorum Sanctorum, qui gulam inſigniter mortificarunt. *Prou. 23. 30.*

Digitized by Google

CAPVT X.

Lectio ſacra plurimùm facit ad edomationem Linguæ.

Luc. 10. 26. INdicat id Chriſtus Domin⁹; roganti.n. quid faciendo vitã æternam poſſidebo? reſpondit: In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? In ea porrò, præter alia, & illud eſt, edomã-
2 Tim 3. 16. dam eſſe linguã. Et D. Paulus, cùm ita ſcribit: Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendũ, ad arguendum, ad corripiendũ, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo, ad omne opus bonum inſtructus: Ad edomationem igitur
Eph. 6. 14. & linguæ. Dum rurſus ſic habet: State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, induti loricam iuſtitiæ, & calciati pedes in præparatione Euangelii pacis, in omnibus ſumentes

tes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei, &c. In telis autem cumprimis lingua numeratur. Comparat etiã D. Baſilius ſcripturam S. officinę Pharmacopolę, in qua generis omnis pharmaca, cuique morbo apta reperiuntur; & linguæ igitur. S. Auguſtinus: Omnis morb⁹ animæ in Scripturis habet ſuum medicamentũ, tantùm opus eſt, vt qui ægritudine aliqua laborat, non recuſet potionẽ, quam ibi Deus temperauit. In ægritudinibus autem maxima eſt linguæ prauitas. Et rurſus: Omnis ſcriptura ideo eſt à Spiritu S. conſcripta, vt veluti ex communi quodam ſanitatis fonte, omnes nobis ex hac remedia

Ep. 141.

In Pſ. 36.

In Prol. Pſalt.

propriis paſſionibus aſſumamus. Et D. Hieronymus: Vnũ illud tibi nata Deo, præque omnibus vnum prædicam, & repetens iterum iterumq; monebo, vt animum tuum ſacræ lectionis ſtudio occupes, nec in bona terra tui pectoris ſemẽtem lolii, auenarumque ſuſcipias, ne dormiente patrefamilias, qui eſt animus Deo ſemper adhærens, inimicus homo Zizania ſuperſeminet. Et alibi: Præcipua tibi cura ſit legem noſſe diuinam, per quam poſſis cernere exempla Sanctorũ, & quid faciendum ſit, quidue vitandum, illius conſilio diſcere; maximum enim ad iuſtitiã auxilium eſt, implere diuinis eloquiis animum, & quod opere exequi cupias ſemper corde meditari. Sint ergo diuinæ ſcri-

Ad Demetriad.

Ad Celant.

ſcripturæ ſemper in manibus tuis, & iugiter in mente voluantur. Lectione ſcripturæ S. velut incantatione quadam, ait Origenes, virus vitiorum depellitur & fugatur, ſi tu non efficiaris aſpis ſurda, quæ non audiat vocem incantãtis ſapiẽter. Inſtar cytharę Dauidis ſpiritum malum expellit S. Scriptura, vt & quæuis alia lectio ſacra. D. Bernardus: Mortui animo, lectione ad vitam reuocantur: Viui vitam, quam habent conſeruant. Sed vnde tãta illi vis & efficacitas? Oſtendit primùm morbos, quibus ignarus premitur, linguæ maximè prauitatem, & mortem è propinquo minitantem. Vnde & à D. Petro lucerna lucens dicitur in loco caliginoſo. Lucerna etiam pedum, hoc eſt, af-

In vita. S. Mal.

2. Pet. 1. Pſal. 108. 105.

D 5 fectio-

fectionum, & lumen ſemitarũ, actionũ ſcilicet conſequentiũ. Speculũ item, quòd rem, vt in ſe illa comparata eſt, referre ſoleat, & ad correctionẽ excitare. Quare & ad illud, hoc fine, Demetriadẽ hortatur D. Hieronymus, vt hæc eius verba indicant: Vtere lectione diuina, vitæ ſpeculo, fœda corrigendo, pulchra cõſeruando, pulchriora faciendo; Scriptura enim ſpeculum eſt fœda oſtendens, & corrigi docens. Et D. Gregorius: Scriptura S. mentis oculis ſpeculum quoddam opponitur, vt ibi interna facies noſtra videatur; ibi enim fœda; ibi pulchra noſtra cõſpicimus; ibi ſentimus quantum profecimus, quantum à perfectione abſimus. Inflammat deinde lectio S. voluntatem in o-

Lib. 1. Mor. cap. 7.

dium

dium & abominationem vitii, adeoq; linguæ prauæ. Hinc & ignitum eloquium appellatur; imò ignis ipſe, iuxta illud: Nunquid verba mea quaſi ignis? Potentiam tandem executricem ad operationem ipſam. Quare & cum malleo conterente petram, recte illa comparatur. Cùm ſuos rex Ioſaphat ad cultum & obedientiam Dei reuocare vellet, per Sacerdotes & Leuitas libros Legis legi curauit, & factus eſt pauor Domini ſuper omnia regna, &c. Ioſias rex audito Legis libro, veſtimenta ſua ſcidit. Baruch, cùm populum in Babylone captiuum ad pœnitentiam adducere vellet, partem Legis illi legit, eaque lectione illum ad lachrymas permouit, ieiunium, orationem, &c.

Hier. 23. 29.

2. Paral. 17. 10.

2. Reg. 11. 14.

Bar. 1. 4.

4. Reg 11. Dum in regem eligeretur Ioas, capiti eius teſtimonium, diuinæ ſcilicet Legis volumen, impoſitum eſt, illud vt legeret & ſeruaret. Fine eodem Legis liber in Arca, ceu Archiuo, aſſeruatus fuit. *Lib. 8. Conſeſ. c. 12.* Auguſtinus ante Baptiſmum anxius quid ageret, cœleſtem vocem audiuit: Tolle, lege. Aperto verò volumine Epiſtolarum D. Pauli, in hæc verba incidit: Non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione, ſed induimini IESVM Chriſtũ, *Rom. 13. 13.* & carnis curam ne feceritis in deſideriis &c. iis ſtatim ad lachrymas ſolutus, omni relicta impuritate, continentiam Deo *In Vit.* conſecrauit. Ioannes Columbinus Mariæ Ægyptiacæ vitam legens, repente immutatus, ad magnam ſanctitatem peruenit.

Idem

Idem accidit B. parenti noſtro Ignatio. S. Cæcilia Euangelio Chriſti, quod in pectore ſemper geſtabat, aduerſus hoſtes ſe muniuit. S. Theodoſia ad infamem locum ducta, vbi caſtitate ſpoliaretur, nullis aliis ſe tuebatur armis, quàm quòd Euangelia legeret. Victorinus Rhetor nobilis, & vſque ad ſenectutem idolorum venerator, lectione ſacra, factus eſt Chriſtianus. Lege & tu ea, quæ in S. litteris de praua lingua ſcripta ſunt, & ſanabis eam.

CAPVT XI.

Conſideratio malorum linguæ, plurimùm facit ad refrenationem illius.

TEſtimonia diuinarum litterarum generatim, id in primis oſtendunt de omnibus

peccatis, adeoque de linguæ quoq; prauitate. Rogat Dominus Adamum, vbi ſit: Adam, inquit, vbi es? Quæ verba D. Baſilius ſic explanat: Volebat, inquit, Deus, vt Adam ſecum cogitaret, qualis ex quali factus eſſet. Vbi es? Quaſi dicat: In quam incidiſti ex tanta ſublimitate ruinam, &c. Similiter D. Ambroſius, libro de Paradiſo: Adam vbi es? non in quo loco quæro, ſed in quo ſtatu? pænitentiã ſcilicet vt ageret, pec-
Iob. 5. 24. catumq; exueret. Iobus idem oſtendit his verbis: Viſitans ſpeciem tuam nõ peccabis, per conſiderationem ſcilicet. Da-
Pſal. 76. 7. uid his aliis: Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebã ſpiritũ meũ, à
Eccl. 6. ſordibus nẽpe peccatorũ. Eccleſiaſticus itẽ, cùm ſic loquitur:

tur: Cogitatũ tuũ habe in prę-ceptis altiſſimi, & in mandatis eius aſſiduus eſto, & ipſe dabit cor. Et: Memorare nouiſſima tua, & in æternũ non peccabis. Oſtendunt idem & S S. Patres. *Ad Celant.* Hieronymus: Magnũ ad iuſtitiã adiumentũ eſt, implere diuinis eloquiis animũ, & quod opere exequi cupias, ſemper corde meditari. Et alibi: Noſti *Ad Florent.* hoc eſſe Chriſtianæ animæ pabulũ, ſi in lege Domini meditetur die ac nocte. Nazianzenus: Sine meditatione rerũ diuinarũ homo nõ poteſt viuere, vti neq; ſine reſpiratione. D. Chryſoſt. Meditatio nõ ſecus impertitur vitam animæ, atq; anima corpori vitam præbet. D. Bernard. Primùm quidẽ ipsũ fontẽ, id eſt, mentẽ, de qua oritur, purificat cõſideratio, deinde regit

Lib. de orando Deum.

Lib. 1. de Conſider.

affe-

affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat & ordinat, poſtremò diuinarum pariter & humarum rerum ſcientiam confert. Hæc eſt, quæ confuſa diſterminat, hiantia cogit, ſparſa colligit, ſecreta rimatur, vera veſtigat, veriſimilia examinat, ficta & fucata explorat. Hæc eſt, quæ agenda præordinat, acta recogitat, vt nihil in mente reſideat aut incorrectũ, aut correctione egens. Hæc eſt, quæ in proſperis aduerſa præſentit, in aduerſis quaſi nõ ſentit, quorum alterum fortitudinis, alterum prudentiæ eſt. Et alibi: Qui conſideratio- *Lib. 2. de Conſid. c. 3.* ni vacant, Deo iuuante, velis remiſque, vt aiunt, peccatum quodlibet fugiunt, pœniten- *1. de Conſid.* tiam amplectuntur, charitatẽ

Dei

Dei toto pectore tuentur, atq; ita ſuppliciorum æternitatem euadunt. Seneca: Nihil eſt tam difficile & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat aſſidua meditatione, nulliq; ſunt tam feri, & ſui iuris affectus, vt nõ diſciplinâ perdomentur. Oſtẽdit idem ratio: Lectio ſacra ſubigit prauam linguam, vt iam concluſum eſt, ergo & meditatio; & quidem multo rectiùs ac melius quàm lectio; hæc enim corticem tantùm, illa nucleum; hæc ſuperficiem, illa profunditatem, & intima quoque; hæc obiter & perfunctoriè propemodum, illa exactè & accuratè demonſtrat, reique abyſſum aſpicit. Lectio exhibet vbera matris Eccleſiæ (vetus & nouum teſtamentũ) medi-

Lib. 2. de Ira. cap. 12.

meditatio illa premit, vt lac effluat, quod nutriat. Lectio oſtendit medicum in domo eſſe, meditatio, aperto tecto, adducit ad Chriſtum, vt ſanetur ægrotus. Lectio vellit ſpicas, meditatio verſat manibus & conterit, donec ad eſcã perueniatur. A cõtrario quoq; idẽ oſtendit hæc ratio: Meditatione deſtituti, ad tetra vitia, malaq; alia q̃ plurima impingunt.
Hier. 12. 11. Variis id locis indicat S. Scriptura. Deſolatione, inquit Hieremias, deſolata eſt omnis terra, quia nullus eſt qui recogitet
Pſ. 6. 26. corde. Et Propheta regius: Nõ eſt Deus in conſpectu eius; inquinatæ ſunt viæ illi⁹ omni tẽ-
Pſ. 81. 5. pore. Et: Neſcierunt, neq; intellexerunt, in tenebris ambu-
Pſ. 118. 42. lant. Et: Niſi quòd lex tua meditatio mea eſt, tunc fortè periiſſem

iiſſe in humilitate mea. Et Iob: *Iob. 4. 21.*
Quia nullus intelligit, in æternũ peribunt. Et Lucas: Hieroſolyma periit, quia non cognouit tẽpus viſitationis ſuæ. Dicitur etiam in veteri teſtamento: Animal, quod non ruminat, immundũ eſt. Adumbrat animal, quod nõ ruminat hominem, qui non conſiderat; ſi immundum eſt animal multò magis immundus eſt homo, animal im̃unditia legali, homo peccati turpitudine. Bernardus: Defectus meditationis hominem in cor durum & inſenſibile ducit, vt & in maledictas occupationes. Et: Tam pio, tamque vtili conſiderationis otio, nullam in vita dare operam, non ne vitam perdere eſt? Et: Meditatio punctum eſt, vnde pen-

Luc. 19. 24.

Leuit. 11. 26.

1. de conſider.

2. de conſider.

der

der æternitas. Intelligentes id Sancti, meditationi ſe dediderunt. Dauid ſic loquitur: Meditabor in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabor. Abacuc: Conſideraui opera tua, & expaui. Dicitur Iſaac Patriarcha exiſſe in agrum, ad meditandum videlicet in operibus Dei. Deipara Virgo diuina verba corde ſæpe concipiebat. Verbum ventre tulit, diuina verba mente contulit. Antonius, loco librorum, res creatas habuit ad meditandum. Auguſtinus ex conſpectu ſtellionis muſcas captantis, & araneæ retibus ſuis irruentes implicantis, pergere ſolitus fuit ad Deum laudandum creatorem mirificum, &c. B. Ignatius primus noſter parens, ex tenuiſſimis rebus,

Pſal. 142.

Abac. 3.

Ambroſ. in Pſal. 118.
Socr. in Hiſt.
10. Confeſ. cap. 35.
Maff. in Vita.

bus, ad Deum, qui in minimis etiam maximus eſt, aſcendebat ad Deum. Et quo fructu? Res diuinas animo ſuo, per meditationem, altè impreſſit. Abraham, & cinerem ſe ac puluerẽ eſſe pronunciauit; Dauid canem mortuum & pulicem; Iob repletũ multis miſeriis; Moyſes elinguem; Eſaias labiis pollutum; Hieremias puerum; Ioan. Baptiſta vocem; B. Virgo ancillam Domini; Paulus abortiuum; Petrus peccatorem; Chryſoſtomus nihil. Fodi & tu, peccator, cum Iſaac puteos; cum Moyſe percute ſilicem; cum Sapiente cogita præcepta altiſſimi, cum Propheta conſidera dies antiquos, & annos æternos in mente habe; pone cor tuum ſuper vias tuas, & coram facie tua ambula, & vi-

debis

debis prauitatem linguæ tuæ; videbis autem? condemnabis, & procul à te aſpelles in æternum. O terque quaterque beatum illum, qui cum regio vate canere poteſt : Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.

Pſal. 76.

CAPVT XII.

Oratione impetratur linguæ mortiferæ ſanitas.

De oran. Deum.

SIne oratione nihil à Deo impetratur, vt docet D. Chryſoſtomus; per orationem autem ab eo omnia impetrantur. Id ꝓmiſit noſter Seruator, vt ex hoc loco D. Matthæi euincitur: Omnia quę petieritis in oratione credentes accipietis. Hinc D. Bonauentura orationem appellat omnipotens quoddam medium, & generale inſtrumentum ad omnia paranda; medicinam item omniũ mor-

Matth. 21. 22.

In medit. vita Chriſti.

morborum; armaturam aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, aduerſus omnes Satanæ incurſus; aquæ ductũ, quo Dei auxilium ad nos deriuatur; turrim Dauid, ex qua mille clypei pendent, & omnis armatura fortium. Stante oratione ſtabunt non magno molimine reliqua; cadente cadent pariter, vnâq; ruinâ ſepelietur, quicquid ſuperſtructũ fuerat. Dubitare verò non debemus vllo modo de illa Chriſti promiſſione; fiduciam enim nos vult habere D. Ioannes ad Deum, nos accepturos quod oramus. Orauit ſiquidẽ Moyſes, vt mare diuideretur, & diuiſum eſt, ſexcentiſq; hominum millibus, & quod excurrit, tranſitum dedit. Orauit in monte, & Ioſue Amalechitas

Cant. 4. 4.

1. Ioan. 3. 21.

Exod. 16. 21.

Ioſ. 10. 13. tas deuicit. Orauit Ioſue vt ſol
4. Reg. 20. 1 ſtaret, & ſtetit. Orauit Eze-
Iac. 5. 27. chias, vt ſanaretur, & ſanatus
4. Reg. 6. 5. eſt. Orauit Elias, vt non plue-
ret, & ſpacio trium annorum,
& ſex menſium non pluit. Ora-
uit Eliſæus, vt ferrum ſuperna-
taret, & ſupernatauit. Orauit
Ionas in ventre ceti, vt libera-
Daniel. 3. retur, & liberatus eſt; Suſanna
inter ſenes oratione defendi-
tur; Latro in cruce per oratio-
nem Paradiſum inuenit; Ste-
phanus de torrente lapidum
oratione in cœlum ſuſcipitur,
& inter lapides pro Saulo orans
Act. 10. 34. exauditur, Sauluſque efficitur
Paulus, & Doctor gentium.
Ex oratione; ceu diuite vena,
vt verbo dicam, promanant
Pſ. 9. 10. omnia. Per eam Deus eſt refu-
117. 139. gium pauperis; adiutor in op-
portunitatibus; in tribulatio-
ne

ne ſpes noſtra, fortitudo & ſalus noſtra, virtus item ſalutis noſtræ obumbrans caput in die belli. Per eam, ceu vnam ductricem, virtutes omnes parantur, vitia omnia extirpantur, intellectus illuſtratur, voluntas cœleſti amore inebriatur, cœleſtibuſque gaudiis potatur; Per eam homo iungitur Deo, diſiungitur ſeculo. Pereã nihil tam potens eſt, quod non impetretur. Vt linguam ergo, ô homo, domare poſſis, ora, & ora, cum Dauide: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtiũ circumſtantiæ labiis meis, ne ſcilicet linguâ pecces. Cum Salomone: Vanitatem & verba mendacii longè fac à me. Cum Sapiente: Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non ca-

Pſ. 140.3.

Prou. 30. 8.

Eccl. 22. & 23.

E dam

Digitized by Google

dam ab ipſis, & lingua mea perdat me. Domine Pater, & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & conſilio eorum, nec ſinas me cadere in illa exprobratione. Cum B. Augustino: Da quod iubes, & iube quod vis; Egit autem de continentia quoq; linguę. Orationis hoc antidoto Virginem munit D. Baſilius, cùm ſic ſcribit: Virgo intra cordis ſui ſecreta cubilia quieſcet, id iugiter atque plus aliis orans: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis; atq; ita os ſuum orationibus muniet. Gregorius Nazianzenus loquacitatem, quæ in ſenibus ſolet vireſcere, & ipſi quoque ſeni acciderat, hac diſciplina coercuit, quadraginta videlicet dierum perpetuo ſilentio:

Lib. 10. Confeſſ.

Lib. de vera Virgin.

In carm. de ſilen.

quo

quo abſoluto ita precatus eſt: Tibi linguam meam deuinxi, & eam nunc ſoluo, quod vtrumque vt piè faciam, te ſupplex rogo: Loquar, quæ loqui conueniat, quæ autem nefas eſt loqui, ne animo quidẽ & cogitatione complectar. Et Auguſtinus: Intelligamus chariſſimi, ſi linguã nullus homo domare poteſt, ad Deum confugiendum eſt, qui domet linguam noſtram; ſi enim tu eam domare volueris, nõ potes, homo es, linguã nullus hominum domare poteſt. Attendite ſimilitudinem ab ipſis beſtiis, quas domamus. Equus ſe nõ domat, camelus ſe nõ domat, elephantus non ſe domat, aſpis ſe non domat, leo nõ ſe domat; ſic & homo non ſe domat, ſed vt equus dometur, bos, camelus, elephantus, leo, aſpis, quæ- *De nat. & gr. cap. 15.*

ritur homo. Ergo Deus quæratur vt dometur homo. Ergo Domine refugium factus es nobis, conferimus nos ad te, & benè nobis erit de te; malum enim eſt nobis, de nobis, quia dimiſimus te, dimiſiſti nos nobis, inueniamur ergo in te, quia perieramus in nobis. Hortatur etiam nos Deus eum vt inuocemus in die tribulationis, eruturum ſe, & nos illum honorificaturos. Tribulatio autem magna eſt mortiferæ linguæ ſubiectum eſſe. Fili, ait quoque Sapiens, in tua infirmitate, ne deſpicias teipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te: Si non oraueris, præcipitio proximus eris.

Eccl. 18. 21.

CAP. XIII.

Digitized by Google

CAPVT XIII.

Lingua peſtifera mortificatione ſubigitur.

ORationi, qua de ſuperiore capite egimus, mortificatio adiungenda eſt; habet enim illa magnam vim ad aliquid per orationem à Deo citiùs & faciliùs impetrandi, linguæque adeo prauitatem comprimendi; ſic enim orans, tanquam alter Aiod, regem Moabitarum *Iud. 3. 16.* Eglon (Cacodæmonem) filios Iſrael grauiter affligentem, ancipiti orationis & mortificationis gladio conficit. Hinc Eſaias olim nudus orauit, Hieremias catenis onuſtus, Ezechiel incluſus & ieiunans, Daniel in ieiunio, ſacco & cinere. Iudith cilicio induta, capitiq; cinere iniecto. Heſter cum po-

Eſa 20. 2. *Hier. 27.* *Ezech. 4. 2.* *Dan. 9. 3.* *Iudith. 4.* *Heſter. 4. 16.*

Tob 12. 8. populo ieiunans. Tobias ie-
Serm. 256. iunans & eleemoſynas lar-
Lib de medit. giens, &c. Vis omnino oratio-
nis langueſcit, cùm ſocia mor-
tificatione deſtituitur. S. Bona-
uentura commemorat B. Vir-
ginem dediſſe Elizabethæ do-
cumenta multa vitam benè re-
ctèque inſtituendi; inter alia,
ad orationem, vt adhiberet
corporis afflictationem. Vin-
dex humani generis Chriſtus
in monte & ſolitudine perno-
ctans orauit, & Apoſtolis dixit:
Luc. 6. 12. Hoc genus dæmoniorum non
Mat. 17. 21. eiicitur niſi in oratione & ieiu-
nio. Duo altaria ſtatuiſſe Sa-
Serm. 256. lomonem, notat D. Auguſti-
nus, in penetralibus templi; al-
terum ad thus & incenſa; alte-
rum foris ad carnes anima-
lium offerendas, vt intelliga-
mus in nobis, templo myſtico,
ſimi-

ſimiliter Deum poſtulare duplex altare, interius alterum, in quo thura ſanctarum precum; alterum externum, in quo corporis & ſenſuum mortificationes offerantur. Origines, cùm diſputaret, quemadmodum cum ſorore Moyſis Maria, ſpiritualiter dies feſti & ſacri Deo celebrandi eſſent: Meliùs, inquit, hæc dies celebratur, ſi habueris tympanum in manu tua, id eſt, ſi carnem tuam crucifixeris cum vitiis & concupiſcentiis ſuis, & ſi mortificaueris membra tua, quæ ſunt ſupra terram. S. Chryſoſtomus: Qui orans ieiunat, binas poſſidet alas ad volatum in cœlum; eſt enim oratio inſtar ſagittæ, quæ duas quaſi habet alas. B. Ignatius noſter cuidam dicenti: Hic eſt multæ orationis, ſubdidit; eſt multæ

Hom. 6. in Exod.

Hom. 58. in Matt.

Ribad. l. 5. cap. 1.

Digitized by Google

mortificationis. Mortificatio orationi addita, oſtendit cordi alicui eſſe quod petit, magniq; æſtimare quod petit, & datur. Adiungenda autem eſt orationi mortificatio interna & externa: prior, qua praua linguæ cupiditas rationis imperio ſubiicitur illique obediens efficitur. Id fit cùm homo contrariis ſermonibus, ſanis videlicet & licitis ſtudet, prauamq; adeo malè loquendi cõſuetudinem cum meliore commuttat. Id quod fieri poteſt, vt rectè quidam his verbis docet: Certa viriliter, conſuetudo conſuetudine vincitur. D. Hieronymus: Aſperam vobis & inſuauem virtutum viam, nimia facit vitiorum conſuetudo, quæ ſi in alteram partem transferatur, inuenietur iuſtitia. Quomodo

Thom. de Kemp. 1. c. 27.

Ad Celant.

modo iurandi conſuetudinem ſuperarit D. Auguſtinus ipſemet declarat, cùm ait: Ecce vobiſcum viuimus: Quis nos audiuit aliquando iurantes? Nunquid non conſueueram quotidie iurare? At vbi legi, & timui, luctatus ſum contra cōſuetudinem meam, in ipſa luctatione inuocaui Dominum adiutorem, præſtitit mihi Dominus adiutorium non iurandi; nihil mihi faciliùs eſt quàm non iurare. Clauus clauum pellere ſolet. Contrariorum contrariæ ſunt rationes. Si frequentaris prauis ſermonibus, conſuetudo mala loquendi orta eſt, repetitis bonis ſermonibus, conſuetudo bona loquēdi gignetur: Sicut exhibuiſtis, ait Apoſtolus, membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniqui- *Serm. 116.* *Rom. 6. 19.*

tari ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.
Baruc. 4. 24. Et: Sicut fuit ſenſus veſter, vt erraretis à Deo, decies tantùm iterum conuertentes requiretis eum. Plurimi Sanctorum graui conſuetudinis malę iugo preſſi, diuino gratiæ beneficio adiuti, releuati liberatiq; fuerunt. Excubet ergo & malè loquens, in eandem curam & ſtudium, & fructum experietur. Surgit deſiderium mali loquendi, cedendo ei non ſatisfaciat, ſed reſiſtendo illud necet; ſicq; paulatim linguam perpurget, aliâs neglectis, vt Poeta canit, vrenda filix innaſcitur agris. Poſterior morti-
Horat. ficatio, quâ corpus hominis hoſtis capitalis, ieiuniis, vigiliis, laboribus, diſciplinis,

cili-

ciliciis, cæteriſque afflictationibus, ceu flagellis, aureâ mediocritate compeſcitur, & tanquam iumentum hordeo imminuto, minùs ferox redditur ad calcitrandum. Ad eam mortificationem hortatur nos Apoſtolus his verbis, Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, &c. blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro, &c. D. Petrus exemplo; ter enim negauit Chriſtũ, breui temporis ſpacio, quod toto poſtea vitæ tempore defleuit. Refrena linguam, ait Chryſoſtomus, & ſi non patitur reticere, dentium morſu quieſcat, & tanquam carnifici dentibus tradatur, ſicq; iugum oneris illius & ſceptrũ exactoris ſuperetur. Moriatur lingua, *Coloſ. 3. 5.* *Ad baptiz.*

 nemo-

ne moriatur, hoceſt, damnetur, perpetuòque, ſed fruſtra, cum diuite epulone cogatur clamare. Crucior in hac flamma, &c.

CAPVT XIV.

Occaſiones peruerſorum ſermonum ei ſunt fugiendæ, qui linguæ peccata vitare deſiderat.

OCcaſiones generatim ſumptæ, obſidione & propinqua & arcta quæuis vitia adeoque peruerſos etiam ſermones cingunt, & niſi quã diligentiſſimè caueantur, certò certiùs illa occupant, homi-
Pſ. 118. nemque perdunt. Vnde Pſalmiſta à Deo petiuit, viam iniquitatis (occaſionem peccandi) à ſe vt remoueret. Miraculum eſt, ait Hieronymus, in

occa-

occaſionibus non cadere, cùm homo ad caſum pronus ſit. Auguſtinus: Lubrica eſt illa ſpes, quæ inter fomenta peccati ſe ſaluari ſperat. Et D. Bernardus: Maius miraculum eſt inter occaſiones non cadere, quàm mortuos ſuſcitare. Et: O homo vis in periculo (occaſionum) eſſe ſecurus, time ſecuritatem; vis à Dæmone liberari, time & Angelos de cœlo cadentes. Ne in ſicco quidem ait Seneca, ſatis firmiter ſtas, quid in lubrico? Occaſio facit furem, & verò furcam quoq;. Cupidè tandem occaſiones arripiuntur ait Demoſthenes. Occaſio furunculus eſt, furi aditum parans. Nullus diu tutus eſt, periculo proximus. Qui confidit in corde ſuo, occaſiones ſcilicet mali non declinando, ſtu-

De ſingul. Cler.
Serm. 65. in Cant.
Seneca. Ep. 11x.

Digitized by Google

do, ſtultus eſt; ſapiens verò, imò beatus, qui ſemper eſt pauidus, ait Sapiens. Ne commi-
Prou. 2. 8. ſceamini fornicariis, inquit A-
1. *Cor.* 5. 9. poſtolus, & cum huiuſmodi nec cibum ſumite. Cùm mens hominis, inquit Cyprianus, ad vitia ipſe ducatur, ſibi quid faciet ſi habuerit exempla? Natura corporis lubrica, quæ ſponte corruit, quid faciet ſi fuerit impulſa? Liberanda eſt de periculoſis locis nauis, ne inter ſcopulos & ſaxa frangatur. Eruenda de incendio ſarcina, priuſquam flammis ſuperuenientibus, concremetur.
Gen. 12. tur. Abraham iuſſus eſt egredi
Gen. 19. de terra ſua, & de cognatio-
17. ne, & de domo patris ſui. Iuſſus etiam eſt, & ancillam, & filium eius eiicere. Eduxerunt Angeli Loth ex Sodomorum

ciui-

ciuitate, eductumque ſic allocuti ſunt: Salua animam tuam, noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione, hoc eſt, occaſione. Ne intuearis, ait Sapiens, vinũ quando flaueſcit, cùm ſplenduerit, ſicut aurum in vitro color eius, ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet. Noluit Deus olim Hebræi vt fermento, tempore paſchali vterentur; præcepit autem ſimul, ne vel minimum illius domi eo tempore retinerent, occaſionem vt peccandi præſcinderet. Iuſſit etiam ſculptilia ex auro quoque facta comburi, ne eorum aſpectus populo incitamento eſſet ad peccandum.

Prou. 23. 31.

Exod. 12. 15.

Deut. 7. 3. & 5.

Ioſias

Ioſias rex volens Hieroſolymã Idololatriæ ſceleribus expiare, occaſiones etiam omnes è medio ſuſtulit, vaſa nimirum quę facta fuerant Baal, & alia de genere eodem comburens. Exiſtimauit videlicet rex Sapiens, fruſtra ſe laborem omnem ponere, ſceleribus è medio tollendis niſi ſimul eorum occaſionem amoueret. Cotys, cùm naturâ eſſet iracundior, vaſa elaborata confregit, ne in eos ſeueriùs animaduerteret qui ea frangerent. Porrò in his occaſionibus ſenſus in primis numerantur. De his ita ſcribit Ambroſius: Perſpexit oculus, & ſenſum euertit, audiuit auris, & intentionem inflexit, inhalauit odor, & cogitationem impediuit; os libauit, & crimẽ reddidit; tactus contigit, & ignem

Plutar. in Apopht.
Lib de fuga Sec. c. 1.

gnem adoleuit. Quicquid viſu pulchreſcit, quicquid guſtu dulceſcit, quicquid auditu blanditur, quicquid odoratu lenocinatur, quicquid attactu molleſcit, ſermonibus peruerſis anſam præbet. Per ſenſus, ait Gregorius, mors ingreditur, & per eos mors effertur. Per eos, iuxta D. Hieronymum, quaſi per quaſdam feneſtras, vitiorũ in animam introitus eſt; Non poteſt ante metropolis & arx mentis capi, quàm per portas eius irruerit hoſtilis exercitus. Per eos, ceu pharetras apertas, tela & ſagittę venenatæ in eam contorquentur. Per eos, ceu portas, vitia animo obrepunt. Sunt igitur cuſtodiendi, ne diffracto rationis imperio, liberè inſolenterq; diuagentur, & hominem ad vitia quæuis per

In Pſ. pænitent.

Lib. 2. con. Iouin.

Digitized by Google

pertrahant. In illis porrò comprimendi inprimis ſunt oculi, quos Poeta duces in amore, *Threni 3.* Hieronymus raptores ad culpam, Scriptura feneſtras & portas mortis appellat; deprædantur enim animã curioſitate omnia videndi, ex qua lingua ad malè loquendũ ſoluitur. Vidit Eua vetitum lignũ, quòd eſſet *Gen. 3. 6.* bonum ad veſcendũ, aſpectuq; delectabile, & nefarium perniciosumq; cum ſerpente colloquium miſcuit. Vidit Ægy-*Gen. 39. 8.* ptii vxor Ioſephũ, pulchra facie, & decorum aſpectu; & ait: *Dan. 13. 20.* Dormi mecũ. Vidit Dauid Berſabee ſe lauantẽ, & vt ad cõcubitũ à ſuis vocaretur, imperauit. Viderunt Suſannã ſenes inueterati malorum, & dixerunt: cõmiſcere nobiſcũ. Vidit Am-*2. Reg. 11.* non ſororem ſuam, eamq; à patre ſibi mitti rogauit ad duas

ſor-

ſorbitiunculas parandas, maximè verò ad opprimendam. Omnino hominis hoſtes peſſimi ſunt oculi. Amphoræ, quam vidit Zacharias, nomen erat: oculus eorũ in terra; in eius autẽ medio fœmina ſedebat, nomine, iniquitas. Hinc S. Petrus Clareuallenſis Abbas, cũ morbo oculum alterum amiſiſſet, ſibi gratulatus eſt, quòd ex duobus inimicis alterum amiſiſſet. Arianus Alexandrinus Epiſcopus oculũ quo incautius ad ſpexerat quã non decebat, ſibimet eruiſſe ſcribitur. Imitandus nõ eſt. Claudendus verò mundo, & aperiendus cœlo; tum enim cum B. Patre noſtro Ignatio, terra ſordebit, totiuſq; vitæ rationẽ, vt Boetius docet, ad cœleſtis ordinis exemplar formabis. Anaxagoras Philoſophus interrogatus cuius rei gratia eſſet

Zachar. 5. 6.

Lib 1. proſa 4.

Eccl. 28. 29.

eſſet genitus? reſpondit vt cœlum & ſolem intueretur. Et homo in ſeipſo etiam ſignum habet, quoad id mouetur, de quo Poeta gentilis:

Pronaq; cùm ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumq; tueri
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Aures etiam impiæ, iuxta Sapientem, ſpinis ſunt ſepiendæ, ſicque earum habenę tenendę, ne in abuſum lingua ſeſe effundat; confeſtim enim, vt quis malè loquentem audit, cupiditas idem quoque faciendi concitatur. Guſtatus item voluptuarius totus in officio continendus eſt; peruerſorum enim ſermonum fons eſt & origo; intemperantia ſiquidem in cibo & potu, hominem linguã-

que

que eius ad praua colloquia laxat. Vnde & eam Auguſtinus tempeſtatem linguæ appellat. *Ad S. Virg.* Vinum, vt prouerbio dicitur, clauum non habet. Odoratui tandem & tactui, quia ad malè loquendum illecebræ ſunt, inuigilandum eſt, & accuratè quidem. Eſt & noxia admodũ prauorum ſociorum conſuetudo. Cum ſtulto, ait Sapiens, *Eccl. 22. 14.* ne multum loquaris, & cum inſenſato ne abieris; ſerua te ab illo, vt non moleſtiam habeas, & coinquineris peccato illius. Rectè D. Hieronymus: Procliuis eſt malorum imitatio; *Ep. 7.* Vt ignis ab igne, ſic ſimile à ſimili gignitur; ſuperbia à ſuperbia, loquacitas à loquacitate, & vitium quoduis à ſui generis vitio. Socii mali ſcopuli ſunt naufragiis plurimis infames.

Luci-

Digitized by Google

Lucifer ſceleris exemplum Angelis præbuit, & tertia illorum pars Deo rebellauit. Iudæi Ægyptiorũ, quib⁹ cùm vixerunt, ritus & ſacrificia impia imitati

Gen. 6.2. ſunt. Filii Seth, filii Dei dicti, quia coniugia inierunt cum filiabus impiis Cain, impii & ipſi ſic facti ſunt, vt omnis delendus orbis diluuio fuerit. Re-

Num. 16. 26. cedite, ait Moyſes, à taberna-

Gen. 4. culis hominum impiorum, &

Gen. 19. nolite tangere quæ ad eos per-

3. Reg. 13. tinẽt, ne inuoluamini peccatis

1. Cor. 5. 11. eorum. Auulſus Lot ab Abrahæ pia ſocietate, incõmoda tulit permulta. Verus ac pi⁹ Propheta diuertens ad pſeudoprophetam, à leone occiſus eſt. Ioſaphat ob fœdus cum Achab reprehenſus eſt, Petrus aggregans ſe militibus negauit Chriſtũ. Rectè Paulus. Si is, qui frater nominatur, inter vos eſt

for-

fornicator, aut auarus, &c. cũ huiuſmodi, nec cibũ ſumite. Et alibi: Rogamus vos fratres, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. Qui cõmunicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam: Et, Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Rerũ natura ſic comparata eſt, inquit Chryſoſtomus, vt quoties bonus malo coniungitur, non ex bono malus melioretur, ſed ex malo bonus contaminetur; diuerſitas enim rerũ nunquã poteſt habere concordiã, & multos ſolicitat societas nefanda. Vnde & Euripides: Si quis malorum gaudet commercio, rogare qualis ſit, nil eſt opus; nam quiſq; ſimilis eſt ſodalitii ſui. Scitè Antiſthenes: Quod loliũ nocet tritico, hoc ſocius mal⁹ bono. Et Epictet⁹: In

2. Theſſ. 3. 5.
Eccl. 31.
Super Matt

Inquinatur, qui cum inquinato agit. Sicut enim dens malus vicinum malè afficit, pomum corruptum propinquũ viciat; ita malorum conſuetudine boni in vitia labuntur. Tutum non eſt agnum habitare cum lupo. Pecunia coram fure, periculo non caret. Ferreus licet ſis, magnes tamen te trahet. In ſanctificatis maximè Diaboli tentamenta graſſantur, ait Hilarius. Nimium præceps eſt, ait Auguſtinus, qui tranſire contendit, vbi conſpexerit alium cecidiſſe, & vehementer infrenis eſt, cui non incutitur timor, alio pereunte. Expedit multò benè timere, quam malè fidere, & vtiliùs eſt, vt infirmum ſe homo cognoſcat, quã fortis videri velit, & infirmus emergat. Qui ſponte corruit,

In Mat. c. 9.
Lib. de ſingul. Cler.

(Cy-

(Cyprianus ait) quid faciet, ſi fuerit impulſus? Eorum verò quæ illum præcipitem agunt, tanta eſt copia, quanta exemplorum, quæ domi, foriſq; perniitioſa conſpiciuntur. Exiſtimas ne te tanquam Pſyllum minimè lædi poſſe à ſerpentibus? Memento veteris illius: Inter ſymbola facilis eſt tranſitus.

Dum ſpectant lippos oculi, læduntur & ipſi,
Multaque corporibus tranſitione nocent.

Si columba es Chriſti, quid tibi cum miluis & accipitribus? ſi ouis, quid cum lupis? Cur fugis hominem leprâ ſordidum, aut peſtilentiâ cõprehenſum? Cur fugis animalia, quæ venenum circumferunt, & non fugis eos, qui peccatum circumferunt. Cur ignem foues in ſinu?

F cur

cur de fuga nō cogitas? Linguā enim vocat D. Iacobus ignem. Bonus es? bonis te iungito. Aues concolores ſimul volant. Hæc ſimiliaq; alia, cùm Sancti Dei cōſiderarent, noxias familiaritates fugerunt, bonas autē cōſectati ſunt; idq; nō ſine fructu. Loth, quia familiaris fuit Abrahamo, Ioſue Moyſi, Eliſæ⁹ Eliæ, Apoſtoli filio Dei, Marc⁹ Petro, Tit⁹ Timotheo, Hilarion Antonio, alii aliis, in virtutibus maximos fecerunt proceſſus, virtutumq; firma fundamenta iecerunt, tā firma ſcilicet, quā poſt educta ad ſummū faſtigiū moles ſanctitatis oſtendit, vſq; adeò, vt exempla illorum, neq; nunc deſinant, neq; in æternū deſitura ſint orbi terrarū, ad omne virtutis genus viā demonſtrare. Si à malis porrò corpore

ſeparari nõ poſſumus; (quô e-nim poterimus fugere vbi mali nõ ſint?) ſeparemus nos ab illis animo, cõſenſu, fugiamuſq; a-deò, vt D. Auguſt. ait, nõ homi-nes, qui meliorũ exẽplo (& ver-bò) corrigi poſſunt, ſed homi-nũ iniquitatẽ, ne participes ſci-licet efficiamur illarũ, ait Apo-ſtolus: Nõ cõſentiamus etiam illis, ſed in iuſtitia firmi manea-mus. Inter laudes Iob Scriptura numerat, quòd inter malos bo-nus fuit. Cõmendatur & Loth quòd inter malos bonus extitit. Sicut lilium inter ſpinas; ſic a-mica mea inter filias, ait Spõſus. Eſt tandẽ & otiũ fugiendũ, Vi-ta enim hæc nõ otii aut deſidię eſt vita, ſed operis & laboris, Homo, inquit Iob, naſcitur ad laborẽ. Eſt & otium multorum malorũ ſeges. Quemadmodũ enim. *Sent. 14. apud Proſp.* *Cant. 2.* *Eph. 5.* *Iob 5.*

Fertilis, aſsiduo ſi non renouetur aratro,
Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.

Sic homo, niſi aſſiduo cultu vtilium & ſalutarium occupationũ exerceatur, & quodammodo fatigetur, fert aliud nihil, niſi vitiorũ germina, & turpiorum actionum & ſermonũ fruges. Spiritus ſancti pronuntiatum eſt: Multam malitiam docuit otioſitas. Rectè etiam Chryſoſtomus: Omnium vitiorum quaſi magiſtra quędam & origo eſt otioſitas. Iudæos adduxit ad idololatriam; ad ſcelus, quod igne cœlitus miſſo, non expiandum, ſed abſumendum fuit, Sodomitas ad adulterium & homicidium, Dauidem. Crates Thebanus adoleſcentem interrogauit otioſum, quid nam ageret? mecum

Eccl. 33. *Hom. 36. in Mat.* *Exod. 32.* *2 Reg. 11.*

mecũ loquor, reſpondit. Tum ille: Caue ne cum malo homine loquaris. Otio nempe deditus, malus facilè efficitur; & verò malus quoq; eſt. Locus otio datur Diabolo: Laborans ab vno, ab infinitis otioſus Dæmonibus oppugnatur. Vnde Ruſtico D. Hieron. ſuadet, operis ſemper aliquid ageret, Diabolus vt eum occupatum inueniret; ſciens propè otium dare vitium, otiumq; vitiorum eſſe hoſpitium. Ex eius enim ludo prodierunt Epicuri, Sardanapoli, Helliogabali. In eundem itarunt omnes illi veteres, qui, vel per cæcitatem cordis, quã vita otioſa illis pepererat, Deum non cognouerunt, vel cognitum nõ glorificauerunt, vt Deum & creatorem ſuum; ſed exiguo, quod habebant lu-

Ad Ruſtic.

Stim. Virt.

mine

mine orbari, inuoluerunt ſevitiis, & infamiæ cupiditatũ ſuarũ. In hoc eruditi ſunt omnes, quos videmus noſtra ętate, aut impietatem hæreticorũ ſequi; aut atheiſmos eorũ, qui vel omnino Deum eſſe negant; vel ita viuunt, vt factis oſtendant, nullum ſe Deum credere. Denique hui⁹ ſunt diſcipuli omnes, quotquot nomine Chriſtiani reipſa nihil minus ſunt, tepidi in actionibus bonis, impatientes incommodorum, ſomnolenti in cogitationibus, praui in ſermocinationibus, negligentes in bonis actionibus. Ex dictis perſpicitur fugiendas eſſe occaſiones peruerſorum ſermonum, & quidem tam longè, quàm diſtat ortus ab occidente, & multò etiam ampliùs. Etenim ſpatium illud ſol percur-

currit; hoc autem tale eſſe debet, quod nullo vnquam tempore pertranſiri poſſit.

CAPVT XV.

Linguæ prauæ medicinam facit ſilentium moderatum.

HAnc ſibi, ad exemplum noſtrum, Propheta Dauid fecit, cùm dixit: Obmutui & ſilui à bonis, & cõcaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Ad eandem medicinam ſumendam ſuos Iob amicos hortatus eſt his verbis: Vtinam taceretis, vt putaremini ſapientes. Eandem quoq; homini Eccleſiaſticus ſuadet, cùm ſic ſcribit: Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Et Sapiens: In multiloquio nõ deerit peccatũ; qui autem moderatur labia

Pſa. 38. 2. *Iob. 13. 5.* *Eccl. 32. 14.* *Prou. 10. 19.*

labia ſua prudentiſſimus eſt. Et
Iac. 1. 19. D. Iacobus : Sit autem omnis
homo velox ad audiendum, &
tardus ad loquendum. De eodem ſilentio, moderato haud dubiò, loquuntur quoque
De Varia Virgin. Sancti Patres: S Baſilius: Laconiſmus probatur, qui eſt, vt de-
Epiſt 13. finit Nazianzenus, multa dice-
1. Offic. c. 2. re paucis. D. Ambroſius: Complures vidi loquendo peccatũ incidiſſe, vix quenquam tacendo: tacendo pericula effugimus, & diſcimus rectè loqui. Et: O validum ſcutum, circumſpectæ munitionis ſilentium. O fidiſſimum ſtabilitatis fundamentum, in quo ſi quis potuerit ſtare, lubricum verbi timere non poſſit, &c. Nazianzenus hoc frenum ſe inueniſſe gloriatur cùm ait: Quemadmodum ſi quis obliquam plantam manu pau-

nu paulatim in contrariã partem inflectat, hoc aſſequitur, vt quàm primùm violentam ab eo manum ſubduxerit, rigida ſtet; ſic ego, cùm præcipitis ſermonis impetum mediocritatis regulam exceſſiſſe perſpicerem, nullum melius remedium inueni, quàm vt eum excelſò pectore premerem, vt lingua mea, & quæ dicenda, & quæ tacenda, addiſceret. Ob eam igitur cauſſam, omni eam facultate loquendi ad certum tempus orbaui, ſic fiet vt mediocritatem poſtea minimè aſpernetur. Hæc lex omnibus immodicè erga rem aliquam affectis poſita ſit. O quantum fructum affert, pulſato intus atq; incitato pectore linguam loqui geſtientem cohibere? S. Hieronymus: Maledicam *Orat. de ſil. ieiunii ſui.*

linguam indictum emendat Silentiũ. S. Gregorius: Quot ſuperuacuis verbis mens à ſilentii ſui cura diſſipatur, quaſi tot ruinis extra ſe ducitur. Vnde redire interiùs ad ſui cognitionem non ſufficit, quia per multiloquium exterius ſparſam, vim intimæ conuerſationis amittit. Et: Quia enim murum ſilentii non habet, patet inimici iaculis, ciuitas mentis, & dum otioſa verba cauere negligimus, ad noxia quoque peruenimus. D. Hieronymus pleroſque ſe in eremo reperiſſe teſtatur, qui per ſeptennium nullum prorſus verbum alteri dixerunt. Agatho Abbas fertur lapillo aſſiduè ori indito, tacere didiciſſe. S. Florentius facillimè à Deo, quod petiuit, impetrauit, quia

In Paſtor p. 3. Adm. 15.

Ad Euſtoch.

Marulus.

Greg. 3. Dialog.

quia ſilentii ſtudioſus fuit. S. Paulus Theophylo nihil reſpondit: Monachi mirati dixerunt, vt verbum ædificationis illi diceret, reſpondit: Si non ædificatur ſilentio, nec verbo ædificabitur. Silentium ipſum aliquando loquitur. Plutarchus: Magnæ ſapientiæ eſt tempeſtiuum ſilentium, & omni ſermone præſtantius. Seneca cuidam amico: Tardiloquum te eſſe iubeo, & prope tibi erit Deus, qui delectatur cum eis loqui, qui ipſius amore ſilent. Euripides: Decorum ſilentium corona eſt viri. Apud antiquos Dea quædam erat angoris, quæ os ſerâ obſignatum habebat, & proxima illi erat Dea voluptatis, ad innuendum, eum qui tacet *De Contin. Lingua.*

ſuo tempore lætitia cumulatum iri. Singulare Dei beneficium, & rara hominis virtus, ait Bias, præditum eſſe ſilendi gratiâ. Grues cùm ex Cilicia deuolant ad montem Taurum aquilis rapaciſſimis refertum, noctu tranſuolantes lapidem in ore ferunt, ne eas vox prodat aquilis, ſilentium ſeruant, tutæ vt euadant. In ſilentio, vt concludam, auditur vox turturis, & gemitus non ceſſat ex deſiderio diuini amoris. Cùm Deo ſilens loquitur, & paradiſum mentè obambulat. Huc ſpectarunt quotquot ex Sanctis ſilentium coluerunt; vt & ad illud, ne multiloquio Deum, quod procliue eſt, offenderent, Linguamque adeo ſilentio ſanarent.

CAP. XVI.

Digitized by Google

CAPVT XVI.

Lingua ab homine ſtudio omni ac diligentia cuſtodienda eſt.

NAturæ author Deus linguam in ore, ceu carcere quodam perpetuo concluſit, dentes inſuper ei tanquam vigiles adhibuit, ligamentis (vnde lingua dicitur) quaſi catenis etiam quibuſdan vinxit, ſaliua rurſum, veluti cœno inuoluit, duplici tandem muro, carneo & oſſeo ſepſit ac vallauit, nihilominus tamen ab homine, & quidem diligenter, cuſtodienda eſt ne exorbitet. Aſſerit id Propheta his verbis: Diligenter cuſtodi clauſtra oris tui, adeoque linguam tuam. *Mich. 2. 5.* Confirmat idem D. Ambroſius, cùm ſic ſcribit: Ingredi- *Lib. 3 de Virgin.*

Digitized by Google

tur mors per oſtium, ſi falſum loquaris, ſi turpiter, ſi procaciter, poſtremò, ſi vbi non oportet, loquaris; clauſæ ſint igitur labiorum fores tuorum, & obſeruatum maneat vocis veſtibulum, tunc fortaſſe reſerandum cùm audieris Dei vocem, cùm audieris Dei verbum. Et D. Chryſoſtomus: Magis vertice ipſo capitis linguam tuam cuſtodi. Gregorius M. Iſti ſunt caſus culpæ creſcentis, vt lingua, cùm non reſtringitur, nequaquam vbi ceciderit iaceat, ſed ſemper ad deteriora deſcendat. Fortiſſimis verò repagulis munienda cuſtodiendaque eſt; non lapilli in os iniectione, quod fecit Agatho Abbas; non ſuppoſitione digiti ori, quod fecit Iob; non ſignaculi alicu-

Hom. 56. in Mat.

16. Mor.

Iob. 21. 5.

ius

ius appoſitione, de quo Eccleſiaſticus, ſed rerum aliarum applicatione. Quæ illæ ſint, luculentè docet Sapiens his verbis: Ori tuo facito oſtia & ſeras, aurum & argentum tuum conſla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos, & attende tibi ne labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem. Commentarius horum verborũ hic eſto: Facito oſtia & ſeras, hoc eſt, os tuum veluti oſtiis & ſeris quibuſdã conclude taciturnitate, vt ex ea non ſinas linguã tuam profundere quicquid volet, & quicquid in ipſa hæret; ſed tantùm quod expedit, & nocere non poteſt. Aurum tuum, & argentum tuum

Eccl. 22. 13.
Eccl. 28. 25.

Digitized by Google

tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, id eſt, pretioſa quæuis impende, vt inde comparetur ſtatera, quâ omnia verba benè & prudenter ponderentur. Iſtud autem fit, cùm magno rerum diſpendio, & magnis laboribus ac ſumptibus comparatur ſapientia & prudentia, quæ doceant, quomodo verba ſint diſponenda & aptanda, ac quando loquendum, & quando tacendum ſit, quæ item proferenda, & quæ ſilentio tegenda. Et frenos ori tuo rectos, hoc eſt, iuſtam ei moderationem & cohibitionẽ adhibe; nam ſunt qui refrenant linguam ſuam, ſed non rectè, tacentes ſcilicet, quando loquendum eſſet, & loquentes quando tacendum eſſet. Et attende ne fortè labaris, id eſt,

ne fortè per linguæ præcipitationem labaris in aliquod peccatum, & per peccatum in aliquod dedecus & pœnam, videntibus inimicis, qui vt tibi in eo inſidiantur, vt te in ſermone tuo capiant, & ex ore tuo aliquid, quod calumnientur, rapiant; ita de ruina tua, ignominia & malo tuo gaudeant, ſitq; caſus tuus inſanabilis per mortem, hoc eſt, mortalis; nam linguæ abuſus corporalē ſæpe quoque affert mortem, & ſemper æternam, niſi pœnitētiæ remedio ſanetur. Oſtia porrò eſſe debent, ſeræ, & freni, non oſtium, ſera & frenum, quia vt lingua rectè ritèque cohibeatur, verbaq; improuida garrulitate non effluant, multa requiruntur, diuina protectio, ſapientia, prudentia, diuinus amor,

Digitized by Google

amor, timor ſanctus, pudor ciuilis, modeſtia Christiana, &c. Oſtia item, ſeras & frenos fieri vult, nō muros, vt claudatur & aperiatur lingua, vbi oportet, ait Ambroſius. Sapiens etiam loquendi facultatem non adimit, ſed illicitū tantùm linguæ vſum prohibet: Id quod in niurum non conuenit.

a. Offic. c. 3.

CAPVT XVII.

Cor omni cuſtodia ſeruandum eſt.

COr non corporis, ſed Spiritus, hoc eſt, mentis, quæ ideo cor etiā appellatur, quòd animæ vitā illa, vt cor corpori vitam tribuat. Natura porrò vitæ corporis theſaurum, cor nēpe penitus recludit, & prę molli intra, firmoq; opertū membranæ in volucro; coſtarum extra, & pectoris muro munit, diligēterq; adeo cuſtodit. Mens ergo,

ergo, quæ animæ cor appellatur, omni omnino etiam cuſtodia, hoc eſt, ſedula admodum accuratâq; diligentiâ ſeruari debet. Sic autem ſeruatur, ſi purum vt ſit, & à peccati labe alienum, omni ope & induſtriâ laboratur: Id enim ad ſalutem omnino neceſſarium eſt. Beati, inquit Chriſtus, mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Et: Quis aſcendet in montem Domini, hoc eſt, in cœlum altiſſimum, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? rogat vates. Et reſpondet: Innocens manibus, & mundo corde. Phariſæi bonæ virtutis mali pictores, externam quandam iuſtitiæ imaginem depingebant, de corde parum ſoliciti erant. Externum pingebant vultum, ait

Mat. 5.8. *Pſa. 23.4.*

Bar-

Barradius noſter, iuxta illud:
To. 2. l. 7. cap. 9. Exterminant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes.
Mat. 6. 16. Pingebant item os & labia: Populus, inquit Dominus, labiis me honorat, cor autem eorũ longè eſt à me.
Mat. 15. 8. Veſtes quoq; pingebant; dilatabant enim philacteria ſua, & magnificabant fimbrias.
Mat. 23. 5. Gratiæ princeps & auctor Chriſtus pulcherrimę iuſtitię & beatitudinis experiẽtiſſimus pictor, non externam ſolùm beatitudinis & virtutis effigiem, ſed internam quoque medullam, & cor diuinis verbis exprimit.
Mat. 5. 8. Beati; inquit, mundo corde. Non eſt ſatis ad beatitudinem, externa virtutis ſpecies, internum cor purũ, omniq; vitio expurgatum adiungere oportet. Non ſatis eſt ieiunare, orare, eleemoſynas

lar-

largiri, cæteraque Chriſtiana officia externa præſtare, cor hæc omnia flagitant. Quemadmodum homo ex corpore externo & anima interna componitur; ſic virtutis opera ex externa actione & interna animi intentione, ac puritate conflantur. Mortuus homo eſt, qui animâ caret, vel ſi mauis cadauer eſt hominis; eundem in modum mortua virtus eſt, cui cordis innocentia deeſt; vel ſi mauis, cadauer eſt virtutis. Largitus eſt quiſpiam pauperi mille aureos, O opus eximium, omnibus laudibus prædicandum? At ob inanem gloriam, vel prauum aliquem finem impuro corde largitus eſt. O opus mortuum, O miſericordiam mortuam. O miſericordiæ cadauer? deeſt enim
illi

illi anima, id eſt, cordis puritas. Quæ ſi affuerit, vt dixi, opus reddet viuum & meritorium; & linguam, quod ad inſtitutum noſtrum proximè facit, ſanat. Ex abundantia enim cordis, vt Scriptura diuina ait, os loquitur, & bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum; ſicut & malus homo de malo theſauro cordis ſui profert malum. Idem indicat, in hæc verba, regius Propheta: Eructauit cor meum (poſtquam ſcilicet plenum fuit) verbum bonum. Et Sapiens his: Cor ſapientis erudiet os eius, hoc eſt, faciet os eius prudenter & eruditè loqui, & labiis eius addet gratiam, id eſt, efficiet vt labia eius gratum & acceptum efferant ſermonem; contrà cor inſi-

Mat. 12. 34.

Luc. 6. 45.

Pſal. 44. 2.

Prou. 16. 23.

Digitized by Google

inſipientis erudiet os eius, vt inſipienter loquatur. Facit & hoc ad rem præſentem: Quæ procedunt de ore, de corde exeunt. D. Baſilius ſic etiam ſcribit: Verbum noſtrum vocale ex mente noſtra promanat; quæ enim ſecundùm cor nouimus, hæc verbo proferimus. Et: Verbum noſtrum noſtræ cogitationis imaginem refert, & quod loquimur, exemplar habet eius, quod corde cogitamus. Verbo: Quale cor, tale eſt os: Cor pacatum pacata verba loquitur; irâ concitatum, iracunda verba profert, quemadmodum furens mare tumidos fluctus in littus deuoluit. Fratres oderant Ioſeph, nec poterant quidquam pacificè loqui; erat in corde odium, verba

Matt. 15. 18.

Hom. in princip. D. Ioan.

verba pacifica pellebat ex ore. Dauidis in corde pax erat, & erga Saulem charitas, inde in ore verba pacis plena. S. Hieronymus: Iuſtus comedens replet animam ſuam, cumque ſacris doctrinis fuerit ſatiatus, de bono cordis theſauro, profert ea quæ bona ſunt. Bernardus: Nō poteſt fieri, vt habeat mala facta vel verba, qui bonas habet cogitationes. Illa enim de bona cogitatione procedunt, ait Auguſtinus, nec quisq; poteſt facere aliquid vel loqui niſi præceſſerit iuſſio cogitationis.

Ep. ad Princip.

De tripl. Cuſt.

In Pſal. 148.

CAPVT XIIX.

Vt linguam quis ſuam ſanet, firmum id faciendi propoſitum habere debet.

PRopoſitum ſanandi linguam, homini, ſi eam modò

dò curare velit, ineſſe debet; fruſtra enim aliâs ille erit. Hoc in eo ſi fuerit, nequaquam tamen firmum & ſtabile; actum aget quoque, Siſyphiq; ſaxum in montis faſtigium, mox in vallem reuerſurum, euoluet, fruſtraque adeò laborabit. Vtrumque igitur habere debet, ſicut vtrumque quoq; habuit Propheta Dauid; cùm enim, ob peccatum linguæ, quo ſibi, vt Berſabee raperetur, populuſq; numeraretur pcepit, luculentā à Deo plagā accepiſſet, vt piſcator ictus; ſapientiorq; effectus, poſt variam longamque cogitationem, in hæc verba ſalutis prorupit: Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Quorum hic eſt ſenſus: Vidi, ad cor rediens, quot, quamque multa

2. Reg. 11. 15.
2. Reg. 24. 1.
Pſal. 181.

Digitized by Google

& grauia mala detrimentaque linguæ inſint, firmiter idcirco apud me, iuxta D. Auguſtinum, conſtitui; & verò, teſte D. Ambroſio, mihi promiſi, vt quàm cautiſſimè deinceps ambulem in via vitæ huius, & attendam vbi pedem ponam, ne fortè in foueam iterum cadam; vel offendam ad lapidem; vel lutoſam viam pro munda eligam; vel certè deuiem ab itinere recto; diligentiſſimè inſuper attendam; ne, quo ad eius fieri poteſt, vllo modo in lingua peccem Deumque offendam. Propoſito huic ſuo firmo, firmius vt eſſet, iuramentum addidit; cùm dixit: Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ, linguæque adeò prauæ nuncium remittere. Adiunxit & alibi.

Lib. Offic. cap. 2.

Pſal. 118. 106.

alibi ad firmitudinem ſui propoſiti, & iuramenti, inclinationem, cùm ſic ſcripſit: Inclinaui cor meum ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas propter retributionem; in quibus rectus linguæ vſus neceſſariò includitur. Firmitas adhuc maior dictis accedet, ſi homo in alium hominem per pænitentiam transformetur, hoc eſt, ſi homo peccatis omnibus, quo ad eius fieri poteſt, renunciet, cunctiſque adeò criminibus moriatur, Deoque viuat, & eum imitetur, de quo D. Ambroſius in hæc verba meminit: Seipſum homo abneget, & totus immutetur, ſicut quendam adoleſcẽtem fabulæ ferunt, poſt amores meretricios, peregrè profe-

Pſ. 118. 11.

Lib. 2. de Pœnit. c. 10.

ctum, & abolito amore regreſſum, poſtea veteri occurriſſe dilectæ. Quæ vbi non interpellata, mirata putauerit non cognitam, rurſus occurrens dixit: Ego ſum; reſponderit ille: Sed ego non ſum ego. Vnde

Luc. 9. 23.

benè Dominus ait: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. Etenim qui mortui ac ſepulti Chriſto ſunt, non debent iterum velut viuentes, de hoc mundo decernere. Hæc ille. Id ſi homo fecerit, firmo ſtabilique propoſito oſtium linguæ, quod fur tentat, & Diabolus explorat, obſtruet ſine dubio, ne vel excedat, vel deficiat in ſermone, ſeraſque illas, ne effringi poſſint, confortabit. Dominus itē ſtabit, quod

Amos 7. 7.

Pro-

Propheta ait, ſuper murum adamantinum, & in manu eius adamas, hoc eſt, firmum propoſitum, vt homo in lingua non peccet, dicatque ſemper: Ego in lingua huc vſque peccaui, non delinquam deinceps ampliùs. Ego iam non ego, ſed in me Chriſtus. Viuo iam non ego, viuit autem in me Chriſtus, qui labia mihi ſolus aperiens docet quę loqui debeam, quæ ſilentio comprimere. Millies mori volo potiùs, quã vel ſemel peccatum mortale admittere, prauè loquendo. Inſultet mundus, inuitent dæmones, pelliceat caro de propoſito meo non abſcedam. En tibi veri pænitentis decretum giganteum, adeptam gratiam conſeruans. Qui hunc nõ imitabitur, mulierculam oſtia- 2. Reg. 4. 6.

riam ſomnolentam, infirmum imbelleque propoſitum cum Isboſeth cõſtituet, neciſq; periculo, cum illo ſe ſubiiciet; vel ad oſtiariæ vocem Dominum ſuum negabit, vt ille eum olim.

CAPVT XIX.

Præmeditatio linguæ frenandæ neceſſaria eſt.

VT prauo ore carere poſſimus, loquendi præcipitatio à nobis abeſſe, præmeditatio autem verborum adeſſe debet; linguaque adeò in mentem priùs, quàm quippiam ꝓferat, intingenda eſt. Id docent inprimis diuinæ litteræ. Eccleſiaſticus quidẽ his verbis: Verba prudentum ſtaterâ ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum, & in corde ſapientiũ os illorum. Illi habent cor in ore,

Eccl. 21. 28.

ore, qui imprudenter & inconſideratè quiduis loquuntur; Hi verò os habent in corde, qui priusq̃ loquantur, quæ loqui volunt, conſiderant, vt digna videlicet ſint homine Chriſtiano. Sapiens his aliis: Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam; qui autem inconſideratus eſt (ad loquendum) ſentiet mala. Et: Noli citatus eſſe in lingua. Vidiſti hominem velocem ad loquendum? ſtultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correctio. Et Paulus: Sermo veſter in gratia ſit ſale conditus, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere. Docent idipſum Sancti Patres. S. Ambroſius: Sapiens, vt loquatur, multa priùs conſiderat, quid dicat,

Prov. 13.3. *Eccl. 4.34* *Prov. 22. 29.* *Coloſ. 4.6.* *1. Offi. c. 4.*

aut cui dicat, quo in loco, quo tempore, vt ſit grauitas in ſenſu, in ſermone pondus, in verbis modus. D. Auguſtinus:

In Pſal. 88. Perpende quid dicturus es, examina, conſule interiorem veritatem, & ſic profer ad ex-

Ad Eremit. teriorem auditorem. Et alibi: Eligit quis cibos quibus veſcatur, eligat quod loquatur quoque. Et: Stultus valde eſt, qui non priùs verbum ducit ad limam rationis, quàm ad lin-

Ad Celan. guam oris. D. Hieronymus: Diu ante conſidera quid loquendum, & adhuc tacens prouide, ne quid dixiſſe pœniteat: Verba tua ponderet cogitatio, & linguæ officium a-

Eccl. 28. 25. nimi libra diſpenſet: Vnde Scriptura ſacra dicit: Argentum & aurum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & fre-

Digitized by Google

ſrenos ori tuo rectos, & attende ne ſortè labaris in lingua. S. Chryſoſtomus: Et Linguæ regulas quaſdam & leges ponamus, vt priùs verba ruminet, & ita proferat. D. Gregorius M. Praui ſicut in ſenſu leues ſunt; ita in locutione præcipites, quia quod leuis conſcientia concipit, leuior protinùs lingua prodit. Et: Cùm intentionem bonam locutio cauta non ſequitur, ipſa pietatis propoſitio in tranſgreſſionis vitiũ vertitur. Et: Boni viri freno conſilii retinent præcipitationem verbi, & cautè conſiderant, ne relaxantes linguæ laſciuiam, auditorum conſcientiam incauta locutione transfigant: Et: Qui in dictis ſuis reprobari metuit, ipſum priùs debet examinare quod dicit,

Hom. 71.

5. Moral.

Lib. 5. in Iob.

Moral. 8.

quatenus inter cor & linguam, æquus quidam diſcretuſque arbiter ſedeat, ſubtiliter penſans, ſi recta verba offerat. Iſidi malum Perſicum dicarunt veteres, quòd cordis referat figuram, folium linguæ: quò ſignificarunt, rē primùm ab intellectu eſſe concipiendā, tum proferendam. Celeritatē ſequitur pœnitentia, ſed ſera & inutilis. Conſilia calida & audacia, prima ſpecie læta, euentu triſtia ſunt. Prudenter proinde Demoſthenes: Conſulere quidem oportet lentè, conſulta exequi feſtinanter. Et Tacitus: Plura in ſumma fortuna auſpiciis & conſiliis, quàm telis & manibus geruntur. Vis conſilii expers, mole ruit ſuâ. Trita eſt illa Bernardi regula pro Monacho,

In ſpec. Monach.

nacho, vt eius verba antequam proferat, bis ad limam perueniant, quàm ſemel ad linguam. Docet præterea labia Sponſæ Chriſti eſſe debere ſicut vitam coccineam, reſtrictam ſcilicet. Idem & hoc comprobat: Lingua rationis eſt organum, loqui ergo non debet, niſi rationis actus præcedat; examinatio nempe rationis ſermonis, qui proferendus eſt. Rationis ducem Philoſophi quoque ſequuntur; Hinc Chilo Lacædemonius non committendum, inquit, vt lingua præcurrat mentem. A. Gellius: *Sapiens ſermones ſuos præcogitat, & examinat in pectore, quàm proferat in ore.* Iſocrates: Quicquid dicturus es, priùs cum animo tuo reputa; ſuo enim

Tract. de paſſ. c. 31.

tempore dictorum omnium ratio exigetur. Bias: Noli citô loqui; eſt enim inſaniæ indicium; indeque Arcadiæ pecus recognoſcitur, pœnitentiaque ſequitur; capietur enim in verbo indiſciplinato, vt Sapiens ait, & confundetur, honor autem & gloria erit in ſermone ſenſati. In chalybe videnda eſt temperantia, in potu medicinali punctum, in pondere verborum probatio linguæ. Hæc de priore libro, poſteriorem, fauſto ſidere aggrediamur.

Digitized by Google

DE MORTIFERO VENENO, ET REMEDIO LINGVÆ HVmanæ, in ſpecie.

PROOEMIVM.

HACTENVS, diuinæ gratiæ auxilio freti, generatim de mortifero linguæ humanæ veneno, & remedio, breuiter diſſeruimus: ſequitur vt de eodē linguæ humanæ mortifero veneno, & præſenti remedio ſigillatim & in ſpecie, pari breuitate, diſputemus. Sic enim Lector beneuol⁹ & mala, & pharmaca mortifera humanæ linguæ, in vnum, ceu faſciculum cōiecta: promptè ad manū habebit: iisq; cùm opus fuerit, morbo cognito & depulſo, valetudini ſe reddet: quod

totis animis voueo ego, & deſiderat is, qui vinculum linguæ, vt rectè loquatur, ſoluere ſolet.

CAPVT I.

Mala Adulationis.

ADulatio falſa alicuius eſt laudatio; cùm malus videlicet laudatur, iuxta illud vatis regii: Psal. 9. 24. Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Sed additur: Exacerbauit Dominum peccator, ſecundùm multitudinem iræ ſuæ. Et huius Ezechielis; Ezech. 13. 18. Væ iis qui conſuunt puluillos, ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ętatis, ad capiendas animas. Ad hoc, ait Gregorius, puluillus ponitur, vt molliùs quieſcatur. Quiſquis ergo malis adulatur, pul-

puluillũ ſub capite, vel cubito iacentis ponit, vt qui corrigi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat. Et illi⁹ D. Baſilii: Multi ſunt, qui pro bonis prauas cõprobant actiones, & vitia virtutibus vicina, verbis honeſtare contendunt. *In Pſ. 61. ſ.*

Carolus octauus Gallorum rex pridie quàm è viuis decederet Bernardum cubiculariũ interrogauit, quî fieret ꝙ tam pauci reges Sanctorũ numero adſcriberentur? Nihil illo reſpondente, Rex ait: Cauſſa eſt, quia paucos penes ſe habent, qui ipſis verũ dicant. Ignauiæ enim nomine, iuxta Plutarchũ, prętexitur ab adulatore modeſtia; audacia, temeraria fortitudo iudicatur; timiditas, cunctatio ꝓuida; ſegnities, diligens in omni re prudẽtia dicitur; luxus, libe- *Ex Amalib. Franc.* *Plutarch.*

liberalitatis nomine fruatur, timiditas, cautelæ, ſordes, frugalitatis vocabulo palliatur, qui fœdis amoribus eſt deditus, comis & amans appellatur, iracundus & p̄ferox, magnanimus, vilis abiectuſque, humanus, indigetatur; vt is qui ſimis eſt naribus, amabilis, naſo adunco, regalis, candidus Deorum filius, &c. Anaxarchus Alexandrum adulatoriè conſolans, ob Cliti cædem animo ſe angentem, An ignoras, aiebat, ius & fas Ioui aſſidere, vt quidquid Rex agat, id fas iuſtumque putetur? Cambyſi Perſarum regi aliquando inquirenti: an liceret ſororem vxorem ducere? auſi ſunt Cõſiliarii quidam molles, & in omnem voluntatem, nutumq; principis, pinnarum atque rotarum

Putar. 10. 2. mor.

tarum inſtar, flexiles atque ductiles, ei reſpondere: Regi licere quicquid velit. Plinius huc vergit quoque, cum ait: Principi eas (leges) nemo ſcripſit. Machiauellus ille multorum Paracletus, penè totus eſt in huius licentiæ regiæ patrocinio. Rex Aſſuerus ad Eſtherē: Non morieris; non enim pro te, ſed pro aliis hæc lex conſtituta eſt. Adulatorum hac ætate infinitus eſt numerus; In Aulis maximè; Vnde & Adulator à quibuſdam Aulator dicitur. Demetrius Philoſoph' optabat in corde feneſtram, animum vt perſpiceret adulantis. Cum eo alii. Adulator porrò in falſa ſua aſſentatione miros, ſtultos etiā adhibet modos; ſecundas enim ſemper agit, omnibus ſupparizatur, Didicit illud:

In Panegyr.

Eſth. 15.

Quod

Quod dicit, dicas: quod negat ille, neges.
Riſerit? arride: ſi flerit: flere memento,
Imponat leges, vultibus ille tuis.

Mollem aſſentator ſe fingit, refingit, vertit, conuertit, peruertit; mutat quadrata rotundis, triangularia quadratis, omneſq; , vt vult, Iupiter ſcilicet nouus, transformat, & alterat arte. Rectiùs vt id faciat, ex illorum vultibus totus pendet, in illorum oculis fixus habitat; cùm abſunt, deſiderio illorum tabeſcit, nullus ſermo illi iucundus, qui cum illorum laude coniunctus non eſt, interdiu illos cogitat, noctu ſomniat, & chamæleontis inſtar affectum illorũ induit, & tanquã in ſpeculo, quam in aliquo videt, imaginem refert, ſi ridentem aſpicit, in riſum ſoluitur.

uitur, ſi mæſtum, ad triſtitiam vultum fingit, ſi ſtomachantem, iraſcitur, & à ſeipſo diſcedit, ſi afflictum & infirmum, toto vultu palleſcit. Vt aqua colorem terræ, per quam decurrit, contrahit, & vmbra corpus ſequitur, & lineæ non per ſe, ſed per ſolidum illud, cuius ſunt lineæ mouentur; ſic adulator mouetur cum aliquo, & quaſi vmbra affectiones illius ſequitur, & quem in illo videt colorem ſuſcipit: Puluillos omni brachio ſubiicit, loquitur ſemper placentia, & penè, vt in nuptiis citharædi meritorii petunt ecquã audire libeat. Plura deſideras? Aulici Alexandri M. obtorto pauxillùm collo certatim incedebant, ſtudio ei placendi, vt cui
collum

collum natura formauiſſet. Platonis gibbum auditores, Ariſtotelis balbitiem diſcipuli, eadem de cauſſa imitati ſunt. Nonnulli, neſcio qui, in ſe mutuò incurſabant, & impetebant, vt Regi minùs acuti viſus adularentur. Ariſtippus à Dionyſio quippiam pro amico petebat, quod cùm non impetraſſet, Tyranni genua ſupplex amplexatus eſt, remque ſtatim impetrauit; cùm verò intelligeret id ſibi à pręſentibus vitio dari. Nō ego, inquit, huiuſmodi aſſentationis auctor ſum, ſed Dionyſius, qui in genibus aures habet. Id omne porrò adulatores faciunt, ea vt ratione alicui placeant, qui laudis cupidus eſt. Aſſerit id Seneca his
Ep. 6. verbis: Si inuenimus, qui nos bonos viros dicat, qui pruden-
tes,

tes, qui ſanctos, agnoſcimus: Non ſumus modica laudatione contenti, quicquid in nos adulatio ſine pudore congeſſit, tanquam debitum prendimus, optimos nos eſſe, ſapientiſſimos affirmantibus aſſentimur, cùm illos ſcimus ſæpe multa mentiri, adeo quoq; indulgemus nobis, vt laudari velimus in eo, cui contraria quã maximè facimus, mitiſſimum ille ſe in ipſis ſuppliciis audit, in rapinis liberaliſſimum, in ebrietatibus ac libidinibus temperatiſſimum, ſequitur itaque vt ideo mutari nolimus, quia nos optimos eſſe credimus, O curuæ in terras animæ, & cœleſtium inanes. Id deinde faciunt, ſibi vt cõſulant. Id fecit Parthorum regis frater; Neronem enim ſic alloquutus eſt: *Dion. in Nerone.*

Ego

Digitized by Google

Ego Domine tuus ſeruus ſum, veniq; vt te Deum meũ colerẽ. Equidẽ is ero, quẽ tu me fato quodã efficies. Tu enim fatũ meũ es & fortuna. Cui Nero; te regem Armeniæ facio, &c. Id tandem faciunt, mali vt alicui⁹ periculo ſe eximant, memores videlicet Solonis, qui nullam aliam ob cauſſam regno pulſus eſt, niſi quòd Crœſo Lydorũ regi, vir ille ſapiens blandiri neſciebat. Dionyſii itẽ, qui mortem Philoxeno Poetæ meditatus dicitur, quòd, cùm in magna hominum corona verſus à ſe factos Tyrannus recitaſſet, reliquis omnibus laudantibus, ſol⁹ eos abſurdos & inconcinnos dicere auſus fuerit. Neronis quoq;, qui præceptorẽ ſuũ, & Agrippinam matrem etiam ſuã mori iuſſit, quòd vitiis eius

Digitized by Google

aduerſarentur. Eſt verò Adulatio magnum peccatum. Eo & ſibi, & aliis nocet adulator. Sibi inprimis, vt Chryſoſtomus his verbis docet. Prauitatem non æmulari tantùm, verùm etiam in ea viuentes laudare, ſupplicium haud mediocre nobis conciliat; & ſi fas eſt dicere quiddam nouum & admirandum, grauius ſupplicium, quàm manet illos ipſos, qui malè viuunt. Et: Nam collaudare delinquentes quòd ad ſupplici pertinet æſtimationem, longè plus eſt quàm delinquere, idque iure optimo, eò quòd hoc ſuffragium proficiſcatur ab animo planè corrupto, & inſanabili morbo laborante; ſiquidem is, qui dum peccat, condemnat interim peccatum ſuum, poterit aliquando ad ſe re-

Hom. 2. de David. & Saule. Lib. 8.

ſe redire; at qui laudat malitiã ſuam, is ſe priuauit curatione, quam adfert pœnitentia. Nocet etiã aliis; exporrecta enim fronte, oculiſque ſuauè ludentibus, ſub mellis ſauo fella ꝓpinans, veritati in eis aures obſtruit, falſitati verò ac mendacio aperit, peccata alit, in eis vt perſeuerent, efficit, ex vaſis gloriæ vaſa contumeliæ, ex phialis pellucidis lebetes fuliginoſiſſimas reddit; virorem omnium virtutum corrumpit, vt Gregorius M. aſſerit, damnationiſque adeò illorum cauſſa exiſtit. Perpetuũ regum malũ; Eorum enim opes aſſentatio ſæpiùs, quàm hoſtis euertit. ait Curtius.

CAPVT II.

Remedia Adulationis.

E Serio accuratoque conſiderationis ſtudio petenda ſunt. Conſideret igitur inprimis adulator Deum olim noluiſſe ſibi mel in ſacrificiis offerri, eòque adeò indicaſſe à dictis ipſius aſſentationem melle ſignificatam abeſſe debere. Conſideret deinde Sapientem nos monuiſſe ab adulatoribus vt caueremus, eorumq; familiaritatem vitaremus, cùm ſic ſcribit: Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas illis: ſi dixerint, veni nobiſcũ, &c. ne ambules cũ eis; pedes enim illorum ad malum currunt, & feſtinant, vt effundant ſanguinem. Conſideret tertiò illud Sapientis: Qui iuſtificat impiũ, & qui

Leuit. 2. *Prou. 1 10.* *Prou. 17. 15.*

Digitized by Google

& qui cõdemnat iuſtũ, vterq; eſt abominabilis apud Deum. Et illud Eſaiæ: Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo: ꝑpter hoc, ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit; ſic radix eorum quaſi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis aſcendet. Et hoc: Væ qui malum dicunt bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Conſideret quartò illud Dauidis regis: Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Verba hæc exponens Gregorius dicit; Tunc oleum

Eſai. 5. 23.

Eſai. 5. 20.

Pſ. 140. 5.

Hom 13. in Euang.

pec-

Digitized by Google

peccatoris caput alicuius impinguat, cùm demulcet mentem fauor adulantis. Oleum etiam peccatoris, vt exponit Caſſiodorus, eſt dilectio ſimulata verborum, quæ vocum blandimentis, noſtras mentes, veluti olei pinguedo ingrediens, rigorem veritatis emollit. Et hoc eiuſdem Dauidis: Ferant confuſionem ſuam cõfeſtim, qui dicunt mihi: euge, euge, hoc eſt, qui mihi blandiuntur. Sic enim eum locũ Auguſtinus exponit. Ferunt certè peccata; ea enim, vt Propheta ait, comedunt, hoc eſt, ſua faciunt. Conſiderent quintò Chriſtum, qui, cùm Ioannem Baptiſtam laudibus ornare inſtituiſſet, nec præſentem, nec coram eius diſcipulis, vt adulationis notam

Pſ. 39. 16.

Oſ. 4.

Mat. 11. 11.

defugeret, collaudauit, vt notauit Chryſoſtomus. Quàm benè, inquiens, recedentibus diſcipulis cœpit laudare Ioannem, non ſicut quidam adulatores, qui hominem in faciem laudant, aut vident amicos eius fideles adeſſe, aut domeſticos, quos credunt denunciaturos illi quicquid audierint. Inſipiens gaudet, ſi in faciẽ laudetur; vir autem ſapiens, quando ſic laudatur, in corde flagellatur. Seruator certè noſter, cùm à Scribis & Phariſæis, eorumque diſcipulis adulatoriè laudaretur, duriùs ſemper eis reſpondit, quàm cùm maledictis inceſſeretur. Cùm enim dicerent: Magiſter ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo; non enim reſpicis per-

Hom. 27. in Mat.

Matt. 22. 16.

perſonam hominum,&c. Reſpondit: Quid me tentatis hypocritæ? Et cùm miraculorum patratorem eum agnoſcerent, ſignumque ab eo peterent: Generatio, inquit, mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ, &c. Conſideret ſextò Deum Hieremiam, & in eo alios ſic allocutum fuiſſet: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & ædifices & plantes; non item vt aduleris. Hinc Sancti Dei palpum malè agentibus non obtruſerunt, ſed caſtigarunt & reprehẽderunt grauiter. Moyſes Pharaonem, Azarias Ioſiam, Dauidem Nathan, Ioannes Herodem, Chryſoſtomus Eudoxiam, Ambroſius Theodo-

Mat. 12. 38.

Hier. 1. 10.

ſium, Thomas Cantuarienſis Angliæ regem, &c. Conſideret ſeptimò, quid orthodoxi Patres de aſſentatione & aſſentatoribus ſentiant. D. Chryſoſtomus adulatores appellat inimicos omnis virtutis, cauendoſque adeò, & eò quidem magis, quò ſub amantis ſpecie nõ deſinunt, donec rationis obtundant acumen, & modicũ illud luminis, quod adeſſe videbatur, extinguant. Et: Quando iſti me laudant, & adulantur, dico ego: Egenus & pauper ſum, non eſt quid in me laudetur; is nõ ſum, qui gratias agens dicã: Non ſum ſicut cæteri hominum, &c. Nõ dubitat Auguſtinus inſanũ vocare, qui laudet quod non eſt bonum, & eo ipſo iniquũ appellare, quia laudet id, ꝙ iniquum eſt. Mauult pati

In Pſ. 134.

In Pſ. 39.

In Pſ. 134.

pati ſupplicium, quàm fœda adulatione conſequi beneficiũ. Ait præterea plus perſequi linguam adulatoris, quâm manum perſequentis. S. Hieronymus blandos vocat amicos hoſteſque profligatiſſimos, Paulinus peſtes animæ, eo quòd nihil ſit, quod tam dulci & molli vulnere animam feriat, atque adulator. Hugo amicos in obſequio, hoſtes in animo turpes in facto appellat. B. Gregorius aſſentatores locuſtis comparat, quòd omnẽ virtutum virorem adulatione ſuâ corrumpant. Alii proditorib⁹, qui blandis, & ad dolum compoſitis verbis, in inſidias & fraudes alios impellant. Nonnulli lupis, qui titillando & palpãdo aſinos deuorant. Canib⁹ vlcera lingentib⁹, ac ſterc⁹ etiã

In Pſ. 691 *Ep 68.* *Ad Celant. Ep. 14.* *In Moral. 31. c. 20.*

Domini ſui vorantibus. Serpentibus quidã, quòd venena vomant. Calidis alii ſtercorib[9] hirundinum leuiter volantiũ, quæ Tobiã cæcauerunt. Scorpiis, qui palpando incedunt, & caudâ feriunt. Venatoribus ſibilo leni feram ſiſtentibus, vt cõmodiùs transfigant. Pardis ob feritatem; ſi enim fortuna mutàuerit vultum, mutabunt & verba adulatores; deſinent enim velle placere, qui nõ virum, ſed fortunam coluerunt; non hominem, ſed purpuratum venerati, amarunt dignitatem, nec vltra, & ſibi illam amarunt, non alteri, non amaturi, niſi commodam ſibi arbitrati. Sibi ergo ſtuduerunt, placitura dixerunt ſibi, laudarunt ſibi. Quare vt primùm vertit fortuna frontẽ, vertunt

Scriban. in Super. 1. c. 21.

& ipſi

&c ipſi dictionem, & è magnis laudatoribus, magni exurrexerunt contemptores. Conſideret octauò, quid natura duce Ethnici de eadem adulatione cenſeant. Plato appellat adulatores feras humano generi peſtilentes, ſimiles veneficis, & verò impuris dæmonibus, qui animas incautas funeſtis epulis foueant, & ſordibus noxiis inquinent. Seneca vocat aſſentatores ſeruos. Plinius humi iacentes, Martialis turpes. Iſocrates fractos & abiecti animi viros. Diogenes dictitabat meliùs eſſe incidere in coruos quā adulatores; hi enim animum, illi corpus corrumpunt. Idem blandam orationem, & ad gratiam cōpoſitam vocabat melleum laqueum, quòd blandè amplectens hominem iugulet.

Lib. 3. de benef. c. 12.
Lib. 9.
In Phæd.

Idem Ariſtippum Philoſophũ vocabat regium canem, quòd Dionyſio Siciliæ tyranno adularetur. Eſt enim canis animal ad aſſentationem promptum.

Laert. lib. 1. Bion, vt inter fera animalia tyrannum; ſic inter manſueta pernitioſſimum adulatorem eſſe docet. Cicero aſſerit

Pro Lælio. nullam peſtem eſſe maiorem adulatione & banditiis. Pythagoras irriſores & arroſores appellitat. Democritus impoſtores. Miles quidam Canutum

Polyd. Virg. l. 7. hiſt. Angl. Anglorum regem, animi cauſſa deambulantem, in littore Oceani, regem longè omnium potentiſſimũ, qui hominibus, qui mari, qui terræ latè imperitaret, nominauit. Rex, vt illius aſſentationes vanas coargueret, veſtem exuit; ex ea globum fecit, ſuperque ſedit

quam

quam proximè aquam, dicens: vnda tibi iubeo, vt ne pedes meos tangas, ſuis mirantibus, cur hoc faceret, vnda inſurgens totum madeſecit; tum ille. En Principes, vocatis me regem, qui hanc paruulam vndam meo imperio cohibere nequeo. Nullus mortalium eſt tali nomine dignus, &c. Athenienſes legibus ſuis aſſentatores capitali ſupplicio mactarũt tanquam Reipublicæ peſtes: Demadem Oratorem decem talentis mulctarunt, quia Alexandrum M. Deum appellarunt; Euagoram autem, quia eum adorauit, vitâ priuarunt. Conſtantinus Imperator tineas & ſorices palacii eos appellauit. Sigiſmundus Imperator adulatori alapam infregit, dicentique: cur me

Niceph. l. 8. cap 4.

Aen. Syl. l. 2. de geſ. Alphon.

 cœdis?

cœdis? reſpondit: cur me mordes? Conſideret nonò, aſſentatores alienos eſſe à vera primùm religione, hoc ipſo ſcilicet, quo ſe ad humana ſtudioſiùs, quàm ad diuina conuertant, magiſque hominem, quàm Deum ament. A fide deinde; eam enim illi, cui adulantur non ſeruant; in præſentia ſiquidem eos laudant, in abſentia condemnant; ſicque in illos Plautinum illud quadrat: Palàm blandiuntur; clam, ſi occaſio vſquam eſt, aquam frigidam ſubdolè ſuffundunt. A charitate item proximi; ad improbam enim eum vitam propellunt, vel calcar certè addunt, dum damna tegunt, pericula minuunt, aut vniuerſim tollunt, ſicque damnationis illius cauſſa exiſtunt. A veritate præ-

te præterea, quandoquidem oratio eorum tota mendaciis eſt veſtita; ſicque non tam animi ſenſus exprimunt, quàm voluntati illorum ſubſeruiunt & obſecundant; pro eodem falſa & vera habentes; ſatis eſt illis dixiſſe quod placeat. A ſinceritate rurſus; aliud enim mente recluſum habent, aliud ore promunt. A bona tandem opinione, quam de aliis habere debent; iudicāt enim illos gloriæ nominiſque alicuius ſcabie teneri; remque adeo diuino iudicio non metiri; molles etiam alios cenſent, aqueos, & in bullam faciles; in ventum flatumque omnem vela pandentes; ſicque non leui illos iniuriâ afficiunt. Aſſentatoriè laudatus memor ſit huius Catonis:

Cùm te quis laudat, iudex tuus eſſe
memento.
Plus aliis de te, quàm tu tibi credere
noli.

CAPVT III.

Mala Ambitionis.

AMbitio honoris & dignitatis inordinata imoderataque eſt petitio, & inter omnes quidem cupiditates maximè inſana & furioſa, propter quã, ſi quando occaſio ferret, ius eſſe violandum Cæſar arbitrabatur. Laborauit illâ Lucifer. Quis vt Deus? ait S. Michael; at ille: Aſcendam ſuper altitudinẽ nubium, & ero ſimilis
Eſ. 14. 14. altiſſimo. Primi parentes noſtri, dum voluerunt eſſe ſicut Dii ſcientes bonum & malum.
Gen. 3. 5. Abimelech, vt regnaret, ſeptuaginta fratres in petra vna, lapi-

lapideus ipſe, occidit. Atha- *Iud. 9. 5.*
lia, vt regno potiretur, ſe-
men omne regium interfecit.
Herodes regnum malis ar- *4. Reg. 11.*
tibus per tyrannidem vſurpa- *1.*
tum, infinita ſuorum cæde tuē-
dum ſibi exiſtimauit; &
ad inopinatam Magorum vo-
cem, Regem recens natum,
Magis ruinam, Chriſto perni-
ciem machinatus eſt. Omnis *Mat. 2. 16.*
ſic poteſtas cōſortis impatiens
eſt. Ad cantilenam puellarum,
Dauidis gloriam præ Saule ce-
lebrantium, furit ille, & in-
uidiâ tabeſcit, longè miſerior
& vilior, quàm cùm aſinas
perditas ante priuatus quæ-
ritaret. Laborarunt & eâ A- *1. Reg. 18.*
poſtoli; ideo frequens erat in- *1. Reg. 9.*
ter illos contentio, quis eo-
rum eſſet maior. His, vt par
eſſet Simon magus, ſumma
ſacri-

ſacrilegaque ambitione petiuit. Huius poſteri eodem vitio laborarunt; Epiſcopatus enim ambiuerunt, quos cùm obtinere non poſſent, ab Orthodoxis ſibi prælatis diuiſionem fecerunt, contra Cornelium Donatus, Arrius contra Alexandrum, &c. Nabuchodonoſor ſe, vel in ſtatua adorari voluit.

Dan. 3.

Alexander magnus litteris & legationibus in Græciam miſſis, pro Deo ſe haberi flagitauit, ſatiſque adeò illi non fuit terrarum orbi dominari, niſi etiam in cœlum volare contéderet, diuinos honores concupiſcens. Eadem hæc diuinitatis cupido inceſſit C. Caligulam, Domitianum, alios. Dicebat Cęſar ſe in parua ciuitate malle eſſe primum, quàm in magna ſecundum. De eodem

& Pom-

Digitized by Google

& Pompeio Florus: Nec hic ferebat parem, nec ille ſuperiorem. Menecrates Medicus ad Regem etiam ſcribens, (Deus) ſubſcripſit. Empedocles ſe in ardentem Ætnæ ſpecum intẽpeſta nocte deiecit, vt cùm repente non apparuiſſet, abiiſſe ad Deos crederetur. Pſaphon capiens aues ex vocalium numero, eas docuit eloqui: Magnus Deus Pſaphon, quarum vocibus, cùm aliæ permultæ aſſueuiſſent, Pſaphonis diuinitatem celebrabant. Creditum à Lybicis eſt diuinam hanc vocem eſſe; vnde & Pſaphon veluti Deo ſacrificabant; ſicque ille, comitiis auium, Lybicus creatus eſt Deus. Idem legimus de Annone Carthaginenſi. Romani eô ſtultitiæ proceſſerunt, vt honorem ꝓ Deo haberent, *Lib. 4. c. 2*

cona-

conatique ſunt artibus malis, dolis ſcilicet & fallaciis eum adipiſci. Ambiunt & inſipientes honorē. Oliua, ficus & vitis, *Iud. 9.* in regem eligi noluerunt, ſolus rhamnus arbor ſine frondibus, ſine floribus, & fructu, vt eligeretur, conſenſit. Et quis quæſo ab iſto malo immunis eſt? Difficilius, ait Hieronymus, *In Epit. Fab.* illâ, quâm auro caremus & gemmis; his enim abiectis, interdum glorioſiùs tumemus ſordibus, & vendibilē paupertatē populari auræ offerimus. Et D. Ambroſius: Quos nulla *Lib. 3 in Luc.* potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubruere, facit ſæpe ambitio criminoſos. Dionyſium Siracuſanum ferunt Siciliæ regno ſpoliatum, pueris docendis ſcholam aperuiſſe, quòd ſine imperio viuere ſe

non

non poſſe fateretur. D. Bernardus: Nihil apud miſeros mortales celebrius negotiis eius; an non vocibus eius tota die palacium reſonat? an non quæſtibus eius tota legum, canonũque diſciplina inſudat? an non ſpoliis eius omnis terra inhiat? Benè etiam proficientes animos tentare non ceſſat, ait Auguſtinus. Quæ porrò Ambitionis cauſſa? Non vident ambitioſi illius malum, quod D. Bernardus his verbis, quaſi coloribꝰ viuis depingit: Ambitio ſubtile eſt malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris parens, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excœcatio cordiũ, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languores, quãtos hoc negotium

Ep. 242.

De ciu. Dei l. 5. c. 12.

Serm. 6. in Pſ. Qui hab.

gotium perambulans in tenebris trudi fecit in tenebras exteriores, veſte ſpolians nuptiali, & virtutum exercitia fructu pietatis euacuans, quantos peſtis hæc nequiter ſupplantatos, turpiter quoque deiecit. Quid verò hunc fouet vermem? nihil aliud quàm mentis alienatio, & obliuio veritatis. Veritas dicit: Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, ſe autem perdat? Et: Vides ne, quòd ambitio adoratio Diaboli eſt? Furia omnino infernalis eſt, vel Diabolus potiùs furens, diluuium inferens miſeriarum. Religionem enim peſſundat, fidem proſcribit; ſpem ad varios honorum gradus iactat, charitatem diſſoluit, pietatem exſcindit, honeſtatis fines tranſilit, deus ex

animo

animo pellit, docet quod natura non nouit, cupit quod pietas exhorreſcit, perficit q̄ Deus vindicare cogitat, vim & fraudem miſcet, fœdera frangit, pacem rumpit, inducias violat, quietem interturbat, imperia peſſundat, bella mouet, ad iniurias animat, ad lites armat, innumeros trucidat, Eccleſiam Dei ſchiſmate ſæpe ſæuo diſcindit, domiciliis religioſiſſimis facem iniicit, curias turbat, reſpublicas euertit, patriam obruit, vrbes delet, domos ſolo æquat, ſucceſſionis iura euertit, naturæ leges violat, ſceptra ad indignos defert. In parentes, propinquos, amicos, notos tyrannidem exercet, nullius vitæ parcit & ſanguini. Brutus certè, D. Au- *Lib. 5. de*
guſtino auctore, impellente *Ciu. c. 18.*
hono-

honoris cupidine, filios ſuos occidit. Ambitione, vt Cyprianus inquit, adulteratur veritas, vnitas ſcinditur, ad hæreſes & ſchiſmata proſilitur, dum obtrectatur Sacerdotibus, dum Epiſcopis inuidetur, dum quis aut queritur non ſe potiùs ordinatum, aut dedignatur alterum ferre præpoſitum. Sicut aer viſceribus terræ incluſus, dum inde exire cõatur in ſuperiorem regionẽ, eandem perturbat & tremefacit; ſic dominandi inanis cupiditas, dum ſe exerit, & in ſuperiorem locũ aſcendere nititur, omnia cõmouet, & è ſuis cardinibus reſilire facit. Nulli loco, cõditioni, ætati, aut generi parcit, veluti cõmunis peſtis ſerpit, & in vniuerſale exitiũ debacchatur. Hęreſum eſt mater, ait-

ait Auguſtinus. Ambitioſus, ait Innocentius tertius Papa, in ſuperbiam extollitur, & in iactantiam effrenatur, nec curat prodeſſe, ſed gloriatur præeſſe, præſumit ſe meliorē, quia ſe cernit ſuperiorem. At bonū facit non gradus, ſed virtus, nō dignitas, ſed honeſtas. Ambitioſus priores dedignatur amicos, & notos ignorat, heſternos & comites contemnit, antiquis vultū auertit, viſum extollit, ceruicem erigit, faſtum oſtēdit, grandia loquitur, ſublimia meditatur, ſubeſſe renuit, præeſſe molitur, prælatis infeſtus, ſubditis oneroſus, moleſta non ſuffert, concepta non differt, præceps & audax, glorioſus & arrogans, grauis & importunus. Hæc ille. Nocet & ſibi ambitioſus: Ad improbas enim actiones cupiditas

Hær. 53.
Lib. de miſ. cond. hum.
Luc. 23.
Act. 21.

ditas

ditas iſta hominem impellit. Pilatus, vt ſibi demereretur Iudæos, innocentem Chriſtum tradidit illis vt crucifigeretur. Herodes occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio: videns autem quia placeret Iudæis, appoſuit vt apprehenderet & Petrum. Inuentus eſt quoque, vt ex Gentilitate aliquid adferamus, qui Dianæ Epheſiæ templum incendere vellet, vt opere pulcherrimo conſumpto, nomen eius, per totum terrarum orbem diffunderet, quem mentis furorem eculeo impoſitus, detexit. Cuilibet etiam viuenti dulcis eſt, aït Ariſtoteles, & neceſſaria quies. Hanc quietem tollit ambitio, dum vel honorem quærit, vel vt conſeruet, laborat. Rectè D. Bernardus: O ambitio ambien-

4. Ethic.

Super Pſal. Qui hab.

bientium crux, quomodo o-mnes torques, quomodo o-mnibus places? Nihil acerbiùs cruciat, nihil moleſtiùs inquietat, &c. Nocet ſibi & hac ratione; ambit dignitatem, quam ſi aſſequatur, non ſolùm nouam non aquirit, ſed etiam quam prius habebat exiſtimationem ſæpe amittit. Etenim ex occaſione rerum gerendarum, multa vitia patefacit, quæ priùs latebant, aut certè tantò clariùs oſtendit, quantò eſt in loco poſitus magis excelſo & illuſtri. Sicut ſimia, ait Gregorius, in tecto, & rex fatuus in ſolio ſedens, quô altiùs aſcendunt, eò magis apparet eorum turpitudo. Deinde, quia perpetuò pendet, peſſimo ſeruitutis genere, ex aliena voluntate, incerta & inconſtanti, cum pe-

riculo omnia vno momento ammittendi. Proponit etiam ſe inuidiæ, inſidiis multorum, oculis & ſermonibus omniũ. Animam tandem ſcelere contaminat, iuxta illud Ambroſii: Sæpe quos vitia nulla deflectunt, facit ambitio criminoſos; Intellectum cœcat, rationem ad inſaniam adigit. Vt dominetur ſeruit, cunctis ſe inclinat, frequentat curias, viſitat optimates, aſſurgit, amplexatur, applaudit, circumuolitat domos magnatum, vt floretum apes, vt aues dumeta, vt vnguenta muſcæ, vt horrea formicæ, vt frumenta columbæ, vt macella moloſſi; Senſus vanitate complet, Corpus miſeriarum theatrum efficit, Caput ad arrogantiam effert, Cerebrum vertigine rotat, aduer-

uerticem denique capitis hominem, quà corpore conſtat, conſtuprat. Sed enim flocci hæc omnia ambitioſus facit. Ruat, inquit, cœlum, os ſuum dilatet infernus, dummodo rerum potiar. O diritatem ambitionis?

CAPVT IV.

Remedia Ambitionis.

REmedium primum ſequẽtes litteræ diuinæ exhibẽt: Noli quærere à Domino ducatum, neque à Rege cathedram honoris. Noli quærere velle fieri iudex, niſi valeas diſrumpere iniquitates. Quod hominibus altũ eſt, abominatio eſt apud Deum. Deieciſti eos dum alleuarentur. Qui ſe exaltat humiliabitur. Nec quiſquam ſumat ſibi honorem, ſed

Eccl. 7. 4.
Luc. 16. 15.
Pſ 72. 18.
Luc. 18. 14.

Hebr. 5. qui vocatur à Deo tanquam
Mat. 20. 25. Aaron. Remedium ſecundum exhibet Chriſtus Dominus; cùm duo ſiquidem eius diſcipuli ad dominatum aſpirarent, ita eorum ambitionem redarguit: Scitis quia Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos, non ita erit inter vos, ſed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Reprehendit etiam
Mat. 23. 6. acriter Scribas & Phariſæos, quòd amarent primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Ambitioſis quoque diſcipulis dixit: Non eſt
Matt. 20. 25. meum dare vobis regnum, &c.

Dein-

Deinde cùm iidem exultarent, quòd Dæmonia ipſis ſubiicerentur, reſpondit: Videbam Satanam, ſicut fulgur de cœlo cadentem; indicans Luciferum de cœlo ad tartarum deturbatum, ob ambitionem. Alibi ſic habet: Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioqui mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Beatos etiam pronunciat pauperes ſpiritu, hoc eſt, humiles, inquit D. Auguſtinus, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum; vt & eos, quibus homines mentientes maledicunt, quoſque propter iuſtitiam perſequuntur. Nec mirum eſt Chriſtum tam infeſtum fuiſſe ambitionis vitio, cùm primum caput doctrinæ

Luc. 10. 18.

Mat. 6. 1.

Mat. 5. 3.

Mat. 23.

Chriſtianæ ſit de humilitate, contemptu ſui, contumeliis perferendis, &c. Remedium tertium exemplo Chriſti continetur, cùm enim in forma
Phil. 2. 6. Dei eſſet, illiq; æqualis, ſemetipſum tamen exinaniuit, formamq; ſerui accepit. Cùm illi⁹ etiam auditores regem eum facere vellent, in montẽ fugiens
Ioan. 6. 15. ſeceſſit. Petrum item à dedeco-
Mar. 8. 33. re futuræ paſſionis dehortantẽ coercuit. Diabolum regna omnia promittentem, ſi cadens eũ adoraret, repreſſit, faceſſereque
Mat. 4. 10. iuſſit. Linteo, ceu miniſter,
Ioan. 13. 4. præcinctus pedes ſuorũ, Iudæ etiam proditoris lauit; ſe vermem, opprobrium hominum, & abiectionem plebis dixit, & vſq; ad mortem crucis demum ſe humiliauit, eamq; ignominioſiſſimã, & honoribus è diametro

metro contrariam. Hoc exemplum imitandum proponit B. Paulus: Nã cùm dixiſſet: Per patientiam curramus ad ꝑpoſitũ nobis certamẽ, aſpicientes auctorẽ fidei, & conſummatorẽ Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ confuſione cõtempta, ſubiecit: Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipsũ cõtradictionẽ. Recogitauit ꝑfectò D. Bernardus, dum alicubi ita ſcripſit: Erubeſce ſuperbe cinis, Deus ſe hominibus ſubdit, & tu dominari geſtiens hominibus, tuo te præponis auctori? vtinam mihi aliquando tale aliquid meditanti, Deus reſpondere dignaretur, quod & ſuo, increpando, reſpondit Apoſtolo: Vade inquit, poſt me Satana, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt; Quoties *Hebr. 12. 2.* *Serm. 1. in Miſ. eſt.*

enim hominibus præeſſe deſi-
dero, toties Deum meum præ-
ire contendo, & verè non ſa-
pio ea, quæ Dei ſunt. Quartum
remedium Patrum orthodo-
xorum ſententiæ exhibent. S.
Baſilius ita ſcribit: Ambitio
diabolica peſtis eſt, & ſine du-
bio, qui in huius vitii poteſta-
te eſt, eodem plane cum Dia-
bolo morbo laborat. S. Chry-
ſoſtomus: Ambitio reddit ho-
mines cœcos; & à veritate de-
torquet. B. Gregorius: Sunt
nonnulli, inquit, qui intra
Sanctam Eccleſiam, per ſpe-
ciem regiminis, gloriam affe-
ctant honoris, videri Docto-
res appetunt, tranſcendere cæ-
teros concupiſcunt, atq; atte-
ſtante Veritate, primas ſaluta-
tiones in foro, primos recubi-
tus in cœnis, primas in conuen-
tioni-

In Conſtit. cap. 10.

Chryſ. in Gen. Hom. 19.

Paſt. 1. c. 1.

tionibus quærunt cathedras; qui ſuſceptum curæ paſtoralis officium miniſtrare dignè tantò magis nequeunt, quantò ad huius humilitatis magiſterium ex ſola elatione peruenerunt. Contra quos Dominus per Prophetam queritur, dicens: Ipſi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & ego ignoraui. Vnde ad ſe quibuſdam, etiã poſt miracula venientibus dicit: Recedite à me operarîi iniquitatis. Et alibi: Qui honorem affectat, tempeſtatẽ affectat; Quid eſt poteſtas culminis niſi tempeſtas mentis? Mœrores & onera cogitet, non plauſus aut lætitias, ne decipiatur. B. Ambroſius in Lucam ſic de ea loquitur: Hoc ipſo pernitioſior eſt ambitio, quò blanda quædam eſt conſi-

1. Paſt. c. 9.

Lib. 4. c. 4.

liatricula dignitatum, & ſæpe, quos vitia nulla delectāt, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubruere, facit ambitio criminoſos; Habet enim forenſem gratiam, domeſticum periculum, & vt dominetur aliis, priùs ſeruit, curuatur obſequio, vt honore donetur. Cyprianus: Etiam in ſinu Sacerdotũ ambitio dormit, ibi ſub vmbra recubat, in ſecreto thalami ſe fraudulenter occultat. Simon Apoſtolorum temporibus, venalẽ putans Spiritũ ſanctũ, donis eos aggreditur, & tentat emere poteſtatem, per q̃ plura lucraretur. Hæc ſacrilegũ forma per omnia officia graduſq; diſcurrit, & nihil intentatũ ambitio prætermittit. Nec dubitet quiſq̃ Diaboli hæc eſſe negotia, & nundinationes eius

Serm. de ieiun. & tent.

qui-

quicunq; hæc exercent officia. *Ep. 70.*
Auguſtinus: Pudeat ſub crucifixo Chriſto honores quærere, Chriſtus fuit exhonoratus, cũ latronibus computatus. Et alibi: In loco humili ſalus, in alto periculum. Bernardus: Ambitione nil accerbiùs cruciat, nihil moleſtiùs inquietat. D. Paulinus ambitionem ſinum vitreum vocat; blandum nomen honorem, malam ſeruitutem.

Serm. 1. de Vid. Cler.
Lib. 3. de Conſid.
Serm. 6. in Pſal. 90.

Quintum remedium Sanctorum exempla præbent; dignitates enim & honores reſpuerunt. Quid nõ fecit Moyſes ne in principem populi Iſraelitici eligeretur, cùm Deus tamen elector eſſet, idoneumq; reddere poſſet. S. Ambroſius, teſte Paulino, vocibus populi Epiſcopus Mediolanenſis poſtulatus, nocte ex vrbe profugit.

Exod. 3.
In Vita.

S. Hieronymus ita refugit honores, vt licet Sacerdos, miniſteria tamen illius in ſuo Monaſterio exercere formidarit. S. Chryſoſtomus veritus ne ad honores eueheretur, in ſolitudinem ſeceſſit. S. Martinus, ne Diaconatum quidem, ſuadente S. Hilario, ſuſcipere voluit, ad Epiſcopatum autē coactus. S. Auguſtinus, vt ipſe fatetur, cognita morte ſui Epiſcopi, fugit ab vrbe, ſed cum vrgente populo inuitus ab Epiſcopo Hipponenſi ad Sacerdotium traheretur, in ordinatione totus perfuſus fuit lachrymis. S. Gregorius electus in ſummum Pontificem, non modò aufugit, ſed litteris etiam compellauit Mauritium Imperatorem ne conſentiret electioni. S. Malachias, vt ſcribit D. Bernardus,

Metaphr. in vita.

Sulpit. in vita.

Sulpit. in vita.

Ep. 148.

non

non ſuſcepiſſet Epiſcopatum, niſi Epiſcopi congregati anathema illi comminati fuiſſent: omnem enim, inquit, locum ſublimem velut præcipitium reformidabat. S. Ammonius eremita aurem ſibi præcidit, ne Epiſcopus fieret. Reſpuit oblatum ſibi Bruno pontificatum, cernens eſſe ſtatum magnatum rarò beatum. S. Bernardus, vt & alii complures, è Societate quoq; noſtra, non ſemel Epiſcopatus delatos repudiarunt. D. Hieronymus de S. Hilarione ſic habet: Mirentur alii ſigna, quæ fecit, mirentur incredibilem abſtinentiam; ego nihil ita ſtupeo quàm gloriam illum & honorem calcare potuiſſe, &c. Poſtquam Sancti coacti ſubierunt dignitates, tanquam graui ſub onere inge-

Pallad. hiſ. Lauſ. c. 12.

Ep. 51.

Digitized by Google

miſcebant. Gaufredus Prior Clarauallis, Epiſcopatum reſpuit dicens: Me à Monaſterio eiicere poteſtis, Epiſcopatũ verò acceptare nequaquam. Poſt mortẽ dixit: Si fuiſſem de numero Epiſcoporum, fuiſſem de numero damnatorũ. Antigonũ regem (vt vel vnũ Ethnici exemplũ attingam) ferunt, cùm ei regiũ diadema afferretur, diu multumq; illud, anteq̃ capiti imponeret, cõſideraſſe, ac tandem in hanc vocem erupiſſe: O pretioſum pannum? ſi quis tamen penitiùs paulò te noſſet, ne de terra quidẽ, te iacentẽ eſſet ſublaturus. Sextum remedium offerunt nobis Gẽtilium ſapientiſſimi: Plato ita ſcripſit: Si daretur Reſpublica, in qua omnes eſſent ſapientes, maiorẽ inter eos futurã co ntẽ-

Ep. 51.

1. de Repub.

tio-

tionem detrectantiũ ciuitatis gubernacula, quàm nunc eſt in aliis ciuitatibus, qui talia expetunt. M. Tullius: Miſerima omnino eſt ambitio, honorũq; cõtentio. Et: Complures ſe ſcelere cõtaminarunt imperii cupiditate. Et: In liberis ciuitatibus regnandi cupiditate nihil tetriùs, nihil fœdiùs excogitari poteſt. Seneca: Relinque ambitum, tumida res eſt, vana, ventoſa, nullum habet terminum: tam ſolicita eſt ne quem ante ſe, quàm ne alium poſt ſe videat. Nunquam ſatiantur ambitioſi. Luculentè, & ad viuũ exprimitur rabida illorum fames; Illâ in Geneſi, vbi deſcribuntur ſeptem boues macilentæ, quæ deuorarunt ſeptem alias pinguiſſimas, nec iis ſaturatę fuerũt. Quò plᵒ ſunt potæ, plus

1. Offic.

In Ep.

Gen. 41.

Digitized by Google

plus ſitiuntur aquæ; diuites dimittuntur inanes, & famem patiuntur vt canes. Sunt ad inſtar Narciſci veſani, qui ſitim ſedando, alteram excitant. Similes aquilæ torquenti Prometheum, & vulturi diſcerpenti iecur Tytii, vti finxêre Priſci. Fortuna dat multis nimis, ſatis nulli. D. Auguſtino omnis copia, quæ non eſt Deus, erat egeſtas; ſancta tamen. Septimi remedii loco, ſuppliciorum conſideratio eſſe poteſt. Illa ſupra, titulo alio, enumerauimus, cùm egimus de Lucifero in barathrum inferni è cœlo deiecto: de primis parentibus, è Paradiſo terreſtri expulſis, de Nabuchodonoſore in beſtiæ formã, ratione quadam commutato, &c. Illis hoc prorſus memorabile addam. Circa annum

num Domini 1570. in Conuentu quodam S. Dominici, poſt Completorium, Frater quidam, refectionis locum ingreſſus, vidit illum à multis fratribus circumſeſſum. Id Priori ille, vt & hic grauioribus quibuſdam Patribus retulit. Conſilio habito, ſacris veſtibus induti, vnâ cum Sanctiſſimo Sacramento locum eum ingreſſi, adiurarunt eos, qui nam eſſent, quaq; de cauſſa huc veniſſent, edicerent. Tum illi reſponderunt ſe Ordinis huius fuiſſe, dãnatos autem eſſe ob ambitionem in primis, monereque, ſi ſalutem amarent, ab ea ſibi cauerent; quibus dictis cappas aperuerunt, ſeq; flammis ambuſtos oſtenderunt, & diſparuerunt. Addo & aliud Ruffini ambitioſiſſimi, de quo ſic ſcribit

Digitized by Google

To 5. ad an. Chr. 395. bit Baronius: Ruffinus Eluſę in Aquitania humili loco natus, Conſtantinopolim profectus, adeò ſe in amicitiam inſinuauit Theodoſii Imperatoris, vt ſummos fuerit conſecutus magiſtratus; vnde eô peruenit arrogantiæ, vt generum habere conaretur Imperatorem; imò eâ viâ imperiū ſibi ſumere pertentaret. Tales autem tantoſq; conſcenſos ſublimiores honoris gradus, inſontium plurimorum cœdib⁹ infecit, & rapinis dehoneſtauit. Fuit enim auctor atq; impulſor vt Theodoſius Imperator, præter conſuetudinem moremq; ſuum, aduerſus Theſſalonicenſes crudeliſſimè, nullo habito delectu ſontium & innocentium deſęuiret. Sed haud minor inerat homini rapacitas atque immanitas;

nitas ; bigâ namque iſtâ de-prauatus animus in ſui perniciem trahebatur in præceps, cùm imperium ſibi rapere, Arcadio Imperatori necem meditatur inferre, barbaros occulte ſolicitare in vtriuſque (orientalis & occidentalis) imperii cladem cœpit. Dum verò Arcadius ipſo ingreſſu in imperium, nihil antiquiùs habet, quàm fidem catholicam ſartam tectamque ſeruare, atque legibus communire, dumque aduerſus impietatē ſolerti ſtudio leges armat, ſtatim Ruffinus execrandi ſceleris architectus miſerrimè trucidatur, atq; ludibrio totius populi exponitur. Nam tempus adeſſe ratus, quo acclamaretur à militibus Imperator, ex inexpectato appetitur infelix gladio militis, vul-

vulnuſq; lethale ipſi infertur, moxque aliis atque aliis confoditur mille vindicibus gladiis, mille cruentatur ictibus, diſcerpitur atq; ſecatur in fruſta, atque adeò totius exercitus efferata rabies in ipſum ſolum conuerſa, conceptum ante diuque retentum in ſtomacho euomit repente odium. At nec caruit triumpho, tanta de expugnata proditione victoria; membra ſiquidem Ruffini inter milites partita, ſingula ſingulis diſtributa pro trophæis, cum pompa ab exercitu referebatur Conſtantinopolim; eminebat verò in ea caput impoſitum pilo. Sed & iucundũ afflicto populo ſpectaculum Ruffini dextera præbuit, quæ à milite ſecta, cùm ex ipſa ſectione nerui, qui mouent articu-

ticulos prominerent, iiſdem vel attractis, vel remiſſis, manus ipſa claudi poterat & aperiri, luduſque militi facta eſt, conuerſaq; in ludibrium Ruffini rapacitas, cùm miles eandem panſam tendendo, mendicare Ruffinum obolum dictitaret, oblatoq; palmæ obolo, tractis mox neruis, attractiſque & ſtrictis digitis, eum à Ruffino auidè acceptum ſignificaret. Ethnicus Claudianus ex eiuſmodi Ruffini ſupplicio didicit eſſe Superis prouidentiam. Octauum remedium: Humilitatis bonum, ab ambitione contraria abſterrere nos poteſt. In humili enim loco, vt Auguſtinus inquit, ſalus, in alto periculum eſt. Magnus Gregorius eiuſdem eſt ſentẽtiæ; ſic enim ſcribit: Audiant humiles,

Serm. 1. de vit. Cler. Paſt. p. 3. cap. 18.

les, quàm ſint æterna quæ appetunt, quàm tranſitoria quæ contemnunt: Audiant elati, quàm ſint tranſitoria quæ ambiunt, quàm æterna q̃ perdunt. Audiant humiles ex magiſtra voce veritatis: Omnis qui ſe
Luc. 18. humiliat, exaltabitur; Audiant elati: omnis qui ſe exaltat humiliabitur; Audiant humiles: gloriam præcedit humilitas;
Prou. 15. Audiant elati; ante ruinam exaltatur ſpiritus; Audiant humiles, ad quẽ autem reſpiciam niſi ad humilem, & quietem & trementẽ ſermones meos? Audiant elati: quid ſuperbis terra & cinis? audiant humiles, De-
Eſ. 66. us humilia reſpicit; Audiant elati: & alta à longè cognoſcit.
Mat. 20. Audiant humiles: Filius hominis nõ venit miniſtrari ſed mi-
Eccl. 10. niſtrare: Audiant elati; initium omnis

omnis peccati ſupbia. Audiant humiles, quia redẽptor noſter humiliauit ſemetipſum factus obediens Patri vſq; ad mortẽ; Audiant elati, quid de eorũ capite Diabolo ſcriptũ ſit: Ipſe eſt rex ſup omnes filios ſuperbiæ. Occaſio ergo pditionis noſtræ facta eſt ſuperbia Diaboli, & argumentũ redemptionis noſtræ inuenta eſt humilitas Dei. Remedium nonũ ratione, eaque multiplici cõſtat. Virtute præditi ſoli, recto ſi res iudicio æſtimetur, honore digni ſunt; materia enim honoris, vt Ariſtot. docet, ſola eſt virt⁹: Iã ambitioſi, vtpote vitiis cõtaminatiſſimi, eâ carent, capaces igitur honoris nõ ſunt, eũq; adeo ſine vitio capere non poſſunt. Eſto deinde honore illi digni eſſent, ad eũ tamẽ illis adit⁹ nõ patet, niſi p ſumos labores, quos ferè refu-

Phil. 2.

4. Ethic. 3.

refugere ſolent; debent ſe humiliare, omnib⁹ obſequi, cunctos honorare, vniuerſis ſe inclinare; frequentare curias, viſitare optimates, omnibus aſſurgere, applaudere, inclinari, adulari, & licet puluis nullus ſit, eum tamen excutere. Grauem item in ſe ſuſtinere debent pugnã difficilemque conflictum, dum animum pulſat iniquitas, ambitio cõtinet manum, & quod illa ſuggerit, hæc fieri non permittit; dum mater & filia, iniquitas & ambitio colludunt, hæc mendicat ſibi publicum, illa ſecretum. Locum hęc non habeant; iniquè tamen eum adipiſcuntur, per neglectũ ſcilicet propagationis diuini nominis, incrementi religionis, & ſalutis proximorum; cùm ſenſerit nimirum

mirum illa ſibi non auxilio, ſed impedimento eſſe. Interdum per diminutionem alterius famæ, per mendacium, per aſſentationem, per innocentis à munere deturbationem, per apertam vim, cùm doli non ſufficiunt & fraudes, per importunitatem, & improbitatem, per animi conturbationem, inquietudinem & iactationẽ. Quod ſi nihil horum interueniret, adeptione tamen honoris, perpetuo illi rotatu agitantur, cùm inuidos & aduerſarios, quod fieri ſolet, patiuntur, cùm omnium linguis percutiuntur; cùm vident alios gloriâ maiore ornatos; cùm timent ne muneri ſuo probè ſatisfaciant; cùm metuunt inſidias, ne illo priuentur; Vnde mœſtitiâ opprimuntur, ſexcẽ-

tis curis conficiuntur, perpetuiſque æſtibus agitantur, ſicq; ſub aquis gigantes gemunt, Diaboli vt martyres vocari poſſint. Si nihil horum foret: Quid honor & gloria, niſi canorus aer? Quid honor & gloria niſi flos, qui citò perit? Quid honor & gloria niſi fumus, vmbra, vanitas, ſcenæ imago, &, vt verbo abſoluam, nihil? Si aliquid eſt, breue quiddam eſt & tranſitorium; hodie enim homo extollitur, & cras non inuenitur. Perit eius memoria cum ſonitu. Vidi impium ſuper exaltatum, inquit Vates regius, & eleuatum ſicut Cedros Libani; & tranſiui, & ecce non erat; & quæſiui eum, & non inuentus locus eius. Daniel

Prou. 16. 16.

Pſa. 36. 35.

Dan. 7. 2.

niel Monarchias quatuor, quatuor ventos appellat, diu videlicet non duraturos. *Dan 7.2.* De Iuliano Apoſtata dicebat D. Athanaſius: Nubecula eſt, citò diſſoluetur. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Aquila teſtudinem in aëra ſubleuat, eam vt ad rupem frangat; ambitioſus in altum tollitur, vt lapſu grauiore ruat; tenetur reddere rationem, iudicandúſque adeò potiùs eſt, quàm iudicaturus. Potentes potenter tormenta patientur. Ambitioſus neſcit eſſe ambitioſus, neſcit magna & cœleſtia, ſublimeſque in cœlo quærere ſedes. Si ambire vult, ſe humiliet; humilitas ſiquidẽ ambitio eſt ambitioſiſſima.

Quem enim honorem cõtemnit humilis ſui contemptor, hunc vel maximè ambit. Per contemptum honorum ad aſtraitur. Cum Romànis alibi, quàm in loco belli, triumphus eſt agendus: Si gloriari omnino vult, in Domino cum Paulo glorietur. Concludat Origenes: Omnis adeundi honoris abſcinderetur ambitio, ſi ſe *iu*dicandos potiùs, quam iudicaturos, hi qui præeſſe volunt populis, cogitarent. Verùm pauci id faciunt, pauci igitur non ambitioſi. Indicat id D. Hieronymus ſic ſcribens. Conueniat vnuſquiſque cor ſuum, & in omni vita inueniet, quàm rarum ſit fidelem animam inueniri, vt nihil ob gloriæ cupiditatem, nihil ob hominum rumuſculos faciat. Proh dolor.

In Ep. ad Rom.

Contra Luciferi.

CAPVT V.

Mala Blaſphemiæ.

BLaſphemia, vt D. Thomas docet, crimen eſt atrox, intolerabileque portentum, quo quis Deo tribuit, quod in eum non conuenit; vel de Deo negat id, quod in eo reperitur; ſicque maieſtati diuinæ derogat. Prioris generis blaſphemiâ notatus fuit olim Epicurus, cùm affirmauit Deum eſſe deſidem. Thalmudiſtæ, cùm aſſerunt malè inprimis Deum Chaldæos creaſſe, peccatum deinde originale in orbem intuliſſe, Babylonicæ item captiuitati populum ſuum ſubieciſſe, &c. Christum Dominum in Beelzebub principe Dæmoniorum dæmones eieciſſe blaſphemarunt. Phariſæi. Genti-

les quidã peccatorum cauſſas in naturæ imbecillitatem reiecerunt, Babylonii in aſtra, Poetæ in Parças, in fatum Philoſophi, Manichæi in externam vim noxiam atque peſtiferam. Qui eam Deo adſcripſerint, de nullis legitur; vni Luthero, vt Chauaſius noſter ait, & Caluino, ab exordio humani generis eſt hæc palma impiiſſimæ doctrinæ reſeruata, & per illos, ꝙ antiquus hoſtis fruſtra ſæpe tẽtauerat, tandẽ cum infinitâ hominum ruinâ perfecit, vt ſcilicet ſumma illa bonitas atque iuſtitia, improbitatum omniũ fons habeatur, etiam earum, quæ cùm in Tragœdiis non aguntur, ſed per nuntios referũtur, ita videntur horribiles, vt auditores ſcelerum atrociſſimorũ illatâ mentione contremiſcant.

2.2. q. 13. ar. 1.

miſcant. Thyeſtes Atrei frater genialem lectum adulterio polluit, Atreus Thyeſtis filios innocuos obtruncauit, ipſique eorum patri comedendos appoſuit. Sol, ne tantum ſcelus aſpiceret, orientem verſus contrario curſu equos incitauit. Verùm ſecundùm doctrinam illam & pronuntiatum hæreticum, nec Thyeſtes adulter, nec Atreus vllo modo homicida nominandus eſt, nec vllum crimen in familia Pelopidarum inhæſit, nec Clytemneſtra quidem accuſanda, quòd adulterauerit, quòd virum interfecerit, quòd vitæ filiorum ſit inſidiata; nec vlla cauſſa fuit, cur Oreſtem, poſtquam matrem occidit, furiæ vexarent, ſiquidem omnia iſta *Mat. 12. 24.*

Digitized by Google

tetra facinora Deum auctorem habent, vt & Caini parricidiũ, immanitas Pharaonis, cœca libido Beniamitarum, crudelitas Abimelechi, tyrannis Athaliæ & Iezabelis: Si Luthero credimus & Caluino. Ioannes Wiclef blaſphemè in cœlum etiam os ſuum putidiſſimum poſuit, cùm impiè affirmauit: Si vera in ſacroſancta Euchariſtia eſſet tranſſubſtantiatio, Chriſtus foret malignus ille Deus, quem finxêre Manichęi, quòd ad nihilum reduceret redigeretque bona, quæ bonus Deus creaſſet. Alphonſus decimus Hiſpanię rex, in hęc verba blaſphemans prorupit: Si principi mundi Deo adfuiſſem, multa meliùs ordinatiùſq; condita fuiſſent. Poſterioris generis blaſphemiam horrendam

In art. 36
Lib. 1. Inſt c. 17. ſect. 5. Et c 18. ſec.
Thom. 1. To. 2. c. 68.

dam euomuerunt illi, de quibus Iob, his verbis loquitur: Circa orbem cœli perambulat (Deus) noſtra autem non conſiderat; prouidentiamq; adeo diuinam rerum noſtrarum, actuumque humanorum non habet, ſed caſu fortunâque omnia eueniunt. Rabſaces Deũ ſacrilegè pernegauit obſeſſis Iudæis opem ferre poſſe. A lingua quoque & mente abeunt illi, qui Deum iuſtum, omnipotentem, &c. inficiantur: Ad hanc porrò iam dictam blaſphemiæ rationem pertinent conuicia & maledicta in Sanctos, vt Dei ſunt amici & ſerui; hoc ipſo enim derogatur aliquid gloriæ & bonitati Dei, cuius munere dignitatem illi ſuam adepti ſunt. In Principes etiam eos, qui magiſtratus ge-

Iob.22.14.

4.Reg.18.

Digitized by Google

runt; Nam cùm tales, ſiue ſacrilli, ſiue profani ſint, locum Dei teneant, & Sacræ eos litteræ Deos appellent, præceptum peculiare eſt, vt huiuſmodi homines nemo blaſphemet. In homines etiam quoſuis, vt & res creatas omnes, quatenùs ad Deum referuntur, blaſphemia iacienda non eſt: nec in Dæmones quoque. Cùm Michaël Archangelus cum Diabolo diſputans altercaretur de Moſis corpore, non eſt auſus ei, maledictione licet digniſſimo, judicium inferre blaſphemię; ſed dixit: Imperet tibi Dominus; quantò magis nos ab omni blaſphemia puri eſſe debemus. Eſt verò blaſphemiæ crimen grauiſſimum. Nam in eum illa primùm iacitur, qui ſuum eſt eſſe, à nemine

Pſal. 81.

mine pendens, rex, cœlique & terræ Dominus, perfectus ſine deformitate, vt inquit Auguſtinus, magnus ſine quãtitate, bonus ſine qualitate, æternus ſine tempore, fortis ſine infirmitate, verus ſine falſitate, vbique præſens ſine loci occupatione, in omnibus intus, nulli tamen affixus, omnia ſine neceſſitate creans, omnia ſine labore regens, omnium principium ſine principio, omnia mutans non mutatus, magnitudine infinitus, virtute omnipotens, bonitate altiſſimus, cogitationibus ſecretiſſimus, verbis verax, operib' ſanct', miſericordiis copioſus, cum peccatoribus patientiſſimus, & cum iis, quos pœnitet, clementiſſimus, ſemper idem *In Medita.*

exiſtens, ſine mutatione æternus, immortalis, immutabilis, quem nec ſpatium dilatat, nec breuitas reſtringit, nec voluntas mutat, nec neceſſitas corrumpit, nec triſtitia perturbat, nec lætitia alterat, cui neque obliuio eripit, nec memoria dat, nec præterita labuntur, nec futura ſuccedunt, cui nec origo principium tribuit, nec temporum ſucceſſio augmentum, nec terminus finem tribuit. Et ita vixit ante ſecula, in ſeculis, & poſt ſecula, cum perpetuâ laude, æternâ gloriâ & regno ſine fine. Ille deinde cõuitiis impetitur, in quem diuinis radiis micantem, Angeli, Archangeli, Cherubin & Seraphin, obtutum defigere non poſſunt, eique cum timore & tremore aſſiſtunt æternùm.
cla-

clamantes Sanctus, Sanctus, Eſ.6.3.
Sanctus Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius. Ille tandem ab homine cõtumeliis afficitur, qui, ob innumera beneficia ab eo accepta, laudari glorificarique, non ſpinis & tribulis pungi debebat. Canes alienos inuadunt, Dominis autem, à quibus beneficia accipiunt, parcunt; deteriores ergo illis blaſphemi. Caueant, ne illorum conſummatio in combuſtionẽ abeat. Magna igitur omnino blaſphemiæ iniquitas eſt, ad quam auditam veſtes meritò Iudæi diſciderunt. Id fecit Ezechias, auditâ blaſphemiâ Rabſacis, de qua re Hieronymus in Eſaiam: Eſ.37.1.
Scindunt, inquit, veſtes, qui fuerunt miſſi ad Ezechiam, quia Rabſacen audiunt blaſphemãtem:

Digitized by Google

tem: Scindit & ipſe rex veſtimenta ſua, quia peccatorum ſuorũ & populi eſſe credebat, quòd Rabſaces cõtra Dominũ
Matt. 26. 65. talia locutus ſit. Vnde & Pontifex, quia Saluatorem blaſphemaſſe credebat, veſtimenta ſua ſcidit. Paulus quoque & Barnabas deferentibus ſibi Dei
Act. 14. 15. cultum Lycaonibus, ſciderunt veſtimenta ſua. Deniq; ne nomine quidem blaſphemiæ vti
Iob. 2. 10. auſa eſt vxor B. Iob, ſed eius contrario: Benedic Deo, & morere, credens eum illico expiraturum, ſi maledixiſſet.
Hom. 1. ad pop. D. Chryſoſtomus grauitatem eandem blaſphemiæ indicat his verbis: Nullum gratiarum actioni par bonum, quemadmodum blaſphemiâ grauiùs
In Apol. l. 7. cap. 18. nihil. Hieronymus exponens illa verba Eſaiæ: à populo hor-

horribili. Nihil horribiliùs blaſphemiâ, quæ ponit in excelſum os ſuum; omne quippe peccatum comparatione blaſphemiæ leuius eſt. Tam grauis tandem eſt blaſphemia, vt quoties ad memoriam illa venit, toties cogitationem meam ſubeant verba illa D. Hieronymi: Vbi mare illud eloquentiæ Tullianæ? vbi torrens Demoſthenis? nunc profectò muti eſſetis ambo, & lingua veſtra torpeſceret. Inuenta eſt res, quam nulla eloquentia explicare queat, repertum eſt facinus, quod nec Mimus fingere, nec Scurra ludere, nec Attellanus poſſit effari. Blaſphemia horrore ipſo horribilior eſt, peccatũ prorſus diabolicũ, & pluſquã Diabolicũ, damnatorũ in inferno ꝓpriũ. *Ep. ad Sabin.*

In

In quem tormentorum locum tu, quiſquis es, qui vel exemplo alieno, vel peruerſitate tua, vel Diaboli fraudibus in impietatem hanc incidiſti, certò certiùs quoque venies, niſi ab ea tibi perquàm ſtudiosè caueas, quod vt facias, opto vt qui maximè.

CAPVT VI.

Remedia Blaſphemiæ.

IN remedium primum conſidera hæc S. Literarum teſtimonia. Non aſſumes nomen
Exod. 20. 7. Domini Dei tui in vanum; multò ergo minùs ad blaſphemiã.
Coloſ. 3. 8 Hæc item D. Pauli: Nunc autẽ deponite & vos omnia, iram, indignationẽ, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Eiuſdem & hæc alia: Admone illos Principibus & po-

& poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare. In quæ verba D. Hieronymus ita ſcribit: Non ait: neminem hominem blaſphemare, ſed abſolutè neminem, nō Angelum, nō aliquam creaturam Dei. Omnia quippe, quæ à Deo facta ſunt, valde bona ſunt. Quando Michael Archangelus cum Diabolo diſputabat de Moyſi corpore, non fuit auſus inferre iudiciū blaſphemiæ, quantò magis nos ab omni maledicto puri eſſe debemus. Merebatur Diabolus maledictum, ſed per Archangeli os blaſphemia exire non debuit. Conſidera ſecundò Sanctorum Patrum ſententias in blaſphemię remediū. Cyprianus ſic habet: Si cuius Patri

In cap. 3. ad Tit.

Iudas Ep. 9.

Ad Iubaian.

Patri aliquis conuicium fecerit, ſi contumelioſus & procax pudorem eius & honorem maledico ore lacerauerit, indignatur filius, & iraſcitur, & læſi patris iniuriam quibuslibet modis vindicare conatur. Tu Chriſtum putas impiis & ſacrilegis, & in Patrem ſuum blaſphemis impunitatem dare? B. Ephrem: Audes aperire os tuũ audacter, & in cœlum verba emittere, iuramenta atq; blaſphemias? & non times, ne fortè fax ignea, quam Propheta vidit, demoretur in domo tua, donec ex ea, quæ ſub cœlo eſt, te excîdat, dum ſic audes os aperire aduerſus Deum omnipotentem? in quẽ Angeli, Archangeli, Cherubin & Seraphin non audent oculos coniicere? Et: Deſine ô ho-

Tom. 2. Paran. 43.

ô homo blaſphemare, ne fortè idem ſermo, quem contemnis, fiat flamma in ore tuo, & tuam linguam comburat. Nam ſi homo homini pugnam ſuſcitans, etiam pace iam facta, in conſpectum eius prodire erubeſcit, quomodo tu hodie in mundo conſtitutus, & cras tribunali ipſius præſentandus audes talia eloqui? & non metuis ne fortè ignis de cœlo deſcendat, & deuoret te, dum tu ſic os aduerſus omnipotentem aperis? neque vereris, ne fortè terra ſub te repente diſrumpatur, & te abſorbeat? Chryſoſtomus *Hom. 3.* contra Anomæos: Qui Deum blaſphemant, & pro nihilo putant, ipſi lædunt ſalutem & perimunt. Veriſſima namque illius ſententia eſt, Lapidem

qui

Digitized by Google

qui ſurſum iaciunt, in ipſorum caput iaciunt. Vt enim qui lapidem illò iaculatur, corpus cœleſte non attingere, nedum lacerare poteſt, plagam autem ſuo capite excipit, cùm lapis eodẽ vnde iaculatus eſt, redeat; ita qui beatam illam blaſphemat ſubſtantiam, vt nunquam eam offendere poteſt, ſic ferrum aduerſus animam ſuam acuit & parat, cùm ſe ingratum Domino benè merenti exhibet. S. Auguſtinus: Non minùs peccant, qui blaſphemant Chriſtum regnantem in cœlis, quàm qui crucifixerunt ambulantem in terris. S. Hieronymus: Blaſphemia veniam non meretur. Et: Nihil horribilius blaſphemiâ, quæ ponit in excelſum os ſuum. Omne quippe peccatum comparatum blaſphe-

In Matt.

Aduerſus Ruffin.

ſphemiæ leuius eſt. Conſidera tertiò pænas, quas Deus de blaſphemis ſumpſit. Iuſſu Dei blaſphemus ab vniuerſo populo lapidatus eſt; Educ, ait, blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes, qui audierunt, manus ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus. Regi etiam Dauidi dicit: Quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbũ hoc, filius, qui tibi natus eſt, morte morietur. Quia dixerunt Syri: Deus montium eſt Dominus eorum, & non eſt Deus vallium, dabo omnem multitudinem grandem in manu tua. Ob blaſphemiam Senacherib regis Aſſyriorum, Angelus Domini vna nocte percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia:

Leuit. 24. 14.

2. Reg. 12.

2. Reg. 20. 28.

4 Reg 19. 35.

Digitized by Google

millia : Rex autem cùm poſt reditum in Niniuen in templo Neſroch adoraret Deum ſuum à filiis ſuis gladio trucidatus eſt. Holofernes, quia dixit, oſtendam tibi quod non eſt Deus niſi Nabuchodonoſor; à Iuditha interemptus eſt. Maledica lingua blaſphemi Nicanoris, per Iudam Machabæum euulſa, conciſa & volucribus in eſcam data eſt. Blaſphemus Antiochus inuiſibili & inſanabili plaga percuſſus eſt. Hymenæus & Alexander ab Apoſtolo traditi ſunt Diabolo, vt diſcerent non blaſphemare. D. Gregorius author eſt, puerulum quinquennem, quia blaſphemum aliquid dixit, à Diabolo, è ſinu patris ſui auulſum, in tartarum eſſe abreptum. In ſinu Patris

Iudith. 6.

2. Mach. 9. 5. & 19.

1. Tim. cap. 20.

4. Dial. 18. cap.

id fieri voluit Deus, vt ille intelligeret, quòd paruulum tam malè educando non paruulum peccatorem gehennæ ignibus nutriuiſſet. Regnante Theodorico apud Carthaginem, Olympus quidam Epiſcopus Arrianus SS. Trinitatem in balneis blaſphemans, tribus igneis iaculis, Angelo mittente, inuiſibiliter eſt combuſtus. Iulianus Apoſtata, ob diras in Chriſtum intortas blaſphemias, lanceâ diuinitus læthale vulnus accepit, ſicque infelicem animam exhalauit. Simon Thornacenſis tres eſſe dixit, qui ſectis ſuis mundum ſubiugaſſent, Moyſen, Chriſtum & Machumetum, Iudæos ſcilicet, Chriſtianos & gentiles. Sed euerſis oculis, pro

Sigibert. an. 503.

Sigon. de reg. It.

pro humana voce mugitum emiſit, & epilepſiâ eliſus in terram, die tertio eiuſdem morbi, vindictam accepit, mutuſque manſit, non nominans niſi Alexyden ſuam concubinã. Petrus Damianus commemorat in Burgundiæ partibus Clericum quendam in bello, cùm protuliſſet hanc ſententiam Euangelicam Chriſti: Omnis qui ſe humiliat exaltabitur, falſam eſſe, repente gladio per os, inſtar fulminis, transfixum eſt. Magnum ſpeculum exemplorum refert aleatorem quendã, cùm per omnia membra Chriſti, & B. Virginis horrendè iuraſſet, illico corruiſſe primùm, voce deinde horrifica exclamaſſe: Heu, heu miſer, quis es qui me interficis, tartaream tandem animam efflauiſſe.

Lib. 2. ep. 15 ad Deſid. Abb.

V. Blaſph.

Gaulterius Seculo 17. pag. 821.

Villa-

Villanouæ in prouincia Viua- *Gault. Sec. 17. p. 821.*
rienſi moritur anno 1613. No-
tarius quidam publicus Calui-
nianus, qui Sacerdotes pro de-
functis, dum ad ſepulchrum
deferrentur, pſallentes blaſ-
pheme irridere, ac rudentibus
aſinis æquiparare conſueuerat.
Hic cùm effertur, ecce apparet
magnus aſinus coloris fuſci,
qui nulla ratione abigi poteſt,
quantumcunque id iubeat Mi-
niſter, quiq; vnde venerit, aut
cuius fuerit, nemo ſcit; is quidē
circa mortui cadauer horren-
dum in modum rudens, ac ſe-
pulchrum eius aliquoties cir-
cumiens: qui demum eos, qui
funus erant comitati, ad de-
functi domum redeuntes ſe-
quutus euaneſcit. Wilhelmus *Apol. 1. c. 11.*
Lindanus narrat ad annum Do-
mini 1567. in oppido Holan-

L diæ

diæ Aſpera, Anabaptiſtarum deliriis imbutam mulierem in ſumma difficultate partus, Deiparam Virginem appellaſſe Scropham, diuinitùs autem punitam, nigellas aliquot edidiſſe ſucculas, emortuas tamen. Quidam ad turpem concubinatum Indam fœminam pellexerat, quam cùm aliquando ad infauſtum torum vi miniſque compuliſſet, prouecta nocte cœlum tonitru concuti, tremiſcere terra, denſaſque inter tenebras micare ignes, & per feneſtrarum rimas infundi, vt ferirent oculos animoſque adulterorum. Cadit interea largifluus imber, cum grandi grandine crepitante ſuper tectum. Hîc mulier ſubito pauore correpta: Virgo, inquit, Maria fer

Francisc. Benzius. In An. 1588.

opem.

opem tuere me obſecro. At vir ferox & impius mediam complexus, tace ſis ſtulta: Scilicet auxilium vllũ ferre poteſt Maria. Abſcidit extremam vocem fulmẽ ſubitum, quod intonuit, & adhuc loquentem auellit ab amplexu mulierculæ, quatuorque aut quinq; paſſus eiecit extra lectum, & flamma concipit arida nutrimenta. ſurgit mulier perterrita, miſerum inclamat, excitat, peruellit, nempe metu exanimatum, non exanimem putabat, &c. Tandem reperiunt hominem hiante ore, ſine vllis dentibus, ſine lingua, omnia præterea membra ita ſoluta & fluxa, vt vel leuiter contrectata manum ſequerentur. Narrauit mihi, ait Baldeſanus, vir religioſus & grauis, ſupe- *Lib. 3. Stimuli Sur. cap. 21.*

ſuperioribus annis in Mediolanenſi prouincia, fuiſſe adoleſcentē, vt nobilitate, ſic faſtu & arrogantia inſignem. Hic cùm aliquando in contentionem veniſſet cum alio quodā, inter pugnandum, impium aliquid dixit in matrem Dei: Atque ecce iuſtiſſimus iudex permiſit, vt os illud apertum contra maieſtatem tantæ reginæ, ipſo temporis articulo, aduerſarii telo interciperetur; tam ad punctum vibrato ictu, vt ipſis linguæ radicibus ſuccisis, & transfixo palato, conciderit mortuus. Mimo Gaiano B. Virgo, cùm dormiret meridie, manus & pedes digito ſignauit; Euigilans autem inuenit ſe truncatum manibus & pedibus: cauſſa fuit, quia eam in theatro publico blaſphemiâ inceſ-

Ex Prato. 363.

Inceſſiuit. Ioannes Zuuickius inclamauit: Ego meis manibus Hallenſi mulierculæ (ſtatuam B. Virginis crebris miraculis illuſtrem appellans) naſum abſcindam. Audit Diua, & quaſi talionis pœnam machinata, procurat mox, vbi ad vrbis muros peruentum, illi ipſi ſcurræ plumbeâ glande naſum auferri. En vindictam, quam perpetuus ſarcaſmus ſubſecutus eſt, iocoſus tamen inter commilitones, qui hominem identidem ad naſum recipiendum Hallas mittebant. Ioannes Ryſſelmanus: Statuam illam Hallenſis Mariæ Bruxellam faxo vt deferam, ſacrilego ore profudit, & igne ſubiecto cremabo. Audiit & hunc virginis filius, atque impio illi, blaſphemum in ſuam matrem os, men- *I. Lipſ. de D. Virg. Hall. cap. 7.* *Ibidem.*

tumque & mentem tormenti ictu abſtulit. Cùm in quodam ſympoſio Bononiæ, mira arte gallus aſſatus à ſtructore diſſectus eſſet, vnus conuiuarum blaſphemo ore dicere auſus eſt, eũ gallũ ne à D. Petro quidẽ in integrum reſtitui, vitęq; reddi poſſe. Ad ꝙ nõ paulò minore impudẽtiâ alius, id ne à Chriſto ipſo fieri poſſe affirmabat. Vix hæc dixerunt, cùm ecce gallus in menſa ſe erigens, colliſis alis iuſculum in diſcumbẽtium ora effudit, cuius attactu, quotquot aderant, leprâ omnes repẽte puniti ſunt. Quartum medicamentum præbent variæ leges in blaſphemos latę. Iuſtinianus Blaſphemiæ impietatem decernit extremo ſupplicio vindicandam. S. Ludouicus Galliæ Rex blaſphe-

Vincent. l. 2 ſ. c. 64.

phemantium linguam ferro candente adurebat, atque ſeipſum ad hanc pœnam paratum profitebatur, ſi eâ exſcindi tantum poſſet flagitium. Et in Summa. Franciæ reges ferè circa regni auſpicia faciunt ab eiuſmodi legibus initium, hæreditario quaſi iure, vt blaſphemos in chamo & freno conſtringant. In Hiſpania, Germania, &c. variè puniuntur. Quintum medicamentum fugà occaſionum continetur, vt homo ſcilicet non aſſueſcat iurare per Deum, vel Sanctos, iuxta illud Sapientis: Iurationi non aſſueſcat os tuum; multi enim caſus in illa. Nominatio verò Dei non ſit aſſidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum

In Authen. ad Tit.

Beier. in Deciſ. 3. 1.

Eccl. 23. 12.

non admiſcearis. Et vir multùm iurans, implebitur iniquitate. Iuuerit non parùm, chartis, aleis, &c. non ludere.

CAPVT VII.

Mala Calumnia.

2.2.q.68. 3. CAlumnia, quemadmodum D. Thomas, ex communi Theologorum ſententiâ docet, vitium eſt diabolicum, quo crimen alicui falsò malitioſèquè, eo fine infertur, vt aliquâ ille excellentiâ, quæ honoris fundamentum eſt, exuatur. Telum, quo acutius in rebus humanis non reperitur, iuxta Nazianzenum, & communius. Acutius quidem; multis enim ſordibus, vt Cyprianus docet, honor ab homine emitur; communius; omnia enim ferè calumniis ſunt obnoxia.

Lege

Lege Moyſis quid ſapientius? Deus enim illius conditor; & tamen Cerdon, Marcion & Manichæus, ſummâ animi impotentiâ, & impudentiâ, & malam illam, & à malo principio dixêre. De Ioanne Baptiſtâ, Innocentia ipſa ſic atteſtatur: Ioannes Baptiſta neque manducans, neque bibens; & dicitis: Dæmonium habet: Chriſto Seruatore noſtro quid ſanctius? & tamen maleferiati nonnulli, vipereâ linguâ dicebant: turbas ſeducit, Dęmonium habet, inſanit, quid eum auditis? homo vorax, potator vini, publicanorum & peccatorum amicus, &c. exiſtit. Apoſtolus quoque Paulus Athenis, in linguata, vt Tertullianus loquitur, ciuitate, ſpermologus, hoc eſt, ſeminiuerbius audiit. La-

cerarunt & hæretici, orthodoxæ fidei magiſtros, propugnatores, & conſeruatores; & quidem petulantiſſimè impudentiſſimèque. Conuicia, ſi colligere tentarem, nimis longum facerẽ. Adſpergunt & calumniis ſuis Scripturæ teſtimonia; ſed tam aptè, vt nec pes, nec caput vni reddatur formæ, errores erroribus à planta pedis vſque ad verticem capitis obſiti. Sed altiùs exempla arceſſamus calumniæ. Vxor Putipharis de Ioſepho Patriarcha, vocatis ad ſe domeſticis, ſic locuta per calumniam eſt: En (maritus meus) introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis, ingreſſus eſt ad me, vt coiret mecum, cùmque ego ſucclamaſſem, & audiſſet vo-

Gen. 39. 14.

cem

cem meam, reliquit pallium, quod tenebam, & fugit foras: illudque marito poſtea ſuo oſtendit. Fugit Ioſeph, palliumque dimiſit, ſed fugit cum meliori pallio caſtitatis, inquit S. Chryſoſtomus. Duo item filii Diaboli contra Naboth falſum teſtimonium, per ſummam maleuolentiam dixerunt, quamobrem eum extra ciuitatem eduxerunt, & lapidibus obruerunt. Fronte etiam perfricta, atque ſi in Neroniana aula fuiſſent, calumniati ſunt duo ſenes malorum inueterati *Suſannam*: Ad eam enim primùm ingreſſi ſic locuti ſunt: Ecce oſtia pomarii clauſa ſunt, & nemo nos videt, & nos in concupiſcentia tui ſumus, quamobrum aſſen-

In c. 5. Matt. hom. 12.

3. Reg 21. 13. Dan. 13. 36.

Digitized by Google

tire nobis, & commiſcere nobiſcum. Quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſſam emiſeris puellas à te. Ingemuit Suſanna & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique; ſi enim hoc egero, mors mihi eſt; ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras: Sed meliùs eſt mihi abſq; opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Dei, &c. Mardochæum Aſſueri olim ſeruatorem, populumque Iſraelitarum vniuerſum, Aman Macedo penè calumniando oppreſſit. Eſt & apud Theodoretũ exemplũ calumniæ de meretricula ſuppoſita, quæ ab Athanaſio ſe compreſſam mentiebatur. Sic autem res ſe habet: Cùm Athanaſius,

vnâ

vnâ cum Timotheo quodam Presbytero, iuſſus eſſet crimini reſpondere, ipſo quidem ſilente, Timotheum perinde ac ſi ipſe fuiſſet Athanaſius, mulierculam ſic interrogaſſe: Ego ne tecum aliquando rem habui? cùmque illa petulantiùs aſſereret eum ipſum eſſe, qui ſibi virginitatem abſtuliſſet, technam omnibus patefactam eſſe. Diabolus, per Fortunatum Tudertinæ ciuitatis Epiſcopũ ab homine expulſus, peregrini formam aſſumpſit, & cum clamore incedens paſſim queri cœpit, quòd Fortunatus Epiſcopus (qui ab omnibus hoſpitalis ac pius exiſtimabatur) ſe ab hoſpitio ſuo cum iniuria exturbaſſet. Hinc quidam malignis rumoribus nimis credulus, ac ſimul vt ſe munificen- *In Vita.*

tiorem Epiſcopo oſtenderet, domi ſuæ eum accepit. Sed dum vnâ cum illo ad ignem ſedens (frigus enim erat) Fortunato licentiùs detraxiſſet, animaduertit confeſſorem ſuum nuſquam comparere, & filium paruulum iam ab eo poſſeſſum, vertiginoſo volutatu inter prunas deiici, vitáque deſtitui. Vnici tandem orbitate didicit infelix parens, quantum ſcelus ſit, ſanctorum hominum vitam vel cauillari, vel cauillantibus facilè credere. Præclarè imitantur ſuum parentem omnes Sycophantæ, qui non tantùm vitia ſceleraque grauiſſima ſolent piis imponere, ſed etiam virtutes in ſcelera demutare, humilem appellando hypocritam, ſim-

plicem

plicem fatuum, ieiunantem ſtultum, non ieiunantem guloſum, delinquentes corripientem durum & aſperum, &c. Eſt verò vitium hoc Calumniæ omnino magnum; retardat enim non parùm greſſus rectè ac ſtrenuè ambulantis, & progredientis in via virtutis; facitque vt referat quis pedem atque reſiliat, & ſe ad oppoſitam viam reflectat ac transferat; perturbat etiam vt ſapiens inquit, ſapientem, & perdit robur illius, ſapientium animabus inſidias ſtruit, ac generoſam bonorum virorum conſtantiam labefactare conatur, vt Nazianzenus ait. Veritatis item doctrinam adulterat, iuſtitiam vt & leges

Eccl. 7. 8.

In c. 7. Eccl.

leges eius violat, ꝓximo malũ machinatur, in diſcrimen interdum magnum adducit; & verò non raro crimine falſo impoſito obruit. Conſtat etiã ex profana ſacraque hiſtoria ignominiam fortiſſimos viros morte ipsâ longè grauiorem duxiſſe, adeò vt ad eam vitandam ſibi ipſis mortem conſciſcerent, propriâ, vel alienâ imploratâ manu, vt Cato, Thraſeas, Añibal, Marius, Saul, Abimelech, Antonius, Cleopatra. Sunt etiam Diaboli, iuxta græcum ipſum nomen, calumniatores, & poſſunt homines cognominari, eo modo, quo Chriſtus inimicum hominem interpretatus eſt Diabolũ. Athanaſius ſcribit grauiùs ferire calumniam, quàm lapides. Thearidas, cùm gladium cote

Apol. ad Cõſtant.

Eraſ l. 1 Apopht.

acue-

acueret, rogatus num acutus eſſet, acutior, ait, calumniâ, grauiter innuens, rem omniũ nocentiſſimã eſſe calumniam. Et Democritus: Gladius quidẽ ſecat corpus, calumnia autem ſeparat amicos. Grauius porrò vitium eſt, quàm cùm fortunæ bona furto vel rapinâ eripiuntur. Qui eo ſe alligat, peccato ſe obſtringit, & eo quidem, quod pœnitentiâ non tollitur, niſi proximo ſatisfiat, & pœnæ. Pęna hęc talionis eſſe ſolet.

CAPVT VIII.

Remedia Calumniæ.

CAlumniæ remedium non eſt, vt quis etiam calumnietur, mordacique ſcommate, vel pudendo conuicio alterum in pœnam proſcindat. Apud Chriſtianos enim homines

nes illud veteris Poëtæ valere non debet: Audibis malè, ſi malè dices mihi: & mihi fœnum eſt in cornu, ſanguis circa præcordia calet. Puſilli etiam hominis eſt, ait Seneca, & miſeri, remordere mordentem. Ille magnus & nobilis eſt, inquit idem; qui more magnæ feræ latratus minutorum canum ſecurus obaudit, &c. Rectè etiam monet D. Gregorius, conuiciis conuicium non eſſe reddendum. Imitatione enim Dei, glorioſius eſt iniuriam tacendo fugere, quam reſpondendo ſuperare. Nec illud Plauti: Ego malè loquendi vobis neſciui viam, nunc vos mihi amnes eſtis, vos certum eſt ſequi: Si benè diceris, veſtrâ

Hom. 18. in Euang.

Lib. 2. de Ira c. 34. cap. 32.

veſtrâ ripâ vos ſequar; ſi malè dicetis, veſtro gradiar limine. Nec illud Apellis Epherii, qui calumniam hoc pacto curauit; cùm enim à calumniatore quodam Antiphilo ſummum in diſcrimen adductus eſſet apud Ptolomæum, non alia ratione, vbi ex periculo emerſit, acceptam iniuriam vindicauit, calumniatoremque abſterruit, quàm picta & propoſita imagine, in qua calumniam, totamque eius aulam & familiam expreſſerat, vt in ea, velut in ſpeculo, tam Antiphilus, quàm alii calumniatores ſeſe contemplarentur, geniumque ſuum & mores agnoſcerent. Hæc autem Calumniæ vera eſt medicina, ſi cum

Dauide,

Dauide, quandocunque ſpiritus Domini malus arripit calumniantem, tollas citharam, & percutias manu tuâ, adeòq;
1. Reg. 16. pſallas; ſic enim refocillabitur calumniator, & leuiùs, recedente Spiritu malo, habebit; lancea etiam caſſo vulnere ad parietem perferetur. Eius inſuper memoriæ ſubibit illud
Enchir. cap. 24. Epicteti: Si coruus inauſpicatum crocitarit, ne te imaginatio corripiat, ſed ſtatim tecum ipſe diiudica & dic: Nihil mihi hæc ſignificant, ſi voluero. Quicquid enim horum incidat, in me eſt, vt ex illis vtilitatem capiam. At grauis calumnia eſt grande vulnus datura? nullum dabit, ſi cōtempſeris; quin laudē dabit & præmia. Calumnia etiam ipſa per ſe ex vitro eſt fulgur, exigui

adeo

Digitized by Google

adeò ponderis & pretii. Platonis & illud imitandum: Cùm quidam ei narraret eſſe nõnullos, qui calumniis illum inſectarentur: At ego, inquit, ſic viuam, vt illis fides non habeatur. Beatos cogitabit prætereà eos, qui patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Gaudent magni viri aliquando rebus aduerſis, non aliter quàm fortes milites belli triumpho. Certè Paulus gloriabatur in cruce Domini noſtri IESV Chriſti. Tortores non perſequuntur martyres, ſed coronant, ait Bernardus. Illa rurſum medicinam faciunt, quæ diuinarum litterarum teſtimoniis continentur, his nimirũ: Non facias calumniam proximo tuo, Non mentiemini; neque

Mat. 5. 10.

Ser. 1. de Magdal.

Leuit. 10.

Leuit. 19. 11.

que

que decipiet (calumniabitur) vnuſquiſque proximum ſuum.
Deut. 5. 21. Et: Non falſum teſtimonium dices aduerſus eum. Et: Si ſteterit teſtis mendax (calumniator) contra hominem, accuſans eum impietatis, ſtabunt ambo, quorum cauſſa eſt, ante Dominum in conſpectu Sacerdotum & Iudicum, qui fuerint in diebus illis; cùmq; diligentiſſimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam au-
Hier 7. deant talia facere. Et: Qui
Luc 3. iuſtificat impium, & qui con-
Eccl. 7. 13. demnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum. Ad-

uenæ,

uenæ, & pupillo, & viduæ nonfeceritis calumniam, & habitabo vobiſcum. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, &c. Extrema probitatis linea eſt calumnia, prolapſio à veritate, iuriſiurandi abſumptio, & mutuę fidei corruptio. Remedium item calumniæ à frequenti meditatione grauitatis peccati illius, quemadmodum & ſuppliciorum illatorum ſumendum eſt. De priori ſupra ſuo loço actum eſt, poſterius ſequentia exempla declarant. Aman calumniis ſuis Mardochæo & vniuerſæ Iudęorum genti exitium parauit, ſed in eius caput, quod inſontibus parauit, redundauit. Nā in crucem, quam Mardochæo

ex-

Digitized by Google

extruxerat, cum liberis ſuis actus, & bonis omnibus exutus eſt. Dignitate eius Mardochæus potitur, bonis Eſther. Maleuolorum hominum calumniis, Principes & Satrapæ apud Regem Darium efficiunt, vt Daniel in lacum leonum coniiceretur, vbi diuino numine inter famelicos leones conſeruatus eſt, ipſoque educto, accuſatores eius in lacum miſſi ſunt, ipſi, & filii, & vxores eorum, quos leones protinus arripuerunt, & oſſa eorum comminuerunt. Suſanna calumniam paſſa eſt à Senioribus, & ipſi lapidibus obruti. Sergius Papa II. calumniam paſſus, diuinitùs liberatur; infans enim loquitur Pontificemque crimini illi affinem non eſſe pronunciat. Cedrenus ſcribit calumniantes

Eſther. 3. Dan. 6. Dan 13. Compend. Baron. p. 647.

Dei-

Deiparam Virginem, inter prandendum; à malis ſpiritibus correptos fuiſſe; domus autem domini pedes fuiſſe amputatos. Euagrius de Simeone Salo hoc memoriæ prodidit: *Lib. 4. c. 33.*
Erant Simoni familares quidã, inter quos ille ſine vlla diſcriminatione morabatur. Quidã igitur ex familiaribus illius, famulam quandam conſtuprârat. Cùm autem ab hero ſuo, quis nam eam conſtrupraſſet edicere cogeretur, Simeonem occultè ſibi commixtum fuiſſe, idque ſic eſſe, & ſi neceſſe eſſet, poſſe ſe illum conuincere dicebat. Quod cùm Simeones audiſſet, carnem ſe, eamq; lubricam geſtare dicens, aſſentiebatur. Cùm autem rumor ille paſſim percrebuiſſet, ſibiq; Simeones multum ignominię,

M Simeo-

tiorem Epiſcopo oſtenderet, domi ſuæ eum accepit. Sed dum vnâ cum illo ad ignem ſedens (frigus enim erat) Fortunato licentiùs detraxiſſet, animaduertit confeſſorem ſuum nuſquam comparere, & filium paruulum iam ab eo poſſeſſum, vertiginoſo volutatu inter prunas deiici, vitáque deſtitui. Vnici tandem orbitate didicit infelix parens, quantum ſcelus ſit, ſanctorum hominum vitam vel cauillari, vel cauillantibus facilè credere. Præclarè imitantur ſuum parentem omnes Sycophantæ, qui non tantùm vitia ſceleraque grauiſſima ſolent piis imponere, ſed etiam virtutes in ſcelera demutare, humilem appellando hypocritam, ſimplicem

plicem fatuum, ieiunantem ſtultum, non ieiunantem guloſum, delinquentes corripientem durum & aſperum, &c. Eſt verò vitium hoc Calumniæ omnino magnum; retardat enim non parùm greſſus rectè ac ſtrenuè ambulantis, & progredientis in via virtutis; facitque vt referat quis pedem atque reſiliat, & ſe ad oppoſitam viam reflectat ac transferat; perturbat etiam vt ſapiens inquit, *Eccl.7.8.* ſapientem, & perdit robur illius, ſapientium animabus inſidias ſtruit, ac generoſam bonorum virorum conſtantiam labefactare conatur, vt Nazianzenus ait. Veritatis item doctrinam adulterat, iuſtitiam vt & *In c.7. Eccl.* leges

leges eius violat, ꝓximo malũ machinatur, in diſcrimen interdum magnum adducit; & verò non rarò crimine falſo impoſito obruit. Conſtat etiã ex profana ſacraque hiſtoria ignominiam fortiſſimos viros morte ipſâ longè grauiorem duxiſſe, adeò vt ad eam vitandam ſibi ipſis mortem conſciſcerent, propriâ, vel alienâ imploratâ manu, vt Cato, Thraſeas, Añibal, Marius, Saul, Abimelech, Antonius, Cleopatra. Sunt etiam Diaboli, iuxta græcum ipſum nomen, calumniatores, & poſſunt homines cognominari, eo modo, quo Chriſtus inimicum hominem interpretatus eſt Diabolũ. Athanaſius ſcribit grauiùs ferire calumniam, quàm lapides. Thearidas, cùm gladium cote

Apol. ad Cõſtant.

Eraſ. l. 1. Apopht.

acue-

acueret, rogatus num acutus eſſet, acutior, ait, calumniâ, grauiter innuens, rem omniũ nocentiſſimã eſſe calumniam. Et Democritus: Gladius quidẽ ſecat corpus, calumnia autem ſeparat amicos. Grauius porrò vitium eſt, quàm cùm fortunæ bona furto vel rapinâ eripiuntur. Qui eo ſe alligat, peccato ſe obſtringit, & eo quidem, quod pœnitentià non tollitur, niſi proximo ſatisfiat, & pœnæ. Pęna hęc talionis eſſe ſolet.

CAPVT VIII.

Remedia Calumniæ.

CAlumniæ remedium non eſt, vt quis etiam calumnietur, mordacique ſcommate, vel pudendo conuicio alterum in pœnam proſcindat. Apud Chriſtianos enim homines

nes illud veteris Poëtæ valere non debet: Audibis malè, ſi malè dices mihi: & mihi fœnum eſt in cornu, ſanguis circa præcordia calet. Puſilli etiam hominis eſt, ait Seneca, & miſeri, remordere mordentem. Ille magnus & nobilis eſt, inquit idem; qui more magnæ feræ latratus minutorum canum ſecurus obaudit, &c. Rectè etiam monet D. Gregorius, conuiciis conuicium non eſſe reddendum. Imitatione enim Dei, glorioſius eſt iniuriam tacendo fugere, quam reſpondendo ſuperare. Nec illud Plauti: Ego malè loquendi vobis neſciui viam, nunc vos mihi amnes eſtis, vos certum eſt ſequi: Si benè diceris,

Hom. 18. in Euang.

Lib. 2. de Ira c. 34. cap. 32.

veſtrâ

veſtrâ ripâ vos ſequar; ſi malè dicetis, veſtro gradiar limine. Nec illud Apellis Epherii, qui calumniam hoc pacto curauit; cùm enim à calumniatore quodam Antiphilo ſummum in diſcrimen adductus eſſet apud Ptolomæum, non alia ratione, vbi ex periculo emerſit, acceptam iniuriam vindicauit, calumniatoremque abſterruit, quàm picta & propoſita imagine, in qua calumniam, totamque eius aulam & familiam expreſſerat, vt in ea, velut in ſpeculo, tam Antiphilus, quàm alii calumniatores ſeſe contemplarentur, geniumque ſuum & mores agnoſcerent. Hæc autem Calumniæ vera eſt medicina, ſi cum

Dauide,

Digitized by Google

Dauide, quandocunque ſpiritus Domini malus arripit calumniantem, tollas citharam, & percutias manu tuâ, adeòq; pſallas; ſic enim refocillabitur calumniator, & leuiùs, recedente Spiritu malo, habebit; lancea etiam caſſo vulnere ad parietem perferetur. Eius inſuper memoriæ ſubibit illud Epicteti: Si coruus inauſpicatum crocitarit, ne te imaginatio corripiat, ſed ſtatim tecum ipſe diiudica & dic: Nihil mihi hæc ſignificant, ſi voluero. Quicquid enim horum incidat, in me eſt, vt ex illis vtilitatem capiam. At grauis calumnia eſt grande vulnus datura? nullum dabit, ſi cõtempſeris; quin laudẽ dabit & præmia. Calumnia etiam ipſa per ſe ex vitro eſt fulgur, exigui

1. Reg. 16.

Enchir. cap. 24.

adeo

adeò ponderis & pretii. Plato-
nis & illud imitandum : Cùm
quidam ei narraret eſſe nõnul-
los , qui calumniis illum inſe-
ctarentur : At ego, inquit, ſic
viuam, vt illis fides non habea-
tur. Beatos cogitabit præterea *Mat. 5. 10.*
eos, qui patiuntur propter iu-
ſtitiam , quoniam ipſorum eſt
regnum cœlorum. Gaudent
magni viri aliquando rebus
aduerſis, non aliter quàm for-
tes milites belli triumpho.
Certè Paulus gloriabatur in
cruce Domini noſtri Iesv
Chriſti. Tortores non perſe-
quuntur martyres , ſed coro-
nant, ait Bernardus. Illa rurſum *Ser. 1. de*
medicinam faciunt, quæ di- *Magdal.*
uinarum litterarum teſtimo *Leuit. 19.*
niis continentur , his nimirũ: *Leuit. 19.*
Non facias calumniam proxi- *11.*
mo tuo. Non mentiemini ; ne-
que

que decipiet (calumniabitur) vnuſquiſque proximum ſuum.
Deut. 5. 21. Et: Non falſum teſtimonium dices aduerſus eum. Et: Si ſteterit teſtis mendax (calumniator) contra hominem, accuſans eum impietatis, ſtabunt ambo, quorum cauſſa eſt, ante Dominum in conſpectu Sacerdotum & Iudicum, qui fuerint in diebus illis; cùmq; diligentiſſimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam audeant talia facere. Et: Qui
Hier 7. *Luc 3.* *Eccl. 7. 13.* iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum. Ad-

uenæ,

uenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, & habitabo vobiſcum. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, &c. Extrema probitatis linea eſt calumnia, prolapſio à veritate, iuriſiurandi abſumptio, & mutuę fidei corruptio. Remedium item calumniæ à frequenti meditatione grauitatis peccati illius, quemadmodum & ſuppliciorum illatorum ſumendum eſt. De priori ſupra ſuo loço actum eſt, poſterius ſequentia exempla declarant. Aman calumniis ſuis Mardochæo & vniuerſæ Iudęorum genti exitium parauit, ſed in eius caput, quod inſontibus parauit, redundauit. Nā in crucem, quam Mardochæo

ex-

Digitized by Google

Deiparam Virginem, inter prandendum, à malis ſpiritibus correptos fuiſſe; domus autem domini pedes fuiſſe amputatos. Euagrius de Simeone Salo hoc memoriæ prodidit: *Lib. 4. c. 33.* Erant Simoni familares quidã, inter quos ille ſine vlla diſcriminatione morabatur. Quidã igitur ex familiaribus illius, famulam quandam conſtuprârat. Cùm autem ab hero ſuo, quis nam eam conſtrupraſſet edicere cogeretur, Simeonem occultè ſibi commixtum fuiſſe, idque ſic eſſe, & ſi neceſſe eſſet, poſſe ſe illum conuincere dicebat. Quod cùm Simeones audiſſet, carnem ſe, eamq; lubricam geſtare dicens, aſſentiebatur. Cùm autem rumor ille paſſim percrebuiſſet, ſibiq; Simeones multum ignominię,

uit Deum in eo eſſe, qui aliorũ arcana ei reuelaret. Proſtrauit ergò ſe, & peccatum confitens veniam petiit, atque ita iam inde, vt erat, de ipſo definire cœpit, quantò ſcilicet exteriori apparatu elatior videretur, tantò interiùs humiliorem eſſe. Conſideret & illud pro remedio, quod de Zoilo, cane rhetorico legitur: Cùm is in Platonem, Socratem, & optimum quenque Philoſophum ac virtutis magiſtrum, prouentu vberrimo, inſtar irriguæ herbę debaccharetur, rogatus fuit, cur ſic bonos & doctos omnes laceſceret? Quoniam, inquit, malefacere cùm velim, non poſſum. Conſideret item & hoc: Pater quidam rogatus, quæ via recta duceret ad ſalutem? Sui ipſius, reſpondit, aſſi-

dua reprehenſio: Ei ab omnibus, vt ſapientiſſimo veriſſimoque dicto acclamatum eſt. Nec falsò Paſtor, totum virtutum chorum ad vnius domum, quæ ſui eſſet accuſatio, commigraſſe. Nā vbi teipſum ex animo culpaueris, faſtum extemplò occidis, & gratiſſimam Deo modeſtiam tibi concilias, quæ veluti hoſpita virtutū, vti ferrum magnes, ad ſe totum hoc gynecæum charitū & cœleſtium gratiarum trahit & inuitat, vſque adeò inimica ſuperbo Numinis hoſti, & Acheruntico tyranno, vt præſentiam illius non minùs ferre, quàm ipſius Dei poſſit. Memini me legere nobilem ſui accuſandi formulam apud religioſiſſimum anachoretam patrem & magiſtrum Eſaiam

Rader. de accuſ. ſui & exc. cap. 1.

iam Abbatem, quam, ad vſum noſtrum, iuuat huic loco adſcribere, eſt enim quaſi ſpeculum quoddam, in quo ſe quiſque, & labes ſuas, ac notas animi, maculaſque conſcientiæ deprehenſas recognoſcet. Væ nobis, inquit, qui in hoc exiguo vitæ ſpatio, voluptati dediti ſumus, quia, vt iniquæ, & breui carnis cupiditati ſatisfaciamus, nos iucundiſſimo diuinæ gloriæ ſpectaculo indignos conſtituimus. Væ nobis, quia corruptio incorruptionem non poſſidebit: & nos incorruptione contemptâ, corruptionis cupidine furimus & inſanimus. Væ nobis, qui carnem noſtram, quæ in putredinem eſt reſoluenda, & vermium eſca

futura, in peccatis fouemus & enutrimus; nec ignem, in quo ſumus perpetuò excruciandi; nec vermem, qui nunquam dormit, extimeſcimus. Væ nobis, quorum corpus immunditiis coinquinatum homines pii colunt & deoſculantur, cùm tamen ſimus ſepulchra dealbata, & mortiferum peccatum redoleamus. Væ nobis, qui per intemperantiam & delicias epularum, ſemen in nobis adaugemus, & idcirco ad nefarias corporum mixtiones incitamur. Væ nobis, qui pigri tardique ſumus ad bona, prompti autem & alacres ad mala. Væ nobis, qui corpus noſtrum, capax æternæ lucis, tenebris addicimus ſempiternis. Væ nobis, quia Filius hominis, qui eſt eiuſdem eſſentię

cum

cum Deo & Patre, pro nobis factus homo, non habet apud nos vbi caput reclinet, cùm vulpes, hoc eſt, aſtuti atque improbi ſpiritus ſuas apud nos ſedes ſtruxerint. Væ nobis, quia recti corde animas puras & corpora ſua ſancta, & ſine macula ſiſtent ante iudicem; nos autem impuras animas, & immunda corpora habentes, æterni ſupplicii ſententiam audiemus.

CAPVT IX.

Mala conſilii praui.

Conſilium prauum illud appellatur, quod ſine Deo ſuſcipitur, legiq; eius & rationi aduerſatur. Tale olim fuit Iudæorum, cùm dixerunt: Eamus, & diſponamus teſtamentum cum gentibus; quia, ex *1. Machab. 1. 12.*

quo receſſimus ab eis, inuene-
runt nos multa mala; Ex eo
enim totius religionis euerſio
conſecuta eſt. Malum fuit
quoq; conſilium populi Iſrae-
Hier. 44. 16. litici apud Hieremiam, qui in
perſona Domini ei expro-
brabat, cum graui obiurgatio-
ne, cultum idolorum: Ser-
monem, inquiunt, quem lo-
cutus es ad nos in nomine Do-
mini, non audiemus ex te, ſed
facientes faciemus omne ver-
bum, quod egredietur de ore
noſtro, vt ſacrificemus reginæ
Cœli, & libemus ei libamina:
Ex hoc ſiquidem conſilio, rui-
nâ ingenti populus prolapſus
eſt, abductuſq; in captiuitatẽ,
& terra eius hoſtibus tradita
Gen. 37. fuit. Fratres Ioſephi dixerunt:
Ecce ſomniator venit, ve-
nite occidamus eum, & mit-
tamus

tamus in cisternam veterem, dicemuſque : fera peſſima deuorauit eum, & tunc apparebit, quid illi proſint ſomnia ſua, &c. Sed quâ viâ è principatu illum exturbare conati ſunt, eâdem in principatum extulerunt. Pharao rex Ægypti hoc dedit consilium : Ecce populus filiorum Iſrael multus, & fortior nobis eſt : Venite ſapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur, & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatiſq; nobis egrediatur de terra, &c. Item p̃cepit omni populo ſuo dicens : Quicquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proiicite, &c. Conſilium hoc nihil profuit, diſceſſerunt ex Ægypto Iſraelitæ, Pharao *Exod. 1.*

Digitized by Google

autem, qui fluminis Nili aquis demergebat infantes, maris rubri gurgite demerſus cum exercitu periit. Impii deinde praue quoque cõſulendo pronunciant nihil miſerius & contemptius eſſe paupertate, nihil diuitiis beatius, curandum eſſe corpus, voluptates omnes exquirendas, pulcherrimũ eſſe eminere inter alios, imperare, celebrari, verſari in hominum ore; Si quis cõuiciũ dixerit, verbere appetendũ, ſi quid grauius fecerit, vulnere, &c. Dominus enim noſter cõtrarium horum docet, beatam ſcilicet eſſe paupertatem & luctum; ſi quis in vnam maxillam percuſſerit, præbendam alteram, abnegandam voluntatem, complectendam crucem, & alia eiuſmodi multa. Sed & mala priuatorum cõſilia videamus.

Plat. de bo. noſt. Rel. l. 1 c. 5.

Eua

Eua peſſimo cõſilio Adamum, *Gen 3.6.*
vt & genus noſtrum vniuerſum in illo, in fraudem impulit. Iezabel Achabum regem *3.Reg. 5.7.*
decepit, vt Nabothum innoxium occideret, & multorum Prophetarum parricidia patraret. Ioram & ipſe Iſraelitarum rex, Athaliæ vxoris ſuaſu, flagitia multa perpetrauit. Conſu- *4.Reg.8. 11.*
luit & Iobo vxor, Deo vt ille *Iob.2.10.*
benediceret & moreretur. Verba eius hæc ſunt: Vſque quô tolerabis dicens: Ecce expecto adhuc paululum temporis ſpem ſalutis meæ? Ecce deleta eſt memoria tua de terrâ. Filii tui, & filiæ tuæ, ventris mei dolores, quos in vanum ſuſtinui cum ærumnis? Tu autem ſedes in ſtercore vermium, pernoctans ſub dio: & ego vaga & famula, locum ex loco, & do-

mum ex domo prӕteriens, expectans ſolem, quando occidat, vt requieſcam à laboribus & doloribus, qui me premunt. At dic aliquod verbum aduerſus Dominum & morere. Ille autem intuitus eam dixit: *Iob. 2. 10.* Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es: Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſtineamus? Ita Damaſcenus. Hanon, iniquo Seniorum ſuorum conſilio obſecutus, legatiſque Dauidis, per barbarum ac veſtium abſciſſionem, contumelia affectis, patriam ac regnum amiſit. Ionadab dixit ad Amnon: Quare ſic attenuaris macie, fili regis, per ſingulos dies? cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon, Thamar ſororem fratris

2. Reg. 10. 4.
2. Reg. 17. 4.

fratris mei Abſalon amo: Cui reſpondit Ionadab: Cuba ſuper lectum tuum, & languorem ſimula, cùmque venerit pater tuus, vt viſitet te, dic ei: Veniat oro Thamar ſoror mea, vt det mihi cibum, & faciat pulmentum, vt comedam de manu eius. Conſilium hoc Ionadab Amnoni peſtiferum fuit: Eum enim frater poſtea interfecit. Herodem Herodias induxit, Ioannem vt Baptiſtam obtruncaret. Salomonem mulieres alienigenæ ad ſacra nefaria permouerunt. Tarquinium Tullia vxor Tullum regem impiè vt trucidaret impulit. Omnino malum conſilium laqueum parat, quo quis irretiatur, foueam in

2.Reg 13. 28.

Mat.14. 10.

quam

Esther 7. 10. quam cadat, crucem & patibulum, in quo cum Amano vitã
Reg. 2. ponat, capillos, quibus, vt Ab-
Iud 13. 8. ſalon, innexus ſublimis pẽdeat, gladium, quo diuina iuſtitia, ſicut Iudith Holoferni, ſic illi caput amputet. In illud ergò, vel conſiliarium potiùs liceat his verbis exclamare: O plenè omni fallaciâ & nequitiâ fili Diaboli, non deſinis ſubuertere vias Domini bonas, ſimulq;
Iob. 21. 16. Deum rogare cum Iobo: Conſiliũ impii longè ſit à me. Eius enim os tetram exhalat mephitim; ſepulchrum ſcilicet patens eſt guttur eius, linguâ ſuâ dolosè agit. Iudicet illam Dominus. Et cum Dauide: Saluũ me fac Deus, quoniam defecit Sanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominũ. Da gratiam in eorum vt conſilium

lium non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea.

CAPVT X.

Remedia Conſilii mali.

COnſideretur primùm in remedium, quid Spiritus Sanctus in diuinis litteris de conſilio peruerſo patefecerit. Facienti nequiſſimum conſilium, ait Sapiens, ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet, vnde adueniat illi. Dominus etiam reprobat conſilia Principum, mala videlicet, & diſſipat. Prophetam etiam audiant mali conſilii auctores: Væ qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruerſa eſt

Eccl. 27. 30.
Pſa. 32. 10.
Eſ. 29. 15.

Digitized by Google

eſt hæc veſtra cogitatio, quaſi lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori ſuo: Non feciſti me, & figmentum contradicat factori ſuo: Non feciſti me, & figmentum contradicat fictori ſuo. Et: Væ filii

Eſai. 30. 1. deſertores, vt faceretis conſilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem.

Prou. 1. 31. Comedet conſiliarius fructus viæ ſuæ, ſuiſque conſiliis ſaturabitur: In altum mittet lapidem, & ſuper caput eius cadet; & plaga doloſa diuidet vulnera. Succeſſus deinde infelices prauorum conſiliorum, conſiliariorumque malorum, remedium optimum exhibent, vt caueantur. Roboam

decem

decem tribus amiſit; quia repudiauit ſenum conſilium, iuuenum autem peſſimum acceptauit. Pharao crudeli conſilio conatus eſt obterere & extinguere populum Dei; ſed in ſui ipſius ruinam, regnique vaſtitatem; fluminis enim Nili aquis infantes demergens, maris rubri gurgite ipſe cum exercitu toto demerſus eſt, idque in maius incrementum eorum, quos depreſſos & exſtinctos cupiebat. Iudæis nihil impium hoc conſilium profuit: Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum; & venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem. Quod timebant enim euenit; omnes crediderunt in Christum, vene-

3.Reg.12.

Ioan.11. 48.

venerunt Romani, Iſraeliticũ-
que populum euerterunt. Iidẽ
quâ viâ, quoque conſilio Chri-
ſti nomen conabantur extin-
Hier. 11. 19. guere atque eradere (iuxta il-
lud: Eradamus eum de terra
viuentium, & nomen eius nõ
Phil. 2. memoretur ampliùs, &c.) eo-
dem nomen eius in ſummum
honorem euexerunt. Quia e-
nim à Iudæis eſt occiſus, pro-
pterea, vt Paulus ait, Deus ex-
altauit illum, & donauit illi
nomen, quod eſt ſuper omne
nomen, &c. Ipſi verò infeliciſ-
ſimè ſe perdiderunt. Achito-
2. Reg. 16. & 17. phel Dauidis conſiliarius, ad-
uerſus eum turpe conſilium
Abſaloni dedit; at mortem ei
illud ignominiâ plenam attu-
lit; quia enim diuino nutu diſ-
ſipatum eſt, laqueus gulam eius
fregit. Simile fuit conſilium
Caiphæ

Caiphæ aduerſus Chriſtum, diſſipatum enim & illud à Deo fuit, æternamque Iſraelitis & ignominioſam mortem peperit. Etenim, vt eſt in Pſalmis, *Pſa.32.10.* Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia Principum, conſilium autem Domini manet in æternum. Inſidię atque calumniæ Chaldæorum principum in Danielem, ad Numinis, ſuos protegentis, & malos punientis, prouidentiam oſtendendam valuēre plurimùm. Perſecutio, quā Tyranni Eccleſiam Catholicam labefactare, & in nihilum redigere, tanta contentione conati ſunt, in caſſa fuit, cur illa magis floreret, & tot fortiſſimorum martyrum exercitus de hoſte triū-

pha-

pharent. Etenim nullum conſilium eſt aduersùs Dominum, quod ipſe nõ diſſoluat. Aman, cùm Aſſueri pater eſſet, & in eius regno ſecundas teneret, eius iuſſu, patibulo, quod ipſe, peſſimo conſilio Mardochæo erexerat, appenſus animam interclusit. Parmenio, Seianus, Perennius, Cleander, Ablauius, Ruffinus, Eutropius, Stilico, Flauius Antiochus &c. ex intima familiaritate ac dignitate deiecti ſunt, parſque eorum maxima, eorundẽ Principum, quibus erant acceptiſſimi, iuſſione, miſerandum in modum in necem traditi ſunt. Cauſſa fuit, quòd abuſi familiaritate, inſolentiùs ſe extulerunt, nec Deum, tanquam conſiliorum ſuorum teſtem ſpectarunt, ſed Principibus

Eſther. 7. 10.

pibus ſuis gratificaturi, diuinam legem protriuerunt, ſuumque commodum ſpectarunt. Nefarii nonnulli Clothario Gallorum Regi contra Radegundem vxorem ſuam prauum conſilium dederunt, ſed repente eos vltio diuina perſecuta eſt; ſicut enim Arius Catholicam fidem oppugnans, inteſtina omnia ſua in cloacam effudit; ſic infeſtantes iſti beatam reginam. Nefarius & ſceleribus infamis rex Hiſpaniæ Vitiza, malo conſilio male periit; regno enim & oculis priuatus, miſerè mortuus eſt. Ludouicus Sforza dux Mediolanenſis in ſuis conſiliis ſecutus priuatum cõmodum, grauiter punitur; amiſſo enim imperio à ſuis militibus venditur, à gregario

In vita Radeg. l. 2. c. 4.

Ribad. l. 1. c. 15. Princi Chriſt.

Idem ibid.

Hel.

Ribadin. l. 1. cap 15. Principis Chriſt.
Idem ibid.

Heluetio capitur, ac tandem caueæ ferreæ incluſus, miſerrimè periit. Rectè Heſiodus: Is nocet ſibi, qui alium lædere quærit. Conſultum malè, conſultori peſſima res eſt. Apud Perſas, vt Ælianus ſcripſit, per omnes ciuitatis plateas, virgarum ſupplicia luebat, qui noxium dediſſet conſilium. Conſiderandum deinde eſt, tertii remedii loco, quis ille ſit, qui dat conſilium: Si eſt malus, conſilium ſequendum non eſt.

Ambroſ. 2. off c. 8. & 12.

Quis de turbida aqua potum petat? quis in cœno fontem requirat? quis vtilem alienę cauſſæ iudicet, quem videt inutilem vitæ ſuæ? quo nam modo eum potes iudicare conſilio ſuperiorem, quem vides inferiorem moribus? Idcirco cùm in conuentu quodam

Lacæ-

Lacædæmoniorũ homo quiſpiam, Demoſthenes nomine, turpitudine vitæ infamis, probam & honeſtam ſententiam aliquando dixiſſet, Præſes iuſſit ex iis, qui aderant, viro cuidam iuſtitiâ præſtanti, vt idem conſilium daret; quod vbi dedit, ab vniuerſis acceptum eſt, eoque facto declaratum, quanti virtutem æſtimarent, & eam Rempublicam ſaluam eſſe non poſſe, quæ Conſiliariis turpis vitæ hominibus vteretur. Auocat & id factum à malo conſilio dando, vt & accipiendo. Roboam potiore regni ſui parte priuatur, quòd iniquum ſecutus fuerit conſilium. Stultum conſilium vxor Iobo dedit, ſed ille tanquam probus & ſanctus homo tali conſilio nō aquieuit. Beatus vir, qui non

Gell. l. 8. cap. 3. Plutar. in Polit.

3. Reg. 12.

Iob. 2. 10.

abiit in conſilio impiorum, illudque ſequutus non fuerit.

Pſal. 1. 1. Sunt omnino conſilia praua aſpidum oua; quemadmodum enim ex ouis aſpidum confotis venenatus ſerpens; ſic ex conſiliis malo animo datis, oritur maxima pernicies homini. Oua

Iſ. 59. 4. aſpidũ ruperunt, ait Propheta, qui comederit de illis, morietur, & quod confotũ eſt, erumpet in regulũ, &c. Oua aſpidũ rumpunt, qui impia præbent conſilia, qui hæc comedit oua, hoc eſt, qui his aſſentitur conſiliis, moritur, erumpentq; illa in regulos, baſiliſcos, ſcelera ſcilicet & grauiſſima mala. Oua aſpidũ ruperunt Lutherus, Caluinus &c. & ſerpentes (hæreſes nocentiſſimas) excluſerunt: Qui comedunt ex eis, miſerandũ in modum pereunt. A malis

his

His conſiliariis eorumq; conſiliis ſerua, ô homo, animam tuã, fuge fugâ citâ. Conſiliũ tuũ ſit iuſtificatio Dei. Conſilia fac ex Dei voluntate. Sequere conſilium proborum, cui Deus intereſt & aſſiſtit; malorũ deteſtare. Vt enim halitus peſtilens afflatũ, reſpiranti virus ingerit; ſic & prauum cõſilium peſtem animis & mortem affert. Pſal. 118. 24.

CAPVT XI.

Mala Contumeliæ.

CONtumelia vitiũ eſt, quo quis, pter fas iuſq;, falſis aliquem criminationibus, corã & in præſentia exagitat, honoremque ei & famã adimit; contemptũ autẽ offert. Ammonitæ, ſi fortè quempiã Hebræum occidiſſent, Deum ſuum, quem gladio inſculptum geſtabant,

exoſculari ſolebant dicentes:
Viuat Deus Ammonitarum,
quod cedebat in contumeliam
2. Reg. 16. 7. Dei Iſrael. Semei his verbis cō-
tumeliam Dauidi intorſit: E-
gredere, egredere vir ſangui-
num, & vir Belial; reddidit ti-
bi Dominus vniuerſum ſangui-
nem domus Saul, quoniam in-
uaſiſti regnum pro eo, & dedit
Dominus regnum in manu
Abſalonis, & ecce premunt te
mala tua, quoniam vir ſangui-
num es. Idem eidem fecerunt
Nabal, Saul, Michol, Ioab, alii.
Dominum etiam noſtrum Cai-
phas infernali linguâ proſcidit.
Mat. 26. 65. Pilatus item, cùm eidem Serua-
tori noſtro perfrictâ fronte di-
Mat. 27. 13. xit: Non audis quàm multa ad-
uerſum te dicunt teſtimonia?
Ioan. 9. 28. Eodem & illud aliorum refer-
Matt. 11. 19. tur: Tu eſto diſcipulus illius;
cùm

cùm item eum potatorem vi- *Luc. 7. 34.*
ni; publicanorum amicum, in *Ioan. 10.*
ſanum &c. vocauerunt. Apo- *20.*
ſtoli, criminatione falsâ, mundi *1 Cor. 4.*
huius purgamenta fuerunt, & *13.*
omnium peripſema. Impoſuit & quidam, duro certè & præfracto ore, hanc B. Parenti noſtro Ignatio calumniam: Diſperεam malè ego, & vel flammis ardeam, niſi iſthic (Ignatium aiebat) flammis eſt vſtulandus. Exauditus fuit pro ſuâ reuerentiâ, vt ſuo loco videbimus. Lacerant & alii alios, cùm fures eos, impudicos, ebrioſos, &c. appellitant. Vetus olim etiam comœdia nominatim in ciues conuicia iacere ſolebat. Eſt verò hoc contumeliæ crimen magnum & graue,
vt S. Thomas docet, & extre- *2. 2. q. 72.*
mæ improbitatis & impu- *ar. 2.*

 den-

dentiæ, quâ quis in proximum præſentem, quod in corde latebat venenum, vt S. Gregorius ait, & in faciem eius ſordida iniuriarum ſputa expuit. Nimiâ item triſtitiâ afficit eum, quem contumeliâ vexat, ſic vt nec merita cumulare, vt ſolebat, poſſit, nec mala vitare. Vritur & moritur, ſecundùm Bernardum, clauſo & læthali vulnere intra ſemetipſum gemens, dum totus in ira & diſceptatione poſitus, nihil aliud ſilens in mente verſare poteſt, niſi iniuriam, quam accepit; non poteſt orare, non poteſt legere, non ſanctum aut ſpirituale aliquid meditari; & ita intercepto vitali ſpiritu, dum ſuis deſtituta eſt alimētis, vadit ad mortem anima, pro

3. Mor. in c. 18.

Serm. 29. in Cant.

qua

quâ Chriſtus mortuus eſt, quid tu interim, quæſo, animi habes? Quid oratio tua, aut opus quodcunque interim feceris, ſapit tibi, contra quem nimirum Chriſtus anxiè clamat de pectore fratris tui, quem contriſtaſti; Filius, inquiens, matris meæ pugnat cõtra me, & qui ſimul mecum dulces capiebat cibos, repleuit me amaritudine? Quod ſi dixeris illum non tam grauiter, ꝓ tam leui cauſſa debuiſſe turbari? Reſpondeo: Quantò leuior eſt, tantò à te leuiùs potuit non committi; quanquam neſcio quomodo leue dicas, quicquid amplius eſt, quàm iraſci, vel hoc ipsũ obnoxiũ eſſe iudicio, ex ore ipſi' acceperis Iudicis. Quid enim? tu ne leue dixeris, in quo offenditur Chriſtus? Pſ. 54. 15.

Hebr. 10. 13. vnde ad Dei iudicium pertrahi habes, cùm horrendum ſit incidere in manus Dei viuentis. Grauius porrò hoc eſt crimen furto & rapinâ, quòd illo honor boniq; nominis exiſtimatiò ære præſtantior tollatur. *Prou. 22. 1.* Vnde & Salomon rectè affirmat, melius eſſe nomen bonũ, quàm diuitias multas. Curam item habendam de bono nomine; hoc enim magis alicui permanere, quàm mille theſauros pretioſos & magnos. Honeſtum rumorem alterum eſſe patrimonium, ait Seneca. *Eccl. 41. 15.* Multi quoque pluris famam quàm vitam diligunt, neque dubitant illud exęquare homicidio, quod interdum ſequi ſolet. Qui contra leges etiam iuſtitiæ exiſtimationẽ lædunt, vel euertunt, ad reſtitutionem hono-

honoris ex iuſtitiâ tenentur; bonorum enim multorum impediunt conſecutionem. Ad Contumeliam reuocatur conuicium & improperium; Sicut enim contumelia animi, ſic conuicium corporis, & improperium bonorum fortunæ defectus ignominiosè iactat, de illis ergo aliquid hîc addendum videtur. Conuitium crimen eſt, quo defectus aliquis corporis alicui in faciem, ad contemptũ obiicitur, vt quod luſcus ſit, lippus, tardus, bardus, ſtupor &c. pudor vt illi eâ ratione & confuſio adferatur. Sanctum tamen eſt, diſciplinæ cauſsâ, proximum obiurgare, quomodo Chriſtus Dominus diſcipulos ſuos, in Emaus euntes ſtultos appellauit. Et Apoſtolus Galatas in- *Luc. 24. 25.* *Gal 3. 1.*

 ſen-

ſenſatos, non conuiciandi animo, ſed corrigẽdi ſtudio. Quare & D. Auguſtinus inquit: Dilige, & dic ꝙ voles; nullo modo maledictum erit, quod ſpecie maledicti ſonuerit, ſi memineris ſenſeriſq; te, in gladio verbi Dei, liberatorem hominis eſſe velle ab obſidione vitiorũ. Licet igitur diſciplinæ & correctionis cauſſâ, vt iraſci, ita & conuicio aliquo proximum ferire, vt videat peccati ſui turpitudinem, ſeque emendet; fit enim hoc ex eius amore. Eſt verò cauendum hîc quoque ne nimiùm acerbiſſimus, & Chriſtianæ modeſtiæ limites tranſiliamus. Improperium vitium eſt, quo defectus aliquis bonorum fortunæ alicui, eo fine intorquetur, vt in contemptum aliorum deueniat, probroque

In c. 6. ad Gal.

adeo

Digitized by Google

adeò & rubore afficiatur ; vt cùm quis ignobilis, ruſticus, mendicus, artificio ſordidus &c. appellatur. Sic Phariſæi Chriſtum Seruatorem noſtrum filium fabri, & Iulianus Apoſtata Galilæum vocarunt. *Mat. 13. 55.* Amaſis Ægypti rex à ſuis, ob ignobilitatem, cōtemptus fuit. Quid ille? Ex pelui aureâ, in quam (verbo ſit venia) ſpuere ſolebat, idolum fieri curauit, ꝗ Ægyptii poſtea adorarunt. Athenis feſtus dies per annum fuit, in quo ſe mutuò conuitiis & improperiis perſtringebant. Prô dolor, non in anno ſemel, ſed quotidie dies hic feſtus, hac ætate noſtra celebratur.

Digitized by Google

CAPVT XII.

Remedia Contumeliæ.

COnſiderentur inprimis, in remedium contumeliæ, diuinarum litterarum dicta. Non erit, ait Dominus, criminator in populo. Qui profert contumeliam inſipiens eſt. Qui deſpicit proximum ſuum peccat. Qui calumniatur egentem exprobrat factori eius; honorat autem eum, qui miſeretur pauperis. Homo aſſuetus in verbis improperii, omnibus diebus vitæ non erudietur. Væ qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? cùm fatigatus deſieris contemnere, contemneris. Qui dixerit fratri ſuo: Fatue (animo illum iniuriâ obruendi) dignus eſt gehennæ ignis. Apoſtolus contumelioſos recen-

Leuit. 19. 16.
Prou. 10. 18.
Prou. 14. 31.
Eccl. 23. 20.
Mat. 5. 22.
Rom. 1.

cen-

cenſet inter eos, qui digni ſunt æternâ morte. Vnde monet Sapiens: Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò, ne poſtea emendare nequeas, cùm dehoneſtaueris amicum tuum. In contumelioſos deinde ita D. Hieronymus ſcribit: Eſto flagitioſus ſum, vt vulgò iactitas, ſaltem mecum age pœnitentiam; criminoſus ſum, vt ſimulas, imitare lachrymas criminoſi, num mea peccata virtutes tuæ ſunt? an malorum tuorum putas ſolatium, ſi multos tibi ſimiles habeas? Et Nazianzenus: Nos quidem reprehenſionem meremur, ſi quid mali admiſerimus; at vos interea impii eſſe nõ deſinetis, etiãſi in peccatum incidamus, imò eò etiam maior eſt impietas veſtra, quò iis qui læduntur,

Prou. 25. 8.

Ad Sabin.

Orat 2. de Pace.

N 7 acer-

acerbiores eſtis; debetur enim fratribus labentibus doctrina, & compaſſio. Vnde Arianus his verbis docet nō eſſe detrahendum, neq; iraſcendum peccatoribus, quia ſcilicet cogitare debemus huiuſmodi homines, quodam errore falli, & quodammodo hallucinari in bonis ac malis rebus diiudicandis. Et quia hoc, quod malum reuera eſt, & à nobis malum iudicatur, illis videtur bonum, prout ſic ſunt affecti & animati; quapropter non conuenit illis iraſci, ſed potiùs condolere & miſereri, modeſtèque & patienter docere eos, quemadmodum, & in quo decipiantur, vt ſic docti, euidenter intelligant errorem ſuum, & ab eo abſtineant; quouſque autem id

Lib. primo in Epictet. c. 28.

id non demonſtrauerimus, patienter agendum & miſericordiâ vtendum, quemadmodum & cœcorum, ac claudorum, & aliorum huiuſmodi debilium miſeremur. Dum verò ipſorum defectus notamus, ipſiſq; iniuſtè detrahimus, nec vitia emendamus, ſed aliena propria facimus, dum aliena corrigere non curamus. Conſiderentur rurſus in contumeliæ medicinam punitiones ſuppliciaque de contumelioſis ſumpta. Quadraginta duo pueri petulantiſſimi Eliſæo Prophetæ contumeliam identidem his verbis inferentes: Aſcende calue, à duobus vrſis de ſaltu egreſſis, tanquã Dei iuſtitiæ carnificibus membratim diſcerpti ſunt. Agar cõcepiſſe

4. Reg. 2. 23.

Gen. 16. 4.

piſſe ſe videns, deſpexit Dominam ſuam Saram, à qua cùm illa affligeretur, fugam iniit, cùmque inueniſſet eam Angelus Domini dixit ad illam: Vnde venis? & quo vadis? quæ reſpondit: A facie Sarai Dominæ meæ ego fugio. Dixitque ei Angelus: Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare ſub manu illius. Michol vxor Dauidis punita fuit ob contume-
2. Reg. 6. 16. liam illi irrogatam. Punitioné eam his verbis Scriptura ſacra commemorat: Cùm intraſſet Arca Domini in ciuitatem Dauid, Michol filià Saul proſpiciens per feneſtram, vidit regé Dauid ſubſilientem, atque ſaltantem coram Domino, & deſpexit eum in corde ſuo. Et Paulo poſt: Egreſſa Michol filia Saul in occurſum Dauidis, ait:

ait: Quàm glorioſus fuit hodie rex Iſrael, diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi nudetur vnus de ſcurris. Deinde pœna huius contemptus ſubiicitur: Igitur Michol filiæ Saul non eſt natus filius vſque in diem mortis ſuæ. Aman apud Aſſuerum regem inter principes ſummus, qui quoniam Mardochęum Iudæum ad fores palatii ſedentem inter mortales maximè deſpexerat, ita vt ſuadentibus amicis excelſam trabem altitudinis quinquaginta cubitorum, è qua eum ſuſpēderet, fieri iuſſerit, & propter eum omnes Iudæos per litteras annulo regio ſignatas, vbique trucidari mandarit, tandem coactus eſt, cum ſumma ſua ignominia illum ipſum Mardochæum

Eſther. 3. 4. 5. 6. & 7.

dochæum equo vectum, & regibus veſtibus amictum per plateas circumducere & proclamare : Sic honorabitur, quemcunque rex voluerit honorare, & demum in ipſam trabem, quam Mardochæo parauerat, iuſſu regis adactus eſt. Antiochus contemnens Iudæos, eorumque Deum, inſanabili & inuiſibili plagâ à Deo percuſſus eſt. Phariſæus præ ſe publicanum humilem, cæteroſque homines aſpernans, præ illo publicanus iuſtificatus, in domum ſuam deſcendit. Ex Valentis cubiculariis vnus, ob iactata conuicia in Aphraatē diuinum hominem, plagam talem accepit. Fortè ei cura balnei commiſſa fuit, qui ſimul vt illum verbis cōtumelioſis inſectatus fuerat, ad balneum

2. Machab. 9. 5.

Theodor. 4. hiſt. Eccl. c. 26.

neum Imperatori parandum ſe contulit, cùmque ingreſſus eſſet, repente de poteſtate mẽtis deturbatus, in aquam calidiſſimam ſe præcipitauit, ac illico mortem obiit. Ioannes Aratus Iudæorum patronus contumelioſus, à viginti quinque ſenibus in ſomno increpatur, & cæditur. Cùm S. Magnobodus Andegauenſis Pontifex in prædiũ quoddam exiret, leues quidã pueri cõuitia in eum iactare, dicteriiſq; pſcindere nõ ceſſabant. Ad ludibriũ oculos retorquente viro ſanctiſſimo, tantus ſubitò pulueris turbo exortus eſt, vt ex pueris ſublatum vnum per aëra, globi inſtar libraret, perque auia, inuia, ſublimem raperet. Secuti mox parentes, in confragoſis montibus filiũ quærunt, atq; eum

Baron. To. 10. Annal. ad an. 982. Vincent. l. 23. c. 38.

eum multo denique labore, inter aſpera veprium ſemianimẽ, & alterum planè Hyppolytum reperêre. Quem cùm ita cruẽtum S. Pontifici lachrymabundi obtuliſſent, curatus ab eo, parentibuſque reſtitutus eſt. Remedii loco & illud eſſe poteſt, quòd homo contumelioſus ſe lędat, claudens ſibi regnũ cœlorum, barathrum autem inferni aperiens. Vipera ſcilicet eſt contumelia, quæ vt prodeat, ipſius matris viſcera perrumpit; & cùm exierit, ſuo veneno inficit, interficitque omnes ad ſe accedentes. Gladius item biceps aut triceps, D. Bernardo auctore, qui vno ictu tres interimit animas, eam nempe quæ loquitur, & quæ ictum accipit impatienter, & quæ libenter ſimilia verba audit,

Serm. de cuſt. man. & ling.

dit, aut ex eis ſcandalum accipit; nam quemadmodũ amor amorem, ſic odium progignit odium. Idem Phariſæum ſic alloquitur: Cùm te cæteris anteponis, deles quæ feceras opera: ſi quid præclari egiſti, debebas dicere: Seruus inutilis ſum, quę debueram, feci. Ac cùm contemptus omnis ferè ex ſuperbiæ tumore oriatur, aduerſarium & hoſtẽ facit ſibi Deum, qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam. Id quod contumelioſus antidoti loco accipiet, vt & illud S. Ephrem: Beatiſſimus ac feliciſſimus, qui maledictis & contumeliis linguam ſuam non maculat. Claudat hunc locum S. Auguſtinus: Crimen falſum, quod eſt calũnia, reum non facit hominem, niſi apud iudicem hominem.

Ser. 3. in Cant.

Tom. 1. de Vir. & Vit.

In Pſ. 118.

Vbi

Vbi autem Deus iudex eſt, nullus falſò crimine læditur, quia non, cui obiicitur, ſed ei qui obiicit imputatur. Ei adiungo Palladium: Deum ad iram prouocatis, qui calumniatur; qui autem per calumniam accuſatur, idque fert pio & æquo animo, expectans Dei iudiciũ, is, quo ad eius fieri poteſt, laudatur, & in honore habetur, & æternam gloriam conſequitur. Qui verò reſponderit maledico, inquit D. Ambroſius, ſuperiorem ſe arbitrabitur, quia parem inuenit. Et qui citò mouetur iniuriâ, facit ſe dignum videri contumeliâ, dum vult indign⁹ videri: Ergo S. Auguſtinum ſequere ita monentem: Paſſus es malũ? Ignoſce, ne duo mali ſitis. Xenophon cuidam maledico: Tu

In hiſt Lauſiaca. cap. 141.

1. Offic. c. 5.

In Pſal 54.

didi-

didiciſti maledicere, ego male-dicta contemnere. Cum Dauide igitur tace; cum Iobo ride; cum Chriſto gaude, cum Paulo benedicito.

CAPVT XIIII.

Mala Curioſitatis.

CVrioſitas virtuti ſtudioſitatis, per exceſſum oppoſita, conſiſtit in immoderata indagatione & inueſtigatione eorum, quæ ſcire non expedit, aut quomodo non expedit. Prior complectitur curioſitatem eam inprimis, quâ quis illicitè inquirit ea, quæ ſunt ſupra humanam facultatem, vt myſterium Sacroſanctæ Trinitatis, Incarnationis Chriſti. SS. Euchariſtiæ, Prædeſtinationis &c. Poſuit enim Deus tenebras latibulũ ſuum, in circuitu taber- *Iob. 22. 13.*

tabernaculum, & tenebroſam
Iob. 38. 22. aquã in nubibus, ait Iob. Eam
deinde, quâ quis immoderatè
nititur penetrare rerum natu-
ralium abdita, theſauros vide-
licet niuium ingredi, & the-
ſauros grandinis aſpicere. Cru-
deli curioſitate motus Nero,
ſcire voluit, quomodo in vte-
ro matris iacuiſſet, vnde & ad
eum finem matrem occidi, &
aperiri voluit. Miracula item,
variaſque viſiones, res inſuper
magicas, eiſque affines, vt Al-
chimiam, magiam natura-
lem, &c. Aliorum inſuper vi-
tam, mores, ſecreta, & retruſa
vitia & imperfectiones. Stulta
tandem, noua, nugatoria, &c.
quæ nam videlicet ſit patria
Homeri; quæ Æneæ mater, &
alia dediſcenda. Poſterior cu-
rioſitas illicitos inſolitoſque
ſciendi

ſciendi modos continet, operâ nimirum Dæmonum, quibus ſe pacto, vel explicitè, vel implicitè addicunt; Certis item precibus, rebuſque aliis ad hoc à Deo, vel Eccleſia non inſtitutis, notoriis artibus, &c. In modis præterea illicitis numeratur ordo indebitus, qui in eo conſiſtit, vt id priùs non cognoſcatur, quod magis ad ſalutem facit. In officio deinde, cùm quis ei rei ſtudet, quâ impeditur, quominùs illi ſatisfaciat, vt ſi Epiſcopus, Sacerdos, Religioſus dimiſſis Euangeliis & Prophetis, totum ſe tradat Grammaticæ, Poëſi, amatoriis verſibus &c. vt docet D. Hieron. &c. In fine tandem, cùm quis ſtudia ſua nullo modo ad Deum refert, iuxta Auguſtinũ & Bernardũ. Scitè Richardus

Ep. ad Damaſc.
De Vera rel. cap. 19.
Serm. 2. in Cant.
In quodam Serm.

in quodam Serm. Victorinus : O quanti veritatem quærunt non in veritate, ſed in vanitate ? Quæſitam inueniunt, non ad veritatem, ſed ad vanitatem, & quod miſerimum eſt, in verbis vitæ, lucra mortis negotiantur. Porrò vitio huic curioſitatis genus ferè humanũ vniuerſum, ſubiectum eſt, deſideratque adeò, & quidem cupidiſſimè ea vt cognoſcat, quæ ad ſe nihil pertinent. Id ex ſexcentis, vel hæc paucula exempla demonſtrant. *Gen. 34.* Dina filia Lyræ egreſſa eſt, vt videret mulieres regionis illius ; viſa ſimiliter illa eſt, *2. Reg. 23.* rapta & oppreſſa. Dauid recenſet populum ex curioſitate. Diſcipuli interrogarunt Chriſtum quando eſſet reſtituturus regnum Iſrael. Athe- *Act. 17.* niẽſes ad nihil aliud vacabant,

niſi

niſi aut dicere, aut videre, aut audire aliquid noui. Apollonius Thianeus nouendecim peragrauit perluſtrauitque Prouincias diuerſas, fabuloſam vt menſam Solis videret. Alexander M. incredibili ſumptu Nili originem quæſiuit; ſed fruſtra. Democritus, vt rectiùs & faciliùs ſcientias conquireret, oculos ſibi eruit. Plato ſcientiæ amore, volumina tria, decem millibus aureis emit. Ariſtoteles, quia cauſſam fluxus & refluxus maris explorare nequiuit, aquis ſe, vt dicitur, præfocauit: In tenui labore tenuis gloria. Cupidè Athenienſes omnes, & aduenæ, & hoſpites ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut videre, aut audire aliquid noui. Vitioſa verò eſt curioſitas, vtpote

Mazar. in Pſa. 50. Conc. 33.

Act. 17. 21.

quæ rationabili cauſſa nulla nititatur. Vitioſa autem & perniitioſa quoque; malorum enim plurimorum cauſſa exiſtit; inquietudinem animi ingenerat, mentis tranquillitatem euertit, ſerenitatem turbat; in aliis interdum laudanda damnat, benè facta reprehendit, tecta prodit & ſecreta. Curioſitate ſubinde in elephantem culices abeunt, in gigantes exurgunt pygmæi. Non plurimorum autem tantùm, ſed & omnium ferè malorum cauſſa exiſtit. Primum certè parentum peccatũ, vel peremptorum potiùs noſtrorum, à curioſitate exordiũ habuit; poſtquam enim ſerpens mulieri dixit: Eritis ſicut
Gen. 3. 5. Dii ſcientes bonum & malum, curioſitate illa ſciẽtiæ impulsâ, virum induxit ad comedendũ fru-

fructum vetitum. Quod ſuo modo adumbrantes Poetæ, finxeruntPandoram fœminam fuiſſe formoſiſſimam, cui omnes Dii munera dederant. Hanc, inquit Heſiodus, Iupiter in terram miſit cum pyxide clauſâ adEpimetheum, qui curioſitate illius, eam recepit & aperuit, vnde ſtatim omne malorum genus, quod ei inerat, in terram euolauit. Quo commento [illegible] ſitatem omnis mali eſſe veluti fontem, & primam originem.

CAPVT XIV.

Remedia Curioſitatis.

PRoderit frequenter meditari ea, quæ de Curioſitate generatim ſumpta, ſequentibus Scripturæ S. locis continentur. In ſuperuacuis rebus *Eccl.3.24.* noli

noli ſcrutari ſenſum tuum,
multipliciter, & in pluribus
Eccl 32. operibus non eris curioſus. In
12. multis eſto quaſi inſcius. Non
Rom. 12.3. plus ſapere, quàm oportet ſa-
pere, ſed ſapere ad ſobrietatẽ.
Illis deinde, quæ Petro Domi-
nus dixit: Quid ad te? Nonnul-
Ioann. 21. la enim fuit curioſitas à Chri-
22. ſto in illo reprehenſa, inquit
Cyrillus, occulta ſcilicet futura
ſciendi, quæ Deus ſuæ ſcientiæ
reſeruari voluit. Duriuſculè itẽ
reprehendit Dominus Apoſto-
Ioan. c. 66. los, de regno Iſraelitico curio-
2 Theſ.3. ſiùs ſciſcitantes, hac ſententiâ.
11. Non eſt veſtrum noſſe tempo-
Eccl. 3. ra vel momenta, quæ Pater
1 Tim 5. poſuit in ſua poteſtate. Quid
11. hîc agent, qui futurorum pro-
gnoſtica vaniſſimè profiten-
tur? qui imperitæ multitudini
mendacia cariſſimè venditant?

Quo

Quo tempore ſit tibi occumbendum? quo mortis genere, &c. His item: Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Illis rurſus, quibus Apoſtolus quoſdam Theſſalonicenſes inquietè ambulantes, & nihil operantes, ſed curioſè agentes reprehendit. Adoleſcentiores etiam viduas, ob eandem cauſſam, iubet eſſe deuitandas, vagas videlicet, otioſas & curioſas, q̃ diſcunt domos circuire, & vagabundè diſcurrere, & ſe oſtendere ac vendere. Iuuerit etiam cõſiderare infelices curioſorũ exitus. Bethſamitæ curioſiũs arcã Dei adſpiciẽtes occidione occiſi sũt. Dina filia Iacob mulieres alienigẽas videre volens, virginitatem amiſit.

Eccl. 3. 22.
2. Theſſ. 3. 7.
1. Tim. 1 5.
1. Reg. 5. 19
Gen. 30. 31 & 34. 2.

eum multo denique labore, inter aſpera veprium ſemianimē, & alterum planè Hyppolytum reperêre. Quem cùm ita cruētum S. Pontifici lachrymabundi obtuliſſent, curatus ab eo, parentibuſque reſtitutus eſt. Remedii loco & illud eſſe poteſt, quòd homo contumelioſus ſe lędat, claudens ſibi regnū cœlorum, barathrum autem inferni aperiens. Vipera ſcilicet eſt contumelia, quæ vt prodeat, ipſius matris viſcera perrumpit; & cùm exierit, ſuo veneno inficit, interficitque omnes ad ſe accedentes. Gladius item biceps aut triceps, D. Bernardo auctore, qui vno ictu tres interimit animas, eam nempe quæ loquitur, & quæ ictum accipit impatienter, & quæ libenter ſimilia verba audit,

Serm. de cuſt. man. & ling.

dit, aut ex eis ſcandalum accipit; nam quemadmodũ amor amorem, ſic odium progignit odium. Idem Phariſæum ſic alloquitur: Cùm te cæteris anteponis, deles quæ feceras opera: ſi quid præclari egiſti, debebas dicere: Seruus inutilis ſum, quę debueram, feci. Ac cùm contemptus omnis ferè ex ſuperbiæ tumore oriatur, aduerſarium & hoſtẽ facit ſibi Deum, qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam. Id quod contumelioſus antidoti loco accipiet, vt & illud S. Ephrem: Beatiſſimus ac feliciſſimus, qui maledictis & contumeliis linguam ſuam non maculat. Claudat hunc locum S. Auguſtinus: Crimen falſum, quod eſt calũnia, reum non facit hominem, niſi apud iudicem hominem.

Ser. 3. in Cant.

Tom. 1. de Vir. & Vit.

In Pſ. 118.

Vbi

Vbi autem Deus iudex eſt, nullus falſo crimine læditur, quia non cui obiicitur, ſed ei qui obiicit imputatur. Ei adiungo Palladium: Deum ad iram prouocatis, qui calumniatur; qui autem per calumniam accuſatur, idque fert pio & æquo animo, expectans Dei iudiciũ, is, quo ad eius fieri poteſt, laudatur, & in honore habetur, & æternam gloriam conſequitur. Qui verò reſponderit maledico, inquit D. Ambroſius, ſuperiorem ſe arbitrabitur, quia parem inuenit. Et qui citò mouetur iniuriâ, facit ſe dignum videri contumeliâ, dum vult indign⁹ videri: Ergo S. Auguſtinum ſequere ita monentem: Paſſus es malũ? Ignoſce, ne duo mali ſitis. Xenophon cuidam maledico: Tu didi-

In hiſt Lauſiaca. cap. 141.

1. Offic. c. 5.

In Pſal 54.

didiciſti maledicere, ego maledicta contemnere. Cum Dauide igitur tace; cum Iobo ride; cum Chriſto gaude, cum Paulo benedicito.

CAPVT XIIII.

Mala Curioſitatis.

CVrioſitas virtuti ſtudioſitatis, per exceſſum oppoſita, conſiſtit in immoderata indagatione & inueſtigatione eorum, quæ ſcire non expedit, aut quomodo non expedit. Prior complectitur curioſitatem eam inprimis, quâ quis illicitè inquirit ea, quæ ſunt ſupra humanam facultatem; vt myſterium Sacroſanctæ Trinitatis, Incarnationis Chriſti, SS. Euchariſtiæ, Prædeſtinationis &c. Poſuit enim Deus tenebras latibulũ ſuum, in circuitu Iob. 22. 13.

raber-

tabernaculum, & tenebroſam
Iob.38.22. aquā in nubibus, ait Iob. Eam
deinde, quâ quis immoderatè
nititur penetrare rerum naturalium abdita, theſauros videlicet niuium ingredi, & theſauros grandinis aſpicere. Crudeli curioſitate motus Nero, ſcire voluit, quomodo in vtero matris iacuiſſet, vnde & ad eum finem matrem occidi, & aperiri voluit. Miracula item, variaſque viſiones, res inſuper magicas, eiſque affines, vt Alchimiam, magiam naturalem, &c. Aliorum inſuper vitam, mores, ſecreta, & retruſa vitia & imperfectiones. Stulta tandem, noua, nugatoria, &c. quæ nam videlicet ſit patria Homeri; quæ Æneæ mater, & alia dediſcenda. Poſterior curioſitas illicitos inſolitoſque

ſciendi

ſciendi modos continet, operâ nimirum Dæmonum, quibus ſe pacto, vel explicitè, vel implicitè addicunt; Certis item precibus, rebuſque aliis ad hoc à Deo, vel Eccleſia non inſtitutis, notoriis artibus, &c. In modis prætereà illicitis numeratur ordo indebitus, qui in eo conſiſtit, vt id priùs non cognoſcatur, quod magis ad ſalutem facit. In officio deinde, cùm quis ei rei ſtudet, quâ impeditur, quominùs illi ſatisfaciat, vt ſi Epiſcopus, Sacerdos, Religioſus dimiſſis Euangeliis & Prophetis, totum ſe tradat Grammaticæ, Poëſi, amatoriis verſibus &c. vt docet D. Hieron. &c. In fine tandem, cùm quis ſtudia ſua nullo modo ad Deum refert, iuxta Auguſtinũ & Bernardũ. Scitè Richardus

Ep. ad Damaſc.
De vera rel. cap. 19.
Serm. 2. in Cant.
In quodam Serm.

In quodam Serm. Victorinus: O quanti verita-
tem quærunt non in veritate,
ſed in vanitate? Quæſitam
inueniunt, non ad veritatem,
ſed ad vanitatem, & quod mi-
ſerimum eſt, in verbis vitæ,
lucra mortis negotiantur. Por-
rò vitio huic curioſitatis genus
ferè humanũ vniuerſum, ſub-
iectum eſt, deſideratque adeò,
& quidem cupidiſſimè ea vt
cognoſcat, quæ ad ſe nihil per-
tinent. Id ex ſexcentis, vel
hæc paucula exempla demon-
Gen. 34. ſtrant. Dina filia Lyræ egreſſa
eſt, vt videret mulieres regio-
nis illius; viſa ſimiliter illa eſt,
2. Reg. 23. rapta & oppreſſa. Dauid re-
cenſet populum ex curioſi-
tate. Diſcipuli interrogarunt
Chriſtum quando eſſet reſti-
tuturus regnum Iſrael. Athe-
Act. 17. nieſes ad nihil aliud vacabant,
niſi

niſi aut dicere, aut videre, aut audire aliquid noui. Apollonius Thianeus nouendecim peragrauit perluſtrauitque Prouincias diuerſas, fabuloſam vt menſam Solis videret. Alexander M. incredibili ſumptu Nili originem quæſiuit; ſed fruſtra. Democritus, vt rectiùs & faciliùs ſcientias conquireret, oculos ſibi eruit. Plato ſcientiæ amore, volumina tria, decem millibus aureis emit. Ariſtoteles, quia cauſſam fluxus & refluxus maris explorare nequiuit, aquis ſe, vt dicitur, præfocauit: In tenui labore tenuis gloria. Cupidè Athenienſes omnes, & aduenæ, & hoſpites ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut videre, aut audire aliquid noui. Vitioſa verò eſt curioſitas, vtpote

Mazar. in Pſa. 50. Conc. 33.

Act. 17. 21.

Digitized by Google

quæ rationabili cauſſa nulla nitatur. Vitioſa autem & pernitioſa quoque; malorum enim plurimorum cauſſa exiſtit; inquietudinem animi ingenerat, mentis tranquillitatem euertit, ſerenitatem turbat; in aliis interdum laudanda damnat, benè facta reprehendit, tecta prodit & ſecreta. Curioſitate ſubinde in elephantem culices abeunt, in gigantes exurgunt pygmæi. Non plurimorum autem tantùm, ſed & omnium ferè malorum cauſſa exiſtit. Primum certè parentum peccatũ, vel peremptorum potiùs nostrorum, à curioſitate exordiũ habuit; poſtquam enim ſerpens mulieri dixit: Eritis ſicut
Gen. 3. 5. Dii ſcientes bonum & malum, curioſitate illâ ſciẽtiæ impulsâ, virum induxit ad comedendũ fru-

fructum vetitum. Quod ſuo modo adumbrantes Poetæ, finxeruntPandoram fœminam fuiſſe formoſiſſimam , cui omnes Dii munera dederant. Hanc, inquit Heſiodus, Iupiter in terram miſit cum pyxide clauſâ adEpimetheum, qui curioſitate illius , eam recepit & aperuit , vnde ſtatim omne malorum genus , quod ei inerat, in terram euolauit. Quo commento [illegible] ſitatem omnis mali eſſe veluti fontem, & primam originem.

CAPVT XIV.

Remedia Curioſitatis.

PRoderit frequenter meditari ea, quæ de Curioſitate generatim ſumpta, ſequentibus Scripturæ S. locis continentur. In ſuperuacuis rebus *Eccl. 3. 24.*

Quo tempore ſit tibi occumbendum? quo mortis genere, &c. His item: Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Illis rurſus, quibus Apoſtolus quoſdam Theſſalonicenſes inquietè ambulantes, & nihil operantes, ſed curioſè agentes reprehendit. Adoleſcentiores etiam viduas, ob eandem cauſſam, iubet eſſe deuitandas, vagas videlicet, otioſas & curioſas, q̃ diſcunt domos circuire, & vagabundè diſcurrere, & ſe oſtendere ac vendere. Iuuerit etiam cōſiderare infelices curioſorũ exitus. Bethſamitæ curioſiùs arcã Dei adſpiciẽtes occidione occiſi sũt. Dina filia Iacob mulieres alienigẽas videre volens, virginitatem amiſit.

Eccl. 3. 22. *2. Theſ. 3. 7.* *1. Tim: 15.* *1. Reg. 5. 19* *Gen. 30. 31 & 34. 2.*

Digitized by Google

ſus amore caſtitatis , quam ſemper fecerat maximi , diuinam illi vindictam imminere prædixit. Nec aliter euenit; Anconæ enim non multò poſt publico & infami ſupplicio affectus fuit. Euclides olim rogatus à quodam, quâ re potiſſimum Dii gauderent: Cætera quidem ignoro, ait, at curioſos illis odio eſſe, certò ſcio. Lædit & curioſus ſe, & proximũ. Se quidem; mentis enim ſuæ tranquillitatem euertit, eamq; continuâ iactatione concutit. Proximum hoc ipſo, quo ingentium turbarum cauſſa exiſtit. Vnde & Scorpiacæ caudæ comparatur, vipereiſque dentibus. Ad remedia curioſitatis in ſpecie tranſeamus. De ea, quâ quis cognoſcere vult, quæ humanæ intelligentiæ captum *Ep. ad Demoph.* *In apol. 1.*

ſuperant, illud eſt primùm, nefas olim fuiſſe in Eccleſia, curioſis ſacra myſteria detegere, vt Dionyſius docet, & Iuſtinus martyr. Hoc deinde: Sicut qui mel multum comedit, nõ eſt ei bonum; ſic qui ſcrutator eſt Maieſtatis (diuinæ) opprimetur à gloria. Et hoc: Altiora te ne quæſieris, ſed quæ præcepit tibi Deus illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus; non enim eſt tibi neceſſarium ea, quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis: In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter. Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi; multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum & in vanitate detinuit ſenſus illorum. Myſteria fidei & ſalutis, ait Delrius noſter,

Ep. ad Demoph. *In Apol. 1.* *Pron 25 27.* *Ecol 3. 22.* *Lib 6. Diſſ. Mag. c 7.*

noſter, fide nobis credenda ſunt, & à Deo reuelata fuerunt Eccleſiæ ſuæ. Alia occulta quędam Deus nulli reuelat, ſed ſibi reſeruat, vt ſecreta cordium, futura merè contingentia, &c. Et hæc citra reuelationem ſciri arte, vel ſcientiâ vllâ nequeunt: Et hæc conari ſcire eſt vanum & inane, & artes ad hoc nitentes ſunt ſuperſtitioſæ. *Niſi credideritis, non intelligetis*, ait Eſaias. Et Auguſtinus: *In rebus miris credendi ratio eſt omnipotentia creatoris.* D. Chryſoſtomus affirmat curioſè quærentes quid ſit ipſa Dei ſubſtantia, ad poſtremum inſaniæ redactos. Apoſtoli curioſè Chriſtum percunctantes: an tempore ſuo reſtituturus eſſet regnum Iſrael? hoc reſponſum acceperunt:

Eſ. 7. iux. Sept

De Ciuit. Dei. Hom.

1 de incompreſ nat. Dei.

Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Monet rectè D. Auguſtinus obtemperãdum eſſe Apoſtolo dicenti: Nõ plus ſapere quàm oportet, ſed ſapere ad ſobrietatem. Si enim, inquit, pro viribus ſuis alatur infans, fiet vt creſcendo plus capiat; ſi autem viros ſuæ capacitatis excedat, deficiet antequam creſcat. Theodectes Phaſelites Tragædus nimiùm in arcana Theologiæ temerarius, cùm in quadam Tragœdia, nonnulla ſacra Hebræorũ prodere voluiſſet, repente luminibus captus, dignas temeritatis ſuæ pœnas dependit. Quærenti quid faciebat Deus antequam faceret cœlum & terram? reſpondit alter: alta ſcrutantibus gehennas parabat.

Lib. 12. Ciu ca. 15.
Rom 12. 3.
Ioſeph. 12. Antiq.
Auguſt. 11. Confeſſ.

ſbat. Cùm Pompeio, præter ius agenti, fuiſſent omnia proſpera; cauſſam Reipublicæ tuenti, nihil ſuccederet, dixit Cato: In rebus diuinis multum eſſe caliginis. Cuidam ſancto viro, iudicia Dei admiranti, eaque nimiùm ſcrutanti dictum eſt: De te ipſo cogita, nec te rebus Dei immiſceas, Deus ſatis ſapiens eſt ad regendum mundum. Salutaris eſt admonitio ſapientis: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. Vis habere vtilem occupationem? Addit Sapiens: quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper. Veniat eiuſmodi curioſo in mentem commentum illud de Dædalo & Icaro, quorum: *Plutar. in Caton.* *Eccl. 3. 22.*

Dum petit infirmis nimiùm ſublimia pennis
Icarus, Icariis nomina fecit aquis. *Ouid. l. 1. Triſt.*

Soli namq; appropinquanti, & curioſiùs eum cominus intuẽti, cærea alarũ vincula ſoluuntur, & qui ea deferebat, eorundem deſtituebatur remigio. Similiter animo illius ſubeat irritus ille Gigantum conatus, cœlo Iouem pellere, montibus ſibi mutuò ſuper impoſitis cõtendentium, quos ille miſſo fulmine deleuit,

Et excuſsit ſubiectum Pelion Oſſa.

Qui penetrare conantur abdita rerum naturalium, audiant illud. Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. *Lib. de vera relig. c. 29.* Et hoc D. Auguſtini: In cõſideratione creaturarum non eſt vana & peritura curioſitas exercenda, ſed gradus ad immortalia; & ſemper permanentia facien-

Digitized by Google

faciendus. Et hoc S. Chryſoſtomi: Multa in rerum natura ſunt facta, quorum ratio nulla reddi poteſt. Rectiùs etiam ignorantiam rerum quarundam, quàm ſcientiam, nobis adſcribim⁹, vt ſi dicamus nos neſcire, quot cyathos aquæ contineat Oceanus, quot littus arenas. Deus apes, formicas, & alia animalcula admirabilia, ea, quæ videntur naturam eorum ſuperare, operari voluit, quæ tamen ab homine intelligi noluit, vt vel ſic diſceret, non eſſe curioſus. Cùm quidam exquireret: an mundus eſſet animatus; & rurſus an globoſus? Vos, ait Demonax, de mundo ſoliciti eſtis, at veſtram ipſorũ immunditiem non curatis. Conſiderationis tui ſancta eſt *Hom. 19. in Ep. ad Epheſ.*

curio-

Digitized by Google

In eius vita. curioſitas. S. Dorotheus: Tuam ipſius rem agito: Tecum habita. Memores ſint eiuſmodi curioſi illius: Porrò vnum eſt neceſſarium, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Non quærant, vt coruus ille terrena, ſed ſicut columba arcam honoris Dei. E cœlo deſcendit: Noſce teipſum:

Iuuen. Sat. 11. *Figendum, & memori tractandum pectore.*

Rectè Auguſtinus: Multò facilius inuenit ſiderum conditorem humilis pietas, quàm ſiderum ordinem ſuperba curioſitas. Thales Philoſophus, *Plato in Thaed.* dum aſtris nimiùm intendit, in cloacam cœno oppletam collo tenus incidit, & auxilium Traceæ ſeruæ inclamanti, hoc ab ea reſponſum accepit: Meritò tibi illud euenit, qui, cùm iuxta

pedes

Digitized by Google

pedes poſita ignores, ſiderib⁹, quæ in cœlo ſunt, contemplãdis animum adiicis. Qui ſignorum miraculorumque videndorum curioſitate prætereа tenentur, cum Scribis & Phariſæis audire merentur: Generatio mala & adultera ſignum quærit & non dabitur ei, &c. Et cum Herode curioſo reſpõſum nullum auferre. Qui res magicas inſuper cognoſcere auent, cogitent magos, quicquid faciunt, operâ Dæmonum facere, quos B. Pater Auguſtinus vocat ſpiritus nocendi cupidiſſimos, à iuſtitia penitus alienos, ſuperbiâ tumidos, inuidentiâ liuidos, fallaciâ callidos. Paulus verò dicit: Nolo vos ſocios fieri dæmoniorum. Et: Quæ conuentio Chriſti & Belial? Exitus infælices horum

Mat. 12. 39.

Luc. 23 8.

Lib. 8. de Ciu. c. 22.

1. Cor. 10. 20.

2. Cor. 6. 15.

ad

ad remedium quoque notandi ſunt. Cornelius Agrippa, vt ſcribit Delrius noſter, commenſalem habebat nimis curioſum; Semel profectus aliquô Agrippa, vxori, quam poſtea repudiauit, claues muſæi tradidit; adhibitâ prohibitione, ne quem ingredi ſineret. Inconſultus iſte adoleſcens, opportunè, importunè nõ deſtitit mulierculã deprecari, ſibi ingrediendi copiã vt faceret, donec impetrauit. Muſæum ingreſſus incidit in libellum cõiurationum, legit: en illi pulſatio ad ianuam: turbatur, ſed pergit legere. Pulſat iterum neſcio quis, & nihil reſpondente rudi horum iuuene, dæmon ingreditur; quærit, cur vocatus? quid fieri iubeat? iſti metus vocem intercludit, fauces Dæmon: Sic miſer luit

Tom. 1. Diſq. Mag. l. 2. q. 29.

pœnam

pœnam nefariæ curioſitatis. Redit interea domum archimagus, videt exultantes ſuper eum Dæmones, vtitur ſolitis artibus; adſunt vocati, narrant rem, vt geſta. Ille homicidæ iubet cadauer ingredi, & per forum (vbi cæteri ſolebant ſtudioſi frequentiùs cõuenire) aliquoties deambulare, tandẽ corpus deſerere: ambulauit terquaterue, tum corpus concidit diffugiẽte eo qui regebat. Creditum diu hunc ſubitâ correptũ morte concidiſſe; ſed indicia ſuffocationis initiò rẽ ſuſpectã fecêre; poſtea tẽp' diuulgauit, & Agrippa quas pectore occuluerat hæreſes, in Lotaringiâ ꝓfugus, cœpit euomere. Noui ſtudioſũ, ait idẽ Delrius, nomine Quirinum V. I. Baccalaureũ, qui membranulâ vaiis chara-

Lib. 2. Diſq. mag. 21.

caracteribus magicis inſignitã fretus, cùm audacter ſe iurgiis & pugnis immiſcuiſſet, ſæpe ictus nunquam ſaucius, tandẽ in Sympoſio minimo vulnere fuit interemptus. *To. 1. Diſq. mag. l. 2. q. 16.* Annis ab hinc quinquaginta, tres curioſitate ducti, ad locum quendã, extra Mendridiæ oppidum Commenſe ſitum, eo fine conceſſerunt, vt viderent verè ne & reipſa ac corporaliter ſagæ ad ludum ſuum venirent; verùm à Dæmone hirci formam referente, aliiſque præſentibus tam malè accepti fuerunt, vt intra quatuordecem dies vitã exuerint. Teſtis eſt idem eodemque loco Delrius. Qui deinde in aliorum vitam, mores, ſtudia, vitia, imperfectiones curioſè eunt, deſidioſi ſunt in ſe vitamque ſuam, ait Auguſtinus. *Lib. 10. Confeſſ.*

nus. De iiſdẽ ſic ſcribit B. Gregorius: Graue curioſitatis eſt vitium, quæ dum cuiuslibet mentem ad inueſtigandam vitam proximi catenus ducit, ſemper ei intima ſua abſcondit, vt aliena ſciens, ſe neſciens ſit, & curioſus animus, quantò peritus fuerit alieni meriti, tãtò fiat ignarus ſui. Huic conuenit illud Poetæ: *Lib. 10. Confeſſ Hom. 36. in Euang.*

Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo,
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo. *Perſ. Sat. 4.*

D. Petrus, cùm de ſe quid ſtatuiſſet Dominus, intellexiſſet, curioſè de Ioanne interrogat: Hic autem quid? reſponſum accepit: Quid ad te? tu me ſequere. Non conſideres, ait D. Hieronymus, quid alii mali faciant, ſed quod tu boni facere debeas. *Ioan. 21. 22. Ep. ad Ruſ.*

Serm. 40. in Cant. debeas. Et Bernardus: Caue alienæ conuerſationis eſſe aut curioſus explorator, aut temerarius iudex; etiamſi perperam actum quid deprehenderis, ne ſic quidem iudices proximum; magis autem excuſa: Excuſa intentionem, ſi opus non potes; puta ignorantiam, puta ſurreptionem, puta caſum, vehementem tentationem. Quid de me illa feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimilem poteſtatem? Et alibi: *De Grad. humil.* Audi curioſe Salomonem, audi ſtulte Sapientem: Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum, vt omnes videlicet ſenſus tui vigilent ad id, vnde vita procedit, cuſtodiendum. *Prou. 4. 23.* Quomodo enim à te curioſe recedis? cui te interim committis? vt quid audes oculos leuare ad cœlum,

Digitized by Google

cœlum, qui peccaſti in cœlum. Terram intuere vt cognoſcas teipſum: ipſa te tibi repræſentabit, quia terra es, & in terram ibis: Sin aliâs, non Prophetæ, non Domini, ſed Dinæ, aut Euæ; imò ipſius Satanæ imitatorem te dixerim. Et paulò ante: Dum enim anima à ſui circumſpectione torpeſcit incuriâ ſui, curioſam in alios facit. Quid vides, ait Dominus noſter, feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Quid papulas alienas obſeruas, obſitus plurimis vlceribus? ait Seneca: Hoc tale eſt, quale ſi quis pulcherrimi corporis verrucas derideat, quem fera ſcabies depaſcitur. In animo retine, quod Delphici templi fron-

Matt 7.3.

De vita beata c.27.

Serm. 40. in Cant. debeas. Et Bernardus: Caue alienæ conuerſationis eſſe aut curioſus explorator, aut temerarius iudex; etiamſi perperam actum quid deprehenderis, ne ſic quidem iudices proximum; magis autem excuſa: Excuſa intentionem, ſi opus non potes; puta ignorantiam, puta ſurreptionem, puta caſum, vehementem tentationem. Quid de me illa feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimilem poteſtatem? Et alibi: Audi curioſe

De Grad. humil. Salomonem, audi ſtulte Sapientem: Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum, vt omnes videlicet ſenſus tui vigilent ad id, vnde vita procedit, cuſtodiendum. Quomodo enim à te curioſe recedis? cui te interim committis? vt quid audes oculos leuare ad

Prou. 4. 23.

cœlum,

cœlum, qui peccaſti in cœ-
lum. Terram intuere vt co-
gnoſcas teipſum: ipſa te tibi
repræſentabit, quia terra es,
& in terram ibis: Sin aliàs,
non Prophetæ, non Domi-
ni, ſed Dinæ, aut Euæ; imò
ipſius Satanæ imitatorem te
dixerim. Et paulò ante:
Dum enim anima à ſui cir-
cumſpectione torpeſcit incu-
riâ ſui, curioſam in alios fa-
cit. Quid vides, ait Domi- *Matt 7.3.*
nus noſter, feſtucam in oculo
fratris tui, & trabem in oculo
tuo non vides? Quid papulas
alienas obſeruas, obſitus plu-
rimis vlceribus? ait Seneca:
Hoc tale eſt, quale ſi quis *De Vita bea-*
pulcherrimi corporis verru- *ta.c.27.*
cas derideat, quem fera ſca-
bies depaſcitur. In animo
retine, quod Delphici templi
fron-

frontiſpicium litteris aureis gerebat, epigramma breuiſſimum, ſed ſenſu fæcundiſſimū: Noſce teipſum. In te deſcende potiùs, & noris quàm ſit tibî curta ſupellex: Manticam tuā in tuis oculis habeto, in tergo proximi. Quid culicem in alio liquas, in te admittis elephantem, & grauiora legis negligis. Loripedem irrides, vtroque pede claudus. Vicini naſum atratū à perſpicillis irrides, tu in media natus Æthiopia. Quis conſtituit te iudicem? alienus ſeruus ſuo Domino ſtat aut cadit. Tecum viue, in te deſcende, tecum habita. Rectè Auguſtinus: Nouerim te, nouerim me. Intrò conuerte curioſitatem; ſi quidem delectaris malorum tractandâ hiſtoriâ; domi tibi copioſa eſt materia: quan-
tum

tum ad Alizona aquæ eſt, folia aut quot germinat Ilex, tantam multitudinem inuenies peccatorum in vitâ. Feneſtras, quibus, ait Plutarchus, in viciniam proſpicis, & diuerticula curioſitatis occlude; alia aperi, quæ in conclaue tuum ducant. Dic: Quomodo prætergreſſus, quid feci, quidue reliqui infectum, facto quod opus fuit? Zeno adoleſcentem, curioſiùs quid rogantem, adduxit ad ſpeculũ, vtque ſe contemplaretur admonuit, moxq; rogauit: an videretur tali vultui conuenire, quæſtiones eiuſmodi proponere? Sed id curant ſcilicet curioſi. Quem admoduum enim cucurbitulæ peſſimum è carne humorem educunt; ſic illi peſſimos ſermones ad ſe trahunt. Sicut quibuſdam in vrbibus De Curioſ.

ſunt portæ quædam nefaſtæ & triſtes, per quas educuntur, qui à carnifice necandi ſunt; ſordes ac piacula, nihil autem caſtum & ſacrum per eas intrat vel exit; ſic etiam curioſorum aures bonum nihil aut elegans, ſed tantùm de cædibus ſermones, & piaculares, & impuræ narrationes perſonant. Inuiſi ſunt atque exoſi; non medendi, ſed patefaciendi cauſsâ inquirunt; Sibi ſunt talpę curioſi, aliis lyncei; Lamiæ poeticæ ſimiles, quã aiunt oculos ſibi eripere, cùm domum ingreditur, eaſdem, cùm foras exit, repetere atque induere ſibi. Solon mandauit Athenienſibus, in eos vt illi grauiter animaduerterent, qui ſine præuio pulſu domum introiſſent. Cretenſium conſtituto, nemo peregrinum auſus

Plutar. de Curioſit.

fuit

ſuit interrogare vnde veniret, quid eſſet, quid peteret. Qui illud violabat virgis cædebatur, & reſpondenti ignis & aqua interdicebatur. Genouefa virgo Pariſienſis ab Epiphania ad cœnã vſq; Domini in cella recludebatur, vt & orando & meditando Deo expeditius incumberet. Ad cuius oſtiũ, cùm puella veniſſet, vt quidnam illa faceret per rimas exploraret, ê veſtigio lumen amiſit; ſed exacto quadrageſimali ieiunio, eiuſdem operâ lumen recepit. Sed cur homo in ſe non reflectit oculos? anima omnigenùm vitiorum plena, horrens & metuens ea quæ intus ſunt, exſilit foras, & vagatur circũ aliena, paſcens & ſaginans ſuam vitioſitatem. Qui in nugas tandem animum inten- *Ant. Bonf. Dec. 1. l. 5.*

Digitized by Google

dit, vt & ſtulta, nugigerulus eſt, & ſtultus; fontem enim ſic veritatis, vt Auguſtinus ait, amittit, & opinionum riuulos cõſectatur. De nugis ſuo loco plura. Contra curioſitatem in modo poſitam hoc erit amuletum, vt conſtituat quis apud animum ſuum, nulli rei dare operam, quàm quæ ſtatui vel officio congruat, & ad maiorem Dei gloriam proximiq; ſalutem tendat, iuxta illud Apoſtoli: Vnus quiſque in quâ vocatione vocatus eſt, in eâ permaneat. Et: Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et: Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus.

De vera relig.

1. Cor. 7. 20.

1. Cor. 10. 31.

2. Timi. 2. 4.

CAP. XV.

CAPVT XV.

Mala Deriſionis.

DEriſio vitium eſt, quo malum, vel defectus alicuius, eo fine in ludum & riſum profertur, in ruborem vt ille detur, confundatur, floccique pendatur. Cham olim patrem ſuum, turpiter nudum, fratribus deridendum expoſuit; quemadmodum & Hanon, legatos Dauidis, cùm dimidiam partem barbæ illorũ raſit, & præſcidit veſtes eorum medias vſque ad nates, & dimiſit eos. Viri Socoth & Phanuel deriſerūt Gedeonem, Zebee & Salmana perſequentem. Michol Regem Dauidem coram Arcâ ſaltantẽ. Tobiam parentes & cognati. Iobum etiam maritum, vxor ludibrio habuit, hæc in eum verba ſalsè

Gen. 9. 22. *2. Reg. 10. 4.* *Iud. 8. 6.* *2. Reg. 6. 16.* *Tob. 2. 22.* *Iob. 2. 9.*

Digitized by Google

Iob. 2. 9. iaciendo : Adhuc tu permanes
in ſimplicitate tua , benedic
Deo , & morere. Vnguis
omnino in vlcere , à coniu-
ge non modò nihil ſolatii ac-
cipere , ſed contemni inſuper
& derideri : Inſipientia item
non modica , cadentibus,
tanquam ſi ruere non poſ-
ſis , inſultare. Sed irriſioni
huic tam impiæ id repoſuit
V. 10. Iobus : Si bona ſuſcepimus
de manu Dei , mala quare
non ſuſtineamus ? De eo-
dem etiam illud additur:
In omnibus his non pecca-
uit Iob labiis ſuis. Cùm Iu-
dæi reædificantes Hieroſoly-
mam, à Nabuchodonoſore di-
rutam, his aculeis deluderen-
tur : Si aſcenderint vulpes,
tranſilient murum eorum
lapideum : Non ceſſerunt
verò

Digitized by Google

verò illi propterea laborare; & ex illis Neemias dixit, Audi Deus Iſrael quia facti ſumus deſpectio, conuertere opprobrium noſtrum, ſuper caput ipſorum, non deleatur iniquitas à facie tua, quia irriſerunt ædificantes. Quare & opus conſummarunt in confuſionem deridentium. Amici Iehu, diſcipulum Eliſæi irriſerunt ceu inſanum. Quid venit, inquiunt, inſanus iſte ad te? Idem accidit & Prophetis, qui ſpiritu Dei agebantur; eos enim ineptum vulgus inſanire putabat, putabat? inſanos appellabat. Milites etiã Chriſtum Dominũ irriſerunt; & verò videntes omnes eum deriſerunt, locuti ſunt labiis, & mouerunt caput, Eius etiam crux gentibus eſt

2. Eſdr. 4. *4. Reg. 9. 11.* *Pſ. 21. 8.*

1.Cor.1.23. ſtultitia, Iudæis autem ſcandalum, ait D. Paulus. Cùm audiſſent Athenienſes reſurrectionem mortuorum, quam annunciabat Paulus, quidam irridebant, &c. Scribit etiam de ſe & ſuis hunc in modum: Facti ſumus omnium peripſema, atque ſpectaculum mundo, Angelis & hominibus. Iulianus Apoſtata religionem Catholicam irriſit, ludibrioq; habuit; & verò eius quoque auctorem Chriſtum; Interrogauit enim aliquando: Quid ageret Faber? reſpònſum eſt: Iuliano loculũ fabricat. Irridentur & hac ætate, & dentium quidem oſtenſione, naſi corrugatione, linguæ protenſione &c. iuſti & ſimplices, vt hæc Sapientis verba indicant: Ambulans recto itinere, & timens Deum deſpicitur.

Act. 17. 2. Cor. 4. 13.

Niceph. l. 10. c. 25.

Prou. 14. 2.

citur. Et hæc S. Iobi: Deridetur iuſti ſimplicitas, hoc eſt, vt D. Chryſoſtomus ait, innocentia, quæ neminem lædit, læditur tamen ab aliis. A quibus? ab illis, qui corporis illecebris deliniti ſunt. A quibus? ab iis, qui infami gradiuntur viâ. A quibus? A Luciani ſociis. Sed animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus: pro riſu lachrymas aliquando dabit. Verùm illi irriſionem derident. Cùm S. Franciſcus à pueris luto & lapidibus petitus fuit, in glorioſo cœpto perſtitit. Quid quod irrideri cupiant Sancti Dei? B. Parens noſter dicere ſolebat, ſe, ſi quid ad animarum ſalutem pertineret, paratiſſimũ eſſe nudis pedibus, cornibuſq; onuſtum per plateas incedere, nullum denique recuſare habi- *Iob. 12, 4.* *1. Cor. 2. 14.* *Ribadin. in Vita.*

tum, aut ridiculũ, aut probroſum veſtimenti genus, ꝗ eſſe vtile hominibus poſſet: Quod reipſa comprobauit, ſi quando
Rom. 9. 3. ſe occaſio obtulit. Apoſtolus anathema eſſe voluit à Deo, deſiderio fraternæ ſalutis incenſus; Chriſtus conſpui, ludificari &c. voluit, nos vt redimeret.
In vita. Simeon Salus voluit stultus haberi. Placuit etiam Deo, per ſtultitiam prædicationis, ſaluos facere credentes. Iuſſit Deus Eſaiam ambulare nudum, Hieremiam cingulo lumbos cinctũ. Inſultant & hæretici in Religioſos, dum eorũ vota Diaboli retia appellitant, in naſſam ipsã iniquitatum proiecti. Qui Catholici nomine gloriãtur, naſo quoq; adunco ſuſpendunt eos, qui virtutibus ſtudent. Nondũ fœlix es, ait Seneca, ſi non te

turba

scurba deriſerit: Si beatus eſſe vis, cogita hoc primùm, contẽnere, & ab aliis contemni. Epictetus: Si quid proficerę vis, ne recuſa, quò minus, ob res externas, fatuus & amens habearis. Mala porrò eſt irriſio, à multis enim bonis auocat. Riſus imõdicus & mordax in iram, ira in rixam, rixa in furorem, & furor ſæpe in cœdem vertitur.

Capvt XVI.

Deriſionis remedia.

EX Sacrarum inprimis litterarum accurata commentatione petenda ſunt, harum ſcilicet. Parata ſunt deriſorib⁹ judicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus. Abominatio eſt Domino omnis illuſor. Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiã. Væ qui *Prouer. 19. 29.* *Prou. 3. 32. & 34.* *Eſ. 33. 1.*

ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? cùm conſummaueris deprædationem, deprædaberis; cùm fatigatus deſieris contemnere contemneris. Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodient eum corui de torrente, & comedent eum filii Aquilæ. Non irrideas hominem in amaritudine animę ſuę. Et: Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum, &c. Iuſti tamen honeſtè, & cum virtute, peccatorum retributionem vident, hoc eſt, lætantur, cùm viderint vindictam. Intentâ deinde cõſideratione ſuppliciorum grauium, quę de deriſioribus Deus ſumpſit, curari poteſt deriſio: In genere illud de deriſoribus in inferno habetur; Hi ſunt, quos

Prou. 30. 17.

Eccl. 7. 12.

Prou. 24. 17.

Sap. 5. 3.

quos habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperii; nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finẽ illorum ſine honore, ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt. In ſpecie hæc ſunt: Cham, Noe patrem riſui fratribus exponens, maledicitur his verbis: Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis, & additur: Benedict⁹ Dominus Sem, ſit Chanaan ſeruus eius: Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, ſitque Chanaam ſeruus eius. Viri Socoth & Phanuel deriſerunt Gedeonem, Zebee & Salmana perſequentem; ſed in malum ſuum; malè enim illos poſtea, victoriâ obtentâ, tractati ab eo ſunt; interfecit

Gen. 9. 25.

Iud. 8, 6.

enim illos poſtea. Irriſit Nabal verba nunciorum Dauid? Quis
1. Reg. 25. 10. eſt Dauid? Et quis eſt filius Iſai? Hodie increuerunt ſerui, qui fugiunt Dominos ſuos: tollam ego panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonſoribus meis, & dabo viris, quos neſcio vnde ſint? Sed emortuum eſt, in pœnam, cor eius intrinſecus, vt Scriptura loquitur, & fact⁹ eſt quaſi lapis, & tandē à Domino percuſſus
2. Reg. 6. 16. eſt, & mortuus. Michol filia Saulis proſpiciens per feneſtrā, vidit Regem Dauid ſubſilientem, atq; ſaltantem coram Domino, & deſpexit eum in corde ſuo, dixitq; illi: Quàm glorioſus fuit hodie Rex Iſrael, diſco-
Iud. 16. operiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorū, & nudatus eſt quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris. Sed attu-

attulit illi hæc deriſio ſterilitatẽ. Philiſtæi Sambſonem ludibrio habuerunt, ſed ſuo malo. Eliſæus Propheta, cùm aſcenderet per viam, pueri parui (verba ſunt Scripturæ) egreſſi ſunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes: Aſcende calue, aſcende calue. Qui cùm reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini, egreſſique ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Chriſtum Dominum viliſſimè tractauerunt Iudæi, infraque Barrabam & latrones, tanquam nouiſſimum virorum eum protriuerunt, riſuque & ſannis exceperunt, ipſo etiam corporis ludicro geſtu, ludibrio habuerunt; ſed in malũ ſuum; gratis enim eum odio habuerunt, qui in cœlis etiã habi-

Iud. 16.23.

4 Reg. 2. 23.

Mat. 27. 21.

Digitized by Google

habitat, deridet iam eos, & ſubſannat eos; Noſtra videamus. Irriſores peregrinantium ad S.Fiacrium, cœci, vltione diuinâ facti ſunt. Cùm duo Geneuâ Lauſannam irent, grauis in itinere coorta eſt tempeſtas. Eorum vnus, antiquiſſimo Chriſtianorum ritu, crucis ſigno ſe muniuit, ilocaliter alter illum, muſcas ne à naſo abigeret, interrogauit. Quo dicto ille, altero illiſo, fulmine confeſtim percuſſus periit miſerrimè. In Brabantia, nouorum dogmatum preco, in Eccleſia Parœciali D. Petri, pro concione inter cætera eleuationem SS. Euchariſtæ miris cachinnis exagitabat, aliaſque Eccleſiæ Catholicæ cæremonias effreni verborum petulātiâ proſcindebat & ecce tibi, in ipſo

Surius.

Lib. 7. c. vltimo.

ipſo ſuggeſtu, interq; ipſa pro-ſanæ ſermocinationis ludibria diuinitus morbo corripitur, animamque non multò poſt exhalat, & clam à ſuis ſepelitur. Author eſt idem. Anno 1602. in Bacchanalibus, 22. Februarii in Holandia, in ciuitate Edan, triginta milites, qui breui venerant Oſtendâ, impiè irriſerunt cæremonias Eccleſiæ Catholicæ; induſia enim ſuper cætera veſtimenta induerunt, vt irriderent veſtimenta Clericorum. Vnus ipſorum induit Caſulam, & locum editiorem conſcendit, in manu formam ciborii, ac figuram SS. Sacramenti geſtauit, alius vrnam aquæ cum ſcopis portauit, hinc omnes ſaltantes & cantilantes, frequenterque repetentes: Dominus nobiſcum, intrarunt tem-

Hæc Tragœd. Bruxellis eſt impreſſa apud Rotger. Velpinum.

templum. Caſulâ amictus cæteros præceſſit. Demum vnum ex ipſis veſte ſacerdotali ornarunt, alligatum arbori, bombardis papyro oueratis petierunt, quaſi mortuum ſepelierunt, ex ſepulchro iterum extractum in templum duxerunt: Vbi Conſules ipſis quatuor cupas cereuiſiæ, loco honorarii dederunt, quas in templo cum Conſulibus euacuarunt. Poſtridie vnum ipſorum, inſtar Epiſcopi veſtierunt, mitrâ exornarunt, conſpicilium naſo eius impoſuerunt, & magnum cereum ei in manus dederunt, ridentes ipſum, quaſi nihil videret, nihilque intelligeret; ad quæ ipſe reſpondit, quorſum mihi cereus & conſpicilium, cùm videre nolim. Taceo multa alia, quibus religio-

ligionem Catholicam populo ridendam propinarunt. Cùm eaſdem nequitias ipſo die S. Matthiæ (24. Februarii) Dominica prima Quadrageſimæ repetere conarentur , mane poſt quartam , fulmen incidit in prædictum templum , & ſimul Cacodæmon in forma ſerpentis, habentis caudam inſtar cometę, quâ in orbem complectebatur vniuerſam turrim tẽpli, euomebat ex faucibus magnos globos flammarũ, quibus incenſæ ſunt quatuor domus tẽplo vicinæ, identidem etiam vociferabatur: Dominus vobiſcum, & prædicta ludibria blaſphemorũ militũ repetebat; turris tota incendio conflagrauit cũ tẽplo, & ſexaginta ædib⁹ vicinis; vnica domus manſit illæſa , illa nimirum, quam olim in-

inhabitauit. Paſtor eiuſdem Eccleſiæ, & iam inhabitant eiuſdem cognati, pii catholici. Niſi ciues Hornenſes & Munikendamenſes Edanenſibus ſuccurriſſent, tota ciuitas cum incolis periiſſet. Quantam vindictam irrogatam eſſe huius tragœdiæ auctoribus exiſtimabimus? Saluianus Maſſilienſis refert Deum, ob deriſionem tonſuræ monaſticæ, Vandalis Aſiam, per centum annorum ſpatium dediſſe deuaſtandam. Saracenus quidam deridens S. Sabam eiuſque ſocium à terrâ abſorptus fuit. Anno 1609. Matrona quędam Carolicenſis nobilis, ſed Caluiniana, vnâ cum ancillis ſuis Catholicis in aula ſuæ arcis erat, & ecce fulmem ex ſumma arce in aulam traiectis tabulatis irruit. Ancil-

Lib. 8. de vero iud. & prouid. Dei. Gaulter. 17. Seculo Tom. 3. menſe Iul. in vita S. Caril.

Ancillæ ſe ſigno Crucis muniunt, deridentemque Dominam, vt idem faciat admonent. Quâ monitum contemnente, fulmen denuò irruit, ſolamq; illam protinus interimit. Ritum Eccleſiæ Catholicæ abſtinendi à carnibus, feriis ſextis, irridens quidam, diuinitus ſic punitur: Bolum carnis arripit, impuriſſimas fauces pandit, illumque ſumit; Verùm in ore aperto & hianti hæſit, nullâq; vi maxillæ, quas Deus diſiunxerat, coniungi potuerunt. Surius refert mulierem quandam Gundam nomine, quam clandeſtinus ſupplantator illexerat, Spiritui ſancto voluiſſe illudere, virili præſumptâ veſte, in B. Carilephi monaſterium ingredi conatam eſſe, vt probaret verum ne eſſet illius vaticinium

Tom. 2. Cat. hiſt.

To 3. menſis Iulii.

nium, quo prædixerat ſexui fœmineo nunquam datum iri copiam in illud intrandi; ſed iuſto Dei iudicio, priuſquam vel aſpiceret cœnobii clauſos aditus, arreptam à Diabolo retrorſum ruiſſe, adeoque fœdè ab illo vexatam fuiſſe, vt dicere pudor ſit.

CAPVT XVII.

Mala Detractionis.

DEtractio crimen eſt, quo bona alicuius fama & exiſtimatio, quam habet, verbis apud alios, nocendi intentione, occultè, vel omnino tollitur; quod fit, dum audiens credit narranti alterius peccatum, aut neganti eius bonum; vel iminuitur, quod fit, quando audiens incipit vacillare in bona opinione, quam de

pro-

Digitized by Google

proximo habere ſolet. Idque vel directè, cùm verè quis habet talem intentionem nocendi; vel indirectè, cùm quis licet talem intentionem expreſsè non habeat, incautè tamen, ſine rationabili cauſſà aliquid dicit, quo fama bona apud alios læditur. Detractorum porrò duo adhuc alia ſunt genera; quidam enim liberè, ſine vlla verborum circuitione alicui detrahunt; alii tectè aliquo modo, & cum ambagibus alicuius famam lædunt, vel concreto vultu, ſuſpenſoq; ſupercilio; vel ſimulatione amicitiæ, vel fuco verecundiæ, vel per modum crocodili lachrymantis, conceptam malitiam, quam retinere non poſſunt, procaci linguâ, in alios

effun-

effundunt, aculeum inſigunt, venenumq; iaculantur & barbarè perimunt. Crimen hoc commune eſt; pauci etenim ſunt, iuxta D. Hieronymum, qui huic vitio penitùs renunciant; raròque inueniuntur, qui vitam ſic inſtituant ſuam, vt non libenter reprehendant alienam. Tanta omnino eſt huius mali libido, vt etiam qui procul ab aliis vitiis receſſerunt, in iſtud tamen, quaſi extremum Diaboli laqueum incidant. Et alibi: Pudet dicere, de cauernis cellularum damnamus orbem; in ſacco & cinere volutati, de Epiſcopis ſententiam ferimus. Quid facit ſub tunica pœnitentis regius animus? Quid porrò mouet alicuius vt bonum nomen quis denigret. Variæ ſunt cauſſæ. In-

Ad Celantiam.

Ad Marc. Bresbyt.

ſæ. Inuidia & odium, dũ quis felicioribus aliorum ſucceſſibus inuidet, nec aſſequi poteſt. Æmulatio, dum quis alicui par eſſe vult, aut etiam ſuperior: Hinc perplures excogitãtur modi, paria, vel maiora aſſequendi. Habitus prauus aliis maledicendi; vnde fit, vt non cogitanti nociturum elabatur telum. Deſiderium honoris, vel commoditatis, quam quis ſperat, ob ſolertem indagationem alterius vitæ. Zelus & bonum commune, vel priuatum alicuius; Prætextus item iuſtitiæ, & maioris gloriæ Dei; ſed ſine ſcientia. Studium aliis placendi; mirus enim ineſt auribus pruritus, & voluptas incredibilis detractores audiẽdi; vel propter odium aliorum & inuidiam, vel cupiditatem

Digitized by Google

alicuius rei; vel quòd audiens placeat ſibi, exiſtimando ſe meliorem aliis; vel quoniam ſua, quorum habere ſe ſocios audit, leuiora ducit crimina, & excuſabiliora; vel quia deditus otio, loquaxque, lætatur alienis audiendis, & excutiendis dictis & factis. Grande verò & immane eſt hoc vitium; aliorum famam ſpargendi; & contra iuſtitiam, furto peius & rapinâ; per hæc enim pecunia tollitur, per illud autem bona fama, quam homo illi multis partibus meritò præfert; idq; huic Sapientis dicto conformiter: Melius eſt nomen bonum quàm diuitiæ multæ. Et huic: Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi

Prou. 22. 1.

Eccl. 41. 15.

tioſi & magni. Omnia ſi perdas, ait Cato, famam ſeruare memento. Et ego: Omnia ſi perdas animam ſeruare memento. Et Plautus: Ego ſi bonam famam ſeruaſſo, ſat ero diues. Sunt qui homicidio parem detractionem ſuo modo faciant. Qua de cauſſa paſſim in S. litteris detractorum lingua, gladio, nouaculę acutę, & ſagittis comparatur. Nemo peritorum aut prudentûm putet, ait Auguſtinus, quòd minus ſit periculum in verbis linguâ mentiendo, quàm manibus ſanguinem fundendo. Fit interdum, vt quis linguæ ictũ non linguâ carneâ, ſed ferreâ rependat, verborumque vim vi verberum rependat. Eſt verò detractionis peccatum vulnus tale, quale quod

In Moſtel.

11. q. 3. c. Nemo.

Pelias Achillis haſtâ inferebat, aut ipſi ſcorpiones; ſanari enim non poteſt, niſi eiuſdem linguæ operâ, & recantatione; *Ep. 54.* Sine ea etenim, vt idem ait, pœnitentia non agitur, ſed fingitur. Grauitas huius vitii ex variis quoque ſimilitudinibus perſpicitur; comparatur enim detractor ſerpenti occultè mordēti; iuxta illud: Si mor- *Eccl. 10. 8.* deat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit, hoc eſt, vt D. Hieronymus interpretatur, quomodo ille occultè mordens venenum inſerit; ſic iſte clam detrahens, virus pectoris ſui diffundit in fratrem, & nihil habet à ſerpente ampliùs. Vulturibus item & muſcis, iuxta *In Conc. de Inuid.* D. Baſilium; Sicut enim illi multis pratis ac ſuaue olentibus

bus locis præteruolatis ad putida fœtidaque feruntur; hæ, quod in corpore ſanum & integrum eſt, prætereuntes, vlceri ſe applicant; ſic detractores non ad bona proximi, ſed ad mala illius feruntur, eique ſiniſtri aliquid & loliginis aſpergunt. Et quia in faciem quoq; interdum proximum laudant, adeòq; ex eodem ore calidum & frigidum efflant, ſimiles rectè alaudę, & buboni dicuntur. Syrenibus præterea comparantur, quæ faciem habentes muliebrem, dulciſſimè canunt, & nautas auſcultantes in ſomnũ inducunt, ſopitoſque in mare demergunt. Naſcuntur ex detractione mala ingentia. Nocent in primis ſibi. Nemo, ait Auguſtinus, laceret ſeruos Dei, quia nõ expedit lacerantibus; ſer-

Serm. de com. vit. Cler.

ſeruis quidem Dei merces falſis detractionibus creſcit, ſed creſcit etiam pœna detrahẽtibus. Pacem enim ſuam, inquietudinum ſcilicet cauſſam circumferentes, turbant; produnt ſe charitate vacuos eſſe; periculo erroris ſe exponunt; ſui obliuiſcuntur; feſtucam in aliis, trabẽ in oculis ſuis non vident: Nocent etiã aliis; Viuos enim ſepeliunt, mortuos verò reſuſcitant, ſtrenuèq; laborant, in odiũ vt illi & contemptũ veniãt apud alios. Viuentium deinde pacem conuellunt, charitatem & mutuã illorũ amicitiã ſcindunt; æmulationes odiaq; ſpargunt, fiduciã minuunt, diffidẽtiam ingenerant, partiũ ſtudia prouocant; animos optimis quibuſque ad magna & ardua adimunt, ignauiam fouent, mutuis

mutuis criminationibus viam ſternunt, candorem offuſcant, ſocialem animũ incîdunt, virtutis robur debilitant, regno pellunt, cõplures vitâ exuunt.

Caput XIIX.

Remedia Detractionis.

Curatu difficilis admodum eſt Detractio. Indicat id D. Hieronymus his verbis: Pauci admodum ſunt, qui huic vitio renũtient; rarò inuenies, qui ita vitam ſuam irreprehenſibilem exhibere velint, vt non libenter reprehendant alienã. Tanta huius mali libido inuaſit mentes hominum, vt etiam qui procul ab aliis vitiis receſſerunt, in iſtud tamen, quaſi extremũ Diaboli laqueum incidant. Et alibi: Nihil tam facilè, quàm alios viles facere, quia *Ep. ad Celãtiam.*

Digitized by Google

alterius vituperio laudari nos arbitramur. Et rurſum : Pudet dicere, de cauernis cellularum damnamus orbem ; in ſacco & cinere volutati , de Epiſcopis ſententiam ferimus. Quid facit ſub tunica pœnitentis regius animus ? Difficile etiam eſſe à detractionibus abſtinere, indicat Pſaltes regius hîs verbis. Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras, vt non loquatur os meũ opera hominum. Scarabæus in ſtercore viuit, in roſa moritur ; ſic detractor in malis viuit, in bonis moritur. Cum coruo, ex arca egreſſo, cadaueribus inſidet. Sanandam tamen eam à nobis, demonſtrãt in primis S. litterę: cùm pręcipiunt Diis (Superioribus) vt non detrahamus, nec principi populi maledicamus.

In Oſ. Ad Marcum Presbyt.

Pſal. 16.4.

Exod. 22. 28.

Ac

Ac cùm alibi ſic habent : Re- *Prou. 4. 24.*
moue à te os prauum, & labia
detrahentia ſint procul à te; Et *Prou. 24 9.*
alibi docent abominationem
eſſe hominem detractorem,
cumque illo cibum non eſſe
ſumendum : addentes loco a-
lio hæc verba : Noli eſſe in cō- *Prou. 23. 20.*
uiuiis potatorum, neque co-
medas cum eis, qui carnes ad
veſcendum conferunt. Quæ
verba exponens D. Gregorius
ſic ſcribit : Carnes ad veſcen- *Lib. 14.*
dum conferre, eſt in collocu- *Moral.*
tione derogationis viciſſim in
proximorum vitia dicere. Ita
vt, iuxta hanc expoſitionem,
carnes edere, tropicè ſit detra-
ctionibus vitam proximorum
proſcindere. De his carnium
voratoribus loquitur Pſaltes, *Pſal. 26.*
in hæc verba : Appropinquant
ſuper me nocentes, vt edant

Q 5 car-

Digitized by Google

carnes meas. Similes omnino antropophagis. Fortiter Chryſoſtomus & verè: Detrahens, fraternas carnes comediſti, p-ximi carnem momordiſti. Vnde & Paulus terruit dicens: Si autē vos inuicē morderis & comeditis, videte ne ab inuicem cōſumamini. Non infixiſti dētes carni, ſed animæ maledictū, improbā ſuſpicionē infixiſti & vulneraſti, innumeris affeciſti malis, & te, & alios plures. Hæc Chryſoſtom⁹. Detractores cōparat quoque D. Bonauentura canibus lanionū; ſicut enim illis, in quotidiana oſſium corroſione, os ſanguine fœdatū eſt; ita etiā hi in quotidiana detractione, os habent & linguā ad detractionē paratam. In veteri etiam lege aues carnibus viuis veſcentes inhibebantur; ſcriptum

In Dicta ſal. cap. 19.

Gal. 5. 15.

In Eccl. 28.

Leuit. 11. 13.

Digitized by Google

ptum eſt enim : Hæc ſunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis Aquilam, Gryphẽ, &c. Innuitur videlicet hominẽ alterius vitam detractione lacerantem, corã Deo immundum eſſe, à Deo reprobatum, & odibilem. D. Iacobus ſic tandem habet: Nolite detrahere alterutrum fratres mei: Qui detrahit fratri, detrahit legi, id eſt, condemnat eam, vt exponit S. Thomas: id quod ferendum nullo modo eſt. Patrum deinde ſententiæ non parum faciunt ad curationem detractionis. Chryſoſtomus: Fugiamus, inquit, dilecti, fugiamus detractores, docti, quòd eſt totum Satanicũ barathrum inſidiarum eius hæc inſeſſio. Vt enim noſtra negligamus, & grauiores nobis reatus *Iac. 4. 11.* *2. 2. q. 74. ar. 2. ad 3.* *Hom. 3. ad pop. An.*

conſtituamus, in hanc nos cõſuetudinem Diabolus duxit. Auguſtinus: Non accommodes aures tuas, ad percipienda verba detrahentium, ne concipias mortẽ in anima tua, detrahenti enim & audienti, vtrique eſca mortis animæ eſt detractio; Detractor & libens auditor Diabolum portant in lingua. S. Auguſtinus, contra peſtilentiam humanæ conſuetudinis, in menſa id ſcriptum habebat:

Lib. de Salut. docum.

Poßid. c. 22. de Vit. Aug.

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi.

Vnde & omnem conuiuam à ſuperfluis, & noxiis fabulis & detractionibus ſeſe abſtinere debere admonebat; & quoſdã ſuos etiam familiariſſimos

Coepiſ-

Coepiſcopos illius ſcripturæ oblitos, & contra eam loquẽtes, tam aſperè aliquando reprehendit commotus, vt diceret, aut delendos eſſe illos de menſa verſus, aut ſe de media refectione ad ſuum cubiculum ſurrecturum. Hieronymus: Caue, ne aut linguam, aut aures habeas prurientes, id eſt, ne aut ipſe aliis detrahas, aut alios audias detrahentes. Parce à detractione linguæ, cuſtodi ſermones tuos, & ſcito, quia per cuncta, quæ de aliis loqueris, tuâ conſcientiâ iudicaris, & in his ipſe deprehenderis, quæ in aliis arguebas. Et: Nunquam homines detractores audias, nec declines cor tuum in verba malitiæ, & audias: Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus

Ep. 2. ad Nepot.

Ep. 4. ad Ruſt.

filium matris ſuæ ponebas ſcādalum. D. Bernardus: Proditores fiunt, quicunque in hoc Domini caſtrum inimicos eius introducere moliuntur, quales ſunt vtique detractores Deo odibiles, qui diſcordias ſeminant, nutriunt ſcandala inter fratres, &c. Et alibi ſerpenti detractionē comparat: Nunquid, inquit, vipera eſt lingua detractoris ferociſſima? Planè: nimirum quæ tam læthaliter inficiat flatu vno. Nunquid non lancea eſt lingua iſta? profecto acutiſſima, quæ tres penetrat vno ictu, auctorem, auditorem, & abſentem. Eiuſdem quoque ſententiæ eſt D. Hieronymus: Serpens & detractor æquales ſunt, quomodo enim ille mordens venenum infert; ſic iſte detrahens peccato-

Serm 3. de Ded. Eccl

In Sermon.

In Eccl. ſcribens.

ris virus in fratrem infun-
Sapienter Socrates nun-
ti quendam eſſe, qui male-
is eum perpetuò inceſſeret,
ondit: Benè loqui neſcit.
næ deinde & ſupplicia, quæ
tractoribus irrogantur, eos
etractionibus cohibere me-
ò deberent. Confuſi ſunt Pſ. 88. 46.
defecerunt (ait Propheta
gius) detrahentes, operti
unt confuſione & pudore,
ui quærunt mala. Et: Noli
diligere detrahere, ne eradice-
ris. Apoſtolus certè Romanis Prou. 20.
ſcribens, detractores recenſet
inter dignos æternâ morte. Sed
ad exempla animũ referamus.
Soror Moyſis Maria, eô quòd Pſal 70.
fratri de traxiſſet, fœdiſſimæ le-
præ morbo percuſſa eſt, à quo,
ne ipſo quidẽ Moyſe ſupplicã-
te, vt ait Baſilius, liberata fuit. In reg. breu. 27.
Quot-

In reg. breu. 82.

Quotquot è filiis Iſrael detraxerunt Moyſi & Aaroni, precibus quidẽ Moyſis à morte tẽporali erepti ſunt, terræ tamen promiſſionis aditũ ex cluſi fuerunt. Abſalon regnũ ambiens, dicebat habenti negotium: Nõ eſt qui te audiat conſtitutus à rege; ſed malè ei hæc detractio ceſſit. S. Franciſcus iudicabat fratrem detrahentem habitu ſpoliandum. Cùm S. Maurus Abbas oratione, & ligno crucis Clericum, qui cæmentariæ arti præerat, colliſum, ſanum reddidiſſet, quidam eius artis operarii beato viro detrahere cœperunt, dicentes eum prauâ ductum cupiditate, non autẽ religionis gratiâ, relicto priore Monaſterio, ad eas oras veniſſe; neque diuinâ virtute, ſed præſtigiis quibuſdam res admiran-

Bonau. in vita c. 8.
Sur. in vit. eius 15. Ian.

Digitized by Google

ndas gerere, & hominum
is ſceleratè illudere. Cùm
inter ſe ſermocinarentur,
:er alterum in odium S. vi-
ncitaret, tres ex illis mali-
dæmone è veſtigio corre-
tantâ crudelitate diſcerpti
, vt vnus animam, inter
ba tormenta, cum lugubri
.e eiulatu, exhalaret. Quod
l aures B. Mauri peruenit,
m lachrymis infuſus, ad S.
tini oratorium contendit,
tribus horis continuis in-
:ione exactis, ad homines
ema calamitate miſeros ac-
it, & edito contra illos cru-
igno: Filius Dei, iniquit,
diſcipulis ſuis calcandi ſu-
ſerpentes & ſcorpiones
eſtatem dedit, ab hac dæ-
niacâ nos vexatione abſol-
. Cùmque illi nihilominus
den-

dentibus & oculis furorẽ ſpirarent, vir Dei propiùs accedens, digitos vtriuſq; manus in ora illorum immiſit, & ſtatim dæmones, ingenti fœtore relicto, ventris egeſtione, fugati ſunt. Tertium verò vita functum, Sacrificio Miſſæ pro illo oblato, aliiſque orationibus etiam vitæ reſtituit. Quidam ſceleſtus homo, nomine Notto auſus eſt irrogare cum complicibus ſuis B. Arnulpho Metenſium Epiſcopo iniuriam, aſſerens ſcilicet eum non eſſe cultorem Dei, ſed potiùs hominem deditum voluptati, diuinâ vltione, flammâ acerrimè vſtulatus, & capite tandem plexus à Rege fuit. Addo & hoc, ex Ioanne Caſſiano de Paphnutio iuuene ſanctiſſimo, cuius virtuti inuidens quidam è numero fratrum, eiuſ-

Paulin. apud Baronium. Tom. 5. an. 397.

odi dolum commentus
Iſidoro Monaſterii Supe-
queſtus eſt ſibi codicem
tum, rogatque vt in ſingu-
n fratrum cellis quæratur.
ſeniores deſignantur qui
ant. Reperitur tandem
lla Paphnutii, ſub palma-
plectis (ibi enim inui-
lle eum abdiderat) palàm
litur in Eccleſia, vbi o-
s conuenerant. Paphnu-
licet innocens, nō ſe pur-
ſed ſatisfactioni totum tra-
& ad limina, per duas heb-
ıades, ſupplex ſe abiicit,
am deprecatus. Quibus ela-
, à ſæuo dæmone inuidus
frater arripitur, immani-
ue diuexatur, ſed nec ab
ſeniorum eiici potuit,
ı Christus Dominus gloriã
n ſoli reſeruauit Paphnu-
cui calumnia ſtructa fuerat,
& faci-

& facilè eum exturbauit. Quidam, vt Cantipratanus prodidit, ordine non re, nomine, nō actibus Sacerdos, detractionis vitio deditus, linguam, ſub vitæ finem dilanians, infeliciſſimè deceſſit. Detrahentes S. Attalo, malâ morte perierunt. In Anglia quidam Religioſus, veſte, non vitâ, habitu non actu, detractionibus aſſuetus, in fine vitę rogatus fuit, vt peccata ſua confiteretur, deque animæ ſuæ ſalute ſedulò ſoliciteque cogitaret, id ſe non facturum reſpondit. Cauſſam rogatus: Linguâ exporrectâ dixit: Lingua mea peſſima me damnauit, ſicque finem viuendi fecit. Detractor alius poſt mortem apparens, linguam igneam vſq; ad terram dependentem dentibus corroſit & expuit. In remedium

Vincent. l. 23. c. 20.

Spec. M. V. Detract. 7.

Ioan. Aed. in faſcic. Vir. & Vit.

Digitized by Google

medium quoque huius neſandi vitii, coniice oculos in tuos potiùs, quam alienos lapſus, memor dicti Moyſis: Attende tibi ipſi, & ad pyrauſtæ interitum. Adagiorum item horum: Noſce te ipſum: Reſpice manticæ, quod in tergo eſt: Tua vineta cæde, &c. In mentem etiam reuoca illud:

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Vita & improbos ac ſceleratos. *Apol. ad Cõſtantium.*
Verè enim & præclarè S. Athaaſius ſcribit, calumnias & etractiones non inuenire auitores & approbatores, niſi nprobos & ſceleratos. Inſiæ Doeg, inquit, contra Sardotes plurimùm valuêre, *1. Reg. 22.*
l auditor ibi Saul iniuſtus t. Iezabelis quoque calum- *3. Reg. 21.*
noxam religioſiſſimo Nabuthæ

buthæ intulerunt. Verùm & ibi Achab ille malus & præuaricator aurem præbuit. Contrà Sanctiſſimus ille Dauid iſtiuſmodi homines ad ſe nequaquam admittit, ſed vt rabioſos canes auerſatur, ita dicens: Detrahentem proximo ſuo, hunc perſequebar. Si clanculum detrahentem hoſtis loco habebat, quo loco habuiſſe cenſendus eſt illum, qui publicè id fecit. Fuge tandem, in remedium, ſocietatem detractorum, iuxta illud: Cum detractoribus non commiſcearis, quoniam repente conſurget perditio illorum: vel certè vultu oſtende ſibi detractiones non placere. Vt enim ventus aquilo diſſipat pluuiam; ita facies triſtis linguam detrahentē.

Pſal. 100.

Prou. 24.

Prou. 25.

Tri-

um illud: Tolle auditores, & erunt detractores. Nemo to auditori mali aliquid rt. Sagitta in lapide non ur, interdum reſiliens diritem percutit. Pari vtroſque entiâ ferit D. Bernardus. *Ser. 24. in Cant.* ractor & lubens auditor, q; Diabolum portat in lin. Dic etiam cum D. Chryomo, proximo detrahen- *Hom. 3. ad pop.* Habes, quem laudes? auaperio, vt vnguenta ſuſcin: Si verò malum velis di-, obturo aures; non enim cus & cœnum accipere ineo; ſicque opprobrium erſus proximos non acio: non venio in conum detrahentium, quom Deus odit eos. Quod uando in eam fortè fora incidas, te confeſtim abeo.

Rom. 1. 30. ab eo auferas, memor illius: De-
Eccl. 41. 15. tractores Deo odibiles. Sed
quo ſe modo geret is, cui de-
trahitur? patienter id ferre de-
bet; modò infamiâ illâ ſuâ aliis
non noceat. Ei enim dicitur.
Eccl. 41. 15. Curam habe de bono nomine,
hoc enim magis pertinebit ti-
bi, quàm mille theſauri, pre-
tioſi & magni. Oſtendit etiam
Ser. 1. de vit. com. Cler. ſæpe D. Auguſtinus, quàm non
debeamus, de ſeruanda fama
eſſe negligentes. Ita enim ait:
Duæ res ſunt, conſcientia & fa-
ma; conſcientia tibi, fama pro-
ximo neceſſaria eſt. Qui fidens
conſcientiæ ſuæ, famam ſuam
negligit, crudelis eſt, maximè
in iſto loco poſitus, de quo
Tit. 2. 7. Apoſtolus: Circa omnes te
ipſum bonorum operum præ-
be exemplum. Nobis neceſſa-
De bono viduit. c. 22. ria eſt vita, aliis fama noſtra, ait
idem Auguſtinus.

CAP. XIX.

CAPVT XIX.

Mala Excuſationis malæ.

DVo ſunt præcipui malè ſe excuſandi modi; Quidam enim, ne Superiorum ſuorum imperata faciant, obtendunt vel labores præteritos, vel ætatem, vel virium tenuitatem, vel aduerſam valetudinem; ſicque obedientiam ſubruunt, gubernationis leges euertunt, peſſimoque exemplo ſuo plures eô pertrahunt, ſolis vt propenſionibus & moribus ſuis agi, & placentibus duntaxat obedire velint. Alii, cùm peccati accuſantur, ceu Diaboli aduocati, multis variiſque modis ſe excuſantes defendenteſque, in alios culpam omnem ſuam deriuant. In Deum quidem primùm hoc ipſo, quôd

ille velit & præcipiat, pecca-
tum vt ab homine fiat. Quod
deinde homini libertatem ar-
bitrii ad bonum & malum,
peccandique adeò licentiam
dederit. Actionis inſuper ma-
li peccati exiſtat. Illud etiam,
cùm facillimè impedire poſ-
ſit, fieri tamen permitat.
Sufficiens item auxilium
gratiæ ſuæ homini deneget,
quo peccatum vitare poſſet.
Mandare item ea homini,
quæ illi, vel impoſſibilia, vel
ſeruatu valde grauia & one-
roſa ſint. Differat item
peccatorum vltionem; oc-
caſionemque adeò præbeat
peccata admittendi. Quod ma-
los interdum, in hac vitâ fla-
gellet, ſicque iræ adeòque pec-
cato largiatur anſam. Præ-
fractè hactenus & impiè mo-

mo

Digitized by Google

mo Deum Op. Max. flagitiorum ſuorum authorem fecit, eorundem deinceps cauſſam & origionem rebus aliis aſſignat, quod dum facit, Deum, qui eas condidit, obſcurè licet, accuſat tamen. In iis primas cœlo, ſideribuſque cœleſtibus tribuit; Ignorantiæ deinde; tertiò prauis voluntatis ſuæ inclinationibus & propenſionibus; quartò vitioſis habitibus, prauiſque conſuetudinibus, quibus repugnare non poſſit; quinto ſenſibus ſuis, tam internis, quàm externis, qui ab adoleſcentia ad malum proni ſint; ſextò prauis animi morbis & affectionibus, eô intentis, vt hominem, quemadmodum D. Paulus loquitur, venundent, miſerèque quò volunt, *Ad Rom. 7. 14.*

dentibus & oculis furorē ſpirarent, vir Dei propiùs accedens, digitos vtriuſq; manus in ora illorum immiſit, & ſtatim dæmones, ingenti fœtore relicto, ventris egeſtione, fugati ſunt. Tertium verò vita functum, Sacrificio Miſſæ pro illo oblato, aliiſque orationibus etiam vitæ reſtituit. Quidam ſceleſtus homo, nomine Notto auſus eſt irrogare cum complicibus ſuis B. Arnulpho Metenſium Epiſcopo iniuriam, aſſerens ſcilicet eum non eſſe cultorem Dei, ſed potiùs hominem deditum voluptati, diuinâ vltione, flammâ acerrimè vſtulatus, & capite tandem plexus à Rege fuit. Addo & hoc, ex Ioanne Caſſiano de Paphnutio iuuene ſanctiſſimo, cuius virtuti inuidens quidam è numero fratrum, eiuſ-

Paulin. apud Baronium. Tom. 5. an. 397.

Digitized by Google

iuſmodi dolum commentus eſt: Iſidoro Monaſterii Superiori queſtus eſt ſibi codicem ereptum, rogatque vt in ſingulorum fratrum cellis quæratur. Tres ſeniores deſignantur qui quærant. Reperitur tandem in cella Paphnutii, ſub palmarum plectis (ibi enim inuidus ille eum abdiderat) palàm proditur in Eccleſia, vbi omnes conuenerant. Paphnutius licet innocens, nō ſe purgat, ſed ſatisfactioni totum tradit, & ad limina, per duas hebdomades, ſupplex ſe abiicit, noxam deprecatus. Quibus elapſis, à ſæuo dæmone inuidus ille frater arripitur, immaniterque diuexatur, ſed nec ab vllo ſeniorum eiici potuit, quia Chriſtus Dominus gloriā illam ſoli reſeruauit Paphnutio, cui calumnia ſtructa fuerat,

& faci-

Digitized by Google

& facilè eum exturbauit. Quidam, vt Cantipratanus prodidit, ordine non re, nomine, nō actibus Sacerdos, detractionis vitio deditus, linguam, ſub vitæ finem dilanians, infeliciſſimè deceſſit. Detrahentes S. Attalo, malâ morte perierunt. In Anglia quidam Religioſus, veſte, non vitâ, habitu non actu, detractionibus aſſuetus, in fine vitę rogatus fuit, vt peccata ſua confiteretur, deque animæ ſuæ ſalute ſedulò ſoliciteque cogitaret, id ſe non facturum reſpondit. Cauſſam rogatus: Linguâ exporrectâ dixit: Lingua mea peſſima me damnauit, ſicque finem viuendi fecit. Detractor alius poſt mortem apparens, linguam igneam vſq; ad terram dependentem dentibus corroſit & expuit. In remedium

Vincent. l. 23. c. 20.

Spec. M. V. Detract. 7.

Ioan. Aedi. in faſcic. Vir. & Vit.

medium quoque huius nefandi vitii, coniice oculos in tuos potiùs, quam alienos lapſus, memor dicti Moyſis: Attende tibi ipſi, & ad pyrauſtæ interitum. Adagiorum item horum: Noſce teipſum: Reſpice manticæ, quod in tergo eſt: Tua vineta cæde, &c. In mentem etiam reuoca illud:

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Vita & improbos ac ſceleratos. *Apol. ad Cõſtantium.* Verè enim & præclarè S. Athanaſius ſcribit, calumnias & detractiones non inuenire auditores & approbatores, niſi improbos & ſceleratos. Inſidiæ Doeg, inquit, contra Sacerdotes plurimùm valuêre, *1. Reg. 22* ſed auditor ibi Saul iniuſtus fuit. Iezabelis quoque calumniæ noxam religioſiſſimo Na- *3. Reg. 21.*

buthæ

buthæ intulerunt. Verùm & ibi Achab ille malus & prævaricator aurem præbuit. *Pſal. 100.* Contrà Sanctiſſimus ille Dauid iſtiuſmodi homines ad ſe nequaquam admittit; ſed vt rabioſos canes auerſatur, ita dicens: Detrahentem proximo ſuo, hunc perſequebar. Si clanculum detrahentem hoſtis loco habebat, quo loco habuiſſe cenſendus eſt illum, qui publicè id fecit. Fuge tandem, in remedium, ſocietatem detractorum, *Prou. 24.* iuxta illud: Cum detractoribus non commiſcearis, quoniam repente conſurget perditio illorum: vel certè vultu oſtende ſibi detractiones *Prou. 25.* non placere. Vt enim ventus aquilo diſſipat pluuiam; ita facies triſtis linguam detrahentẽ.

Tri-

Tritum illud: Tolle auditores, & nō erunt detractores. Nemo inuito auditori mali aliquid refert. Sagitta in lapide non figitur, interdum reſiliens dirigentem percutit. Pari vtroſque ſententiâ ferit D. Bernardus. *Ser. 24. in Cant.* Detractor & lubens auditor, vterq; Diabolum portat in lingua. Dic etiam cum D. Chryſoſtomo, *Hom. 3. ad pop.* proximo detrahenti: Habes, quem laudes? aures aperio, vt vnguenta ſuſcipiam: Si verò malum velis dicere, obturo aures; non enim ſtercus & cœnum accipere ſuſtineo; ſicque opprobrium aduerſus proximos non accipio: non venio in concilium detrahentium, quoniam Deus odit eos. Quod ſi quando in eam fortè fortuna incidas, te confeſtim

abeo.

Rom. 1. 30. ab eo auferas, memor illius: De-
Eccl. 41. 15. tractores Deo odibiles. Sed quo ſe modo geret is, cui detrahitur? patienter id ferre debet; modò infamiâ illâ ſuâ aliis non noceat. Ei enim dicitur:
Eccl. 41. 15. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis pertinebit tibi, quàm mille theſauri, pretioſi & magni. Oſtendit etiam
Ser. 1. de vit. com. Cler. ſæpe D. Auguſtinus, quàm non debeamus, de ſeruanda fama eſſe negligentes. Ita enim ait: Duæ res ſunt, conſcientia & fama; conſcientia tibi, fama proximo neceſſaria eſt. Qui fidens conſcientiæ ſuæ, famam ſuam negligit, crudelis eſt, maximè in iſto loco poſitus, de quo
Tit. 2. 7. Apoſtolus: Circa omnes te ipſum bonorum operum præbe exemplum. Nobis neceſſa-
De bono vidu. c. 22. ria eſt vita, aliis fama noſtra, ait idem Auguſtinus.

CAP. XIX.

CAPVT XIX.

Mala Excuſationis malæ.

DVo ſunt præcipui malè ſe excuſandi modi; Quidam enim, ne Superiorum ſuorum imperata faciant, obtendunt vel labores præteritos, vel ætatem, vel virium tenuitatem, vel aduerſam valetudinem; ſicque obedientiam ſubruunt, gubernationis leges euertunt, peſſimoque exemplo ſuo plures eô pertrahunt, ſolis vt propenſionibus & moribus ſuis agi, & placentibus duntaxat obedire velint. Alii, cùm peccati accuſantur, ceu Diaboli aduocati, multis variiſque modis ſe excuſantes defendenteſque, in alios culpam omnem ſuam deriuant. In Deum quidem primùm hoc ipſo, quôd

ille velit & præcipiat, peccatum vt ab homine fiat. Quod deinde homini libertatem arbitrii ad bonum & malum, peccandique adeò licentiam dederit. Actionis inſuper mali peccati exiſtat. Illud etiam, cùm facillimè impedire poſſit, fieri tamen permitat. Sufficiens item auxilium gratiæ ſuæ homini deneget, quo peccatum vitare poſſet. Mandare item ea homini, quæ illi, vel impoſſibilia, vel ſeruatu valde grauia & oneroſa ſint. Differat item peccatorum vltionem; occaſionemque adeò præbeat peccata admittendi. Quod malos interdum, in hac vitâ flagellet, ſicque iræ adeòque peccato largiatur anſam. Præfractè hactenus & impiè momo

mo Deum Op. Max. flagitiorum ſuorum authorem fecit, eorundem deinceps cauſſam & origionem rebus aliis aſſignat, quod dum facit, Deum, qui eas condidit, obſcurè licet, accuſat tamen. In iis primas cœlo, ſideribuſque cœleſtibus tribuit; Ignorantiæ deinde; tertiò prauis voluntatis ſuæ inclinationibus & propenſionibus; quartò vitioſis habitibus, prauiſque conſuetudinibus, quibus repugnare non poſſit; quinto ſenſibus ſuis, tam internis, quàm externis, qui ab adoleſcentia ad malum proni ſint; ſextò prauis animi morbis & affectionibus, eô intentis, vt hominem, quemadmodum D. Paulus loquitur, venundent, miſerèque quò volunt, *Ad Rom. 7. 14.*

ex ſe pertrahant; Septimò carnis voluptatibus, cùm homine natis; tum iis, quæ proprii corporis conſeruationi, tum aliorum propagationi ſeruiunt; Octauò mundo, hoc eſt rebus omnibus corporatis, concupiſcentiæ ſcilicet carnis, concupiſcentiæ oculorum, & ſuperbiæ vitæ, ternis ſcilicet retibus, quibus homo capitur; Nonò parentibus præcipientibus id quod cum diuinâ voluntate pugnat, quibus obediendum eſt; Decimò Heris & Dominis, qui imperant id quod cum peccato coniunctum eſt; Vndecimò ſociis malis, colloquiis prauis, exemplis ad malum impellentibus, occaſionibus peccandi, quæ in medio nationis prauæ nunquam non adſunt; Duodecimò rebus huius mundi, hoc

di, hoc eſt, creaturis, quæ gloriam afferunt, auxilium præbent, delicias afferunt, honoribus augent, voluptatibus perfundunt, muſcipulis ſcilicet, & in odium Dei factis, in tentationem animabus hominum; Poſtremò Diabolo, qui circuit, vt D. Petrus affirmat, quærens quem deuoret; & cuius poteſtas ſumma eſt, vt & malitia inſuperabilis. Sed à quibus illi magiſtris & præceptoribus has omnes excuſandi ſeque defendendi rationes didicerunt? A primis parentibus, vel peremptoribus potiùs Adamo & Eua. Obiurgatus enim ille à Deo, ob impiam præcepti præuaricationem, in Euam illam coniecit omnem; dixit enim, Mulier, quam dediſti mihi, hæc dedit mihi de ligno, & edi. Eua

Sap. 14. 11.

1. Pet. 5. 8.

deinde in ſerpentem (Diabolum) culpam omnem tranſtulit; hæc enim eius ſunt verba: Serpens ſeduxit me promiſſionibus ſuis, & manducaui. Nuſquam hîc, ait Auguſtinus, ſonat petitio veniæ, nuſquam imploratio medicinæ. Nam licet iſti, non ſicut Cain, quod commiſerunt, negent, adhuc tamen ſuperbia quærit in alium referre, quod petperam fecit; Superbia mulieris in ſerpentem, ſuperbia viri in mulierē. Sed accuſatio potiùs, quàm excuſatio vera eſt, vbi mandati diuini eſt aperta tranſgreſſio. Neque enim hoc propterea non fecerunt, quia id mulier ſerpente ſuadente, vir muliere conſulente commiſit, quaſi quicquam Deo, cui vel crederetur, vel cederetur anteponen-

Lib. 14. Ciu. c. 14.

ponendum fuit. Vſitatum humani generis vitium eſt, ait Gregorius, & latendo peccatum committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapſu primi hominis hæc argumenta nequitiæ ducimus, ex quo ipſam radicem traximus culpæ: Sic namque ille dum lignum vetitum contigiſſet, abſcondit ſe à facie Domini inter ligna paradiſi; In qua abſconſione ſcilicet, quia Deum latere non poterat, non latendi effectus deſcribitur, ſed affectus notatur. Qui cùm argueretur à Domino, quòd de ligno vetito contigiſſet, illico reſpondit: Mulier, quam dediſti mihi ſociam, ipſa dedit mihi de ligno & comedi: *Lib. 22. Moral. c. 13.*

Ipſa quòque mulier inquiſita reſpondit dicens: Serpens decepit me & comedi. Ad hoc quippe requiſiti fuerant, vt peccatum, quod tranſgrediendo commiſerant, confitendo delerent. Vnde & ſerpens ille perſuaſor, qui non erat reuocandus ad veniam, non eſt de culpa requiſitus. Interrogatus eſt itaque homo vbi eſſet, vt perpetratam culpam reſpiceret, & confitendo cognoſceret quàm longè à conditoris ſui facie abeſſet: Sed adhibere ſibimet vtrique defenſionis ſolatia, quàm confeſſionis elegerunt. Cùmque excuſare peccatum voluit vir per mulierē, mulier per ſerpentem, auxerunt culpam, quam tueri conati ſunt. Obliquè Adam Dominum tangens, quòd ipſe pecca-

tico-

ti eorum auctor extiterit, qui mulierem feciſſet: & Eua culpã ad Dominum referens, qui ſerpentem in Paradiſo poſuiſſet; Qui enim ore Diaboli fallentis audiuerant: Eritis ſicut Dii; quia Deo eſſe ſimiles in diuinitate nequiuerunt, ad erroris ſui cumulum, Deum ſibi facere ſimilem in culpa conati ſunt. Sic ergo reatum ſuũ dum defendere voluerunt, addiderunt, vt culpa eorum atrocior diſcuſſa fieret, quàm fuerat perpetrata. Vnde nunc quoq; humani generis rami, ex hac adhuc radice amaritudinem trahunt, vt cùm de vicio ſuo quiſque arguitur, ſub defenſionum verba, quaſi ſub quadam ſe arborum folia abſcondat, & veluti ad quædam excuſationis ſuæ opera ſecreta, faciem

conditoris fugiat, dum non vult cognoſci quod facit: In qua videlicet occultatione nõ ſe Domino, ſed Dominum abſcondit ſibi. Agit quippe ne omnia videntem videat, non autem ne ipſe videatur, &c. Hactenus Gregorius. Cainus in hoc genere omnium nequiſſimus, atq; ideo reprobatiſſimus; rogat⁹ enim, vbi eſſet Abel frater (vt culpam faſſus, veniam mereretur) cuſtodem ſe fratris ſui pnegauit. Nunquid, inquit, cuſtos fratris mei ſum ego? Additur excuſationi ſæpe mendaciũ culpæ, peccati auctariũ. Excuſantiũ & alii ſunt modi: Feci, ſed benè; ſi malè nõ tam malè: ſi valde malè feci, feci ignorans: feci, ſed caſu: feci, ſed ebrius: feci, ſed impotentiore vict⁹ affectu: feci, ſed coactus: feci, ſed

Geneſ. 4.

ſed primò: Sed ſemel, nõ ex cõſuetudine, vel pertinacia: feci, ſed non ex mala intentione; ſi ita feci; aliena ſuaſione, & exẽplo feci. Sed excuſationes hæ omnes, earumq; ſimiles, peccatorũ ſunt accuſationes. Omitte excuſationẽ, ait Publius, Mimus, nemo peccat inuitus, aut nolens. Verbo: Peccator, cùm ſe excuſat, lutũ luto, quod in ꝓuerbio eſt, purgat, grauiq; peccato ſe obſtringit. Excuſatio nõ petita, ait Iureconſultus, accuſatio eſt manifeſta.

CAPVT XX.

Remedia excuſationis mala.

QVi amore ſui immoderato, ſe, ne ſuperiorum mãdata dura exhauriant, excuſant, malè faciunt, Christi potiùs ſanctorumq; exemplo gaudere *Lib.1.c.16.*

deberent duris, delectari aſperis, generoſiùs inter hæc animam poſituri, quàm inter mollia victuri. Via arcta ad vitam, lata & ſpatioſa ad mortē & infernum ducit. Excuſationis deinde alterius ſupra poſitæ à nobis rationes, quibus ſe impius, in peccatis ſuis excuſat, meræ ſunt fabulationes, & ſcuta, quibus Leuiathan ſerpens tortuoſus ſuum tueri corpus conſueuit. Ille ne, vt ſingulas ordine perſequamur, præcipit peccatum fieri qui, vt Sapiens ait, nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi? Inſuper operantes iniquitatem diſcedere iuſſit. Ille ne iniquitatem vult, qui, iuxta regium vatem, illam non vult? Ille ne peccati auctor eſt, qui diligit iuſtitiā, & odit

Eccl. 15. 21.
Pſa. 6. 9.
Pſa. 5. 5.

& odit iniquitatem, impium & impietatem? qui abominatur cor prauum? cuius mundi ſunt oculi, ne videant malum? Ad finem quoque & intentionem peccandi, libertatem arbitrii homini Deus non dedit, ſed ad meritum & gloriam, vt verba hæc D. Bernardi indicant: Soli inter animantia datum eſt homini poſſe peccare, ob prærogatiuam liberi arbitrii; datum autem, non vt proinde peccaret, ſed vt glorioſior inde appareret, ſi non peccaret, cùm peccare poſſet. Deus ſimiliter cauſſa actionis peccati eſt, vt res illa quædam eſt, nõ item vt peccatum illa eſt, annexamq; habet priuationem perfectionis ex lege debitæ. Deus item permittit peccata, non tamẽ inde colligitur rectè eum

In Tract. de grat. & lib. arb.

peccare, vel peccati cauſſam exiſtere; nullâ enim lege, vtpote ſupra, & extra leges poſitus, vt peccatum impediat, tenetur. Auxilium ne gratiæ & ſufficiens, & neceſſarium, quo peccata vitari poſſint, ille ne denegat, cuius lumen ſuper omnes ſurgit? qui in perditionibus non delectatur? à cuius calore nemo ſe abſcondit? qui miſeretur omnium? qui diligit omnia quæ ſunt? & nihil odit eorum quæ ſunt? qui hominem vocat, & ad eum manum ſuam extendit? qui eſt in latere hominis, & cuſtodit pedem ipſius ne capiatur? Apageſis impia vel cœcitas, vel malitia. Eſt & hoc impium vel impoſſibilia, vel grauia omnino Deum homini præcipere. Iugum enim eius,

Iob.25.3. *Tob.3.22.* *Pſa.18.7.* *Sap.11.25.* *Prou 1.24.* *Prou 3.26.*

vel ipſo Domino teſte, ſuaue eſt & onus leue; mandata eius quoque grauia non ſunt, vt Ioannes inquit. Adoleſcens etiam ille, qui dixit ſe mandata ſeruaſſe, mentitus non fuit: Eſto verò in ſe illa homini grauia ſint, diuinâ tamen ope, quæ præſto ſemper eſt, leuia, & dulcia quoque erunt. De conſilio Sapientis vadat ad apem, cumq; Sambſone leonem reuiſat de tribu Iuda, & mel inueniet. Si aquæ Marath amaræ ſunt, crucis ligno iniecto, dulces erunt. Si fons ſterilis & lethifer, cum Eliſæo iniiciat ſalem ſapientiæ & ſanabitur. Si mors in olla, cum eodē farinam verbi diuini imponat & viuet. Peccatorum porrò vltionem ideò differt Deus, vt hac ſuâ patientiâ, iuxta D.Pau-

Matt 11.
Luc. 18.
1 Ioan. 5.3.
Prou. 6.
Exodi 15.
Rom. 2.4.

D. Paulum, ad pœnitentiam impium adducat, ſuamque omnipotentiam, quemadmodum Eccleſia prædicat, parcendo maximè & miſerando manifeſtet. Interdum tamen eum in hac quoque vitâ flagellat, ne peccare ille pergat, & de præteritis pænitentiam agat, Dei gratiam poſtliminio recuperet, ad meliorem vitæ frugem ſe deinceps cum diuino auxilio recipiat, & fælicitatem tandem in cœlis conſequatur. In cœlum præterea, aſtraque cœleſtia peccata reiicere, ſtultitiæ iuxtà ac impietatis eſt ſummæ. In tempora enim illa & ſigna tantùm hominibus data ſunt, non vt peccatorum cauſſæ exiſtant. *Gen. 1. 14.* Ignorantiæ velo ille ea tegere quoq; conatur; ſed fruſtra eſt; eam, vt aliquando poteſt,

teſt, tollat; quod ſi non daretur, à peccato ſe immunem futurum intelligat. Prauas, ait, voluntatis inclinationes habeo? at erga te Deus benè inclinatus eſt, cuius ope murum transſgredi, cumque Paulo facere omnia potes. Vitioſos etiã habitus, & prauas conſuetudines? bonas facias vias tuas, & ſtudia tua; & ſicut exhibuiſti membra tua ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatẽ, ſic nunc exhibeas membra tua ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Clauum clauo pellas. Senſus in terra defixos, eorumque vectes perdas, cõteras, & Chriſti doctrinâ eruas & proiicias. Improbas animi paſſiones iugum oneris, & virgam humeri, & ſceptrum exactoris ſuperes. Iſmaelem ferum (appetitum ſen-

Phil. 4. 13.
Pſa. 17. 30.

ſentientem) cum Iſaaco ludentem eiice, bouem & aſinũ ad præſepe alliga, Gabaonitas lignis ferendis damna. Carnis voluptates ad peccatũ me trahunt: Suem ſcilicet aduolutabrum luti, & ad ſtercus ſcarabæũ. Excita te peccator, apprehẽde, ſi cor habes, arma & ſcutũ, & carnem, quæ peccati pellex eſt, extenua, vigiliis conſume, cæteráque vitæ auſteritate attere, macera, confice. Maledictus, qui prohibet gladium ſuum à ſanguine. Trahit & me mundus: Ille ne, qui Spiritum veritatis accipere non poteſt? Ille ne, qui totus in maligno poſitus eſt, Satanæq; ſedes? Ille ne, in quo non eſt veritas, non miſericordia, non ſcientia; & in quo maledictum, & mendacium, & homicidium; & furtũ, & ad-

Pſ. 34. 2.
Hier. 48. 10.
Io. 14. 17.
1. Io. 1. 19.
Apoc. 2. 13.
Oſeæ. 4. 2.

& adulteriū inundant, & ſanguis ſanguinem tangit? Inſanis, ſi trahentem illum ſequaris; trahat te Pater, trahat te Chriſtus, trahant te Sancti in odorem vnguentorū: Secus, in luto fœcis miſer hærebis, & in dorſo cancri ſubſiſtes. Volunt & parentes, quibus obtemperandū eſt, vt id faciam, ꝗ cum diuina voluntate pugnat? Velint id; Deo parentum auctori, nō ipſis, qui à vero patre ſe ſeparant, obtemperandū eſt. Memori id mente reuolue: Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, nō eſt me dignus. Et illud: Si quis venit ad me, & nō odit patrē ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc & animam ſuā, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et illud Chriſti, cùm Patris ſui

Matt. 10, 37.

Luc. 14. 26.

ſui cœleſtis, quàm parentum ſuorum carnalium imperio magis paruit, cùm illis domum redeuntibus, ipſe in templo manſit, & dixit: Oportebat me in iis, quæ Patris mei ſunt, eſſe. Addit & impius illud: Herus meus mihi præcipit, vt id faciam, quod cum peccato cõiunctum eſt. Quid tum? iubeat licet ille, ei ne propterea obediendum eſt? Obediendum fateor, non tamen abſolutè, & in omnibus omnino caſibus, ſed tunc tantùm, cùm quod ille præcipit, non eſt contra præceptum diuinum, vel alicuius Superioris præcellentioris; vel eiuſmodi quoq; non eſt, quod excedat limites poteſtatis & auctoritatis Superioris in ſubditum. Cùm Herus præcipit id quod repugnat diuinæ volun-

Digitized by Google

tati contemnendus eſt, vt D. Auguſtinus his verbis ſcriptũ reliquit: Contemne poteſtatem, timendo poteſtatem, vna minatur carcerem, altera gehennam. Oportet magis obedire Deo quàm hominibus. Sociorum inſuper malorum, vt & prauorum colloquiorum, & exemplorum, nulla, ad culpam, habenda eſt ratio: Quin à tabernaculis illorum recedẽdum eſt, &, iuxta Paulum, cum illis ne cibus quidem ſumendus eſt. Diſcede ab iniquo, & deficient à te mala, ait Sapiens. Amicus ſtultorum ſimilis efficietur. At peccandi occaſiones plurimæ ſunt? Fuge illas; iuxta ſerpentes diu non eris illæſus, coram igne ſi ferreus ſis, diſſolueris. In ſilice latet ignis, percuſſionibus elicitur. Si fugere omnes

Refertur per multa cap.

Act 5.29.

Num. 16. 26.

1. Cor. 5. 11.

Eccl. 7.21.

omnes non detur, in medio ſcilicet nationis prauæ, aduerſus eas te muni, ad preces ſubinde recurre, ieiuniis & aliis corporis aſperitatibꝰ te arma; bonas, ad benè agendum occaſiones, quæ nunquam deſunt, ſedulò quære; omnia denique facito Deum vt nõ offendas, cœlumque amittas. Cùm in res huius mundi culpam homo ſceleſtus deriuat, toto, quod dicitur, cœlo errat; In rebus enim creatis, vt Sapiens ait, medicamentum exterminii non eſt, hoc eſt, res creatæ non ſunt per ſe cauſſa peccati, adeòque exterminii à cœlo; quin factæ ſunt à Deo, vt à nobis per eas ille cognoſcatur, ametur, &c. Sed bonæ ſunt creaturæ? melior Deus. Gloriam afferunt? Deus ipſa gloria eſt. Opem ferunt? Deus adiu-

Sap. 1. 14.

adiutor eſt in opportunitatib⁹. Multa faciunt? Deus omnipotens eſt. Delicias afferunt? delectationes in dextera Dei ſunt vſq; in finem. Ad honores euehunt? Deus glorificantes ſe glorificat. Voluptate perfundunt? torrẽte voluptatis potat Deus. Plenæ ſunt gaudii? Deus dabit vt in gaudiũ intres. Satiant? Satiabit te Deus, cùm apparuerit gloria eius. At Creaturæ Dei in odiũ factæ ſunt, & in muſcipulam? Perge legendo: in odiũ & muſcipulã factæ ſunt inſipientiũ. Sapientes enim ex illis occaſiones capiunt laudis, amoris, &c. Inſipiẽtes, velut araneę, ex florib⁹ ſuccũ trahunt, quem in venenũ conuertant; ſic ipſi ex creaturis bonis occaſiones in peccatũ labendi deſumunt. Mel, vt apes colligant potiùs, quàm,

quàm, vt araneæ venenum. Ad excuſationum, tandem fundũ impius venit: Diabolus, cui reſiſtere non valeo, me ad peccatum impellit? Reſiſtere ei potes diuinâ gratiâ adiutus, quæ præſto ſemper eſt; quin ſuper ipſum, ceu aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & leonẽ ac draconem conculcabis. Nullus ergo es, peccator, excuſationes tuæ friuolæ ſunt. Quid ergo? ſequere cõſilium meum in remedium. Quod illud? Confitere peccatum tuum. Confeſſus eſt Dauid aduerſus ſe iniuſtitiam ſuam Domino, & ipſe remiſit impietatem peccati illius: Idem tibi vſuueniet. In ciſtam cordis tui, quæſo, peccatum, ceu furtum non abſcondas, neque declines cor tuum in verba malitiæ

Pſ. 90. 13.

ad

ad excuſandas excuſationes in peccatis. Iuſtus eſt ſui accuſator prior. Piarum eſt mentium, ait Gregorius, ibi etiam culpā agnoſcere, vbi culpa non eſt. Veni Lazare foras. Excuſando inuoluis te, quàm euoluis citiùs. Camelus cornua quærens, amittit aures. Turpiſſimā aiebat Fabius regi excuſationē eſſe: non putaui: Ego turpiſſimum homini omni exiſtimo: Non putaui, non putabam, &c. omnia puta, & amputa. *Seneca l. 2. de Ira.*

CAPVT XXI.

Mala Fraudis.

FRaus, vt & dolus, quemadmodum D. Thomas, aliiq; Theologi docent, executio eſt aſtutiæ, vitii ſcilicet illius, quo cautum capitur conſilium, acutiſſimèque diſpicitur, & iu- *2. 2. q. 55. ar. 4.*

Digitized by Google

dicatur quomodo aliquis decipi poſſit; idque vel factis, vel verbis. Prius propriè fraudi; poſterius dolo etiam propriè tribuitur; licet vtrumque vtrouis etiam modo fieri dicatur. Aſtutiæ porrô, vt & fraudis ac doli magiſter olim fuit Dæmon, per ſerpentem; verbis e-

Gen. 3. 1.

nim Euam primam parentem

Gen. 4. 8.

noſtram, magno noſtro malo p

Gen. 34. 2.

quàm artificiosè decepit, & in fraudem induxit. Cain fratri: Egrediamur foras, recreatum ſcilicet: Egreſſum verò immaniter occidit. Filii Iacob, eius diſcipuli, ob ſtuprum ſororis ſuæ Dinæ, ſæuientes dolo malo ſuaſerunt, Sichen, vt & populus vniuerſus circũciderentur, eos vt hac ratione occidere poſſent: id quod malitiosè

Ioſua. 9. 3.

etiam fecerunt. Gabaonitæ audien-

Digitized by Google

dientes, quæ fecerat Ioſue Hiericho & Haio, callidè, ne & ipſi delerentur. Saul inuidens proſperitati Dauidis, verſutè dixit: *1. Reg. 18. 21.* Dabo filiam meam Michol, vt fiat ei in ſcandalum, & ſit ſuper eum manus Philiſtinorum. Venit Abner ad Dauid in ſimplicitate cordis, ad contrahendum cum illo amicitiam, *2. Reg. 3. 27.* eique rex fecit conuiuium, amoriſque ac beneuolentiæ ſigna alia oſtendit; veniens poſtea Ioab, reuocauit Abnerum, ei vt in dolo loqueretur & occideret, quod & perfidè fecit. Neſandam fraudem docuit quoque Amnonem Ionadab, filius Semma, cùm ei dixit *2. Reg. 13. 14.* languorem vt ſimularet; ſicq; Thamar ſororem Abſalonis, quam deperibat, ſolus ad conſceleratum facinus haberet.

2. Reg. 13. 37. Ac cùm poſtea Abſalon iniuriã ſorori ſuæ illatam vindicare vellet, prægrande conuiuium ſummâ vafricie parauit, & dũ cibum caperet, per ſuos eum interfecit. Athalia mater O- *4. Reg. 11. 1.* choziæ regis Iuda videns mortuum filium, interfecit omne ſemen regium, ſicque regno *2. Reg. 4. 6.* potita eſt. Ingreſſi ſunt nonnulli domũ Miphiboſeth, eumq; honoris ſpecie, quemadmodum D. Hieronymus teſtatur, miſerè infeliciterque trucida- *In trad. Heb. ad lib. Reg.* runt. Herodes clam vocatis Magis, diligenter ab eis didicit tempus ſtellæ, quæ apparuit eis, & mittens eos in Bethlehem dixit: Ite & interrogate *Mat. 2. 8.* diligenter de puero, &c. Id verò omne quâ intentione dixerit, in puerorum cœde apparuit. Exemplum etiam aſtutiæ

appa-

apparet in Villico illo, qui, vt ablata villicatione, vnde viueret haberet, media mala, idonea tamen excogitauit, nempe debitoribus Domini ſui remittere partem, quod non licebat. Sed quid in rebus notiſſimis immoror? Ad hoc vitium mortales ferè omnes ꝓpenſi ſunt, multique, vt D. Ambroſius inquit, ſibi perſuadent fraudi & dolo ſapientiam ineſſe. Quin, iuxta Vatem, à Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum, fabricant malum, parturiunt iniuſtitiam, concipiunt dolum, & pariunt iniquitatem. Franciſcus Petrarcha idem his verbis affirmat: Fides exulat, regnat fraus, non tanto ſtudio, neque tot laqueis venatores atque aucupes feras ac volucres capiunt, quot verſuti

Luc. 16. 4.

In Apol. Quid c. 9.

Hier. 6. 13.

Dial. 26.

ſuti

ſuti homines alios quoq; ſi
pliciores decipiunt. Lyſand
cùm quidam ei probro dar
quòd pleraque dolo & frau
gereret, dixiſſe fertur: Vbi q
quod vult non aſſequitur, le
nis exuuio, vulpinum a
plicandum eſt; Sentiens qu
honeſtis rationibus non p
ſet effici, id fraude effect
dandum eſſe. Candor, pr
dolor, hoc æuo res intermo
tua penè: Veritates à filiis h
minum diminutæ ſunt. Va
vnuſquiſque loquitur ad p
ximum ſuum. Labia doloſa
corde, & corde loquuntur.
cta & fucata penè ſunt omn
& in aliorum gratiam comp
ſita: politica & agendi & loq
di ratio viget, obſequia fall
dexterâ deferuntur. Aliud p
mittitur ore, aliud mente

Plutar. in Lacon.

ſtit

ſtinatur; ſicque tota fides periclitatur, & veritas collabaſcit. Porrò fraus, indiuidua mendacii comes, eſt ex genere ſuo peccatum læthiferum: Quod ſi damnum afferat, reſtitutioni quoque obnoxia eſt. Opponitur autem ſimplicitati, vt D. Paulus his verbis indicat: Timeo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutiâ ſuâ; ita corrumpantur ſenſus noſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto IESV. Veritati item & ſinceritati; aliud enim homines fraudulenti loquuntur & faciunt, quàm in corde & animo verſant, duabus ſedibus ſedent, duo loca occupant: prætendunt gratiam, & nectunt interitum. Similes terræ, de quâ ſumpti ſunt, & in quam reuertentur, 2. Cor. 11. 3.

quæ exteriùs flores fructuſque ſuaues effert, cùm in corde inferorum ſedes contineat, dæmoneſque & damnatos habeat reconditos. Vel ſimiles dixerim iis, qui morbum ſimularunt, de quibus Sextus Iulius; C. Pompeius, cùm ſuſpectos haberet Haucenſes, & vereretur ne præſidium acceptarent, petiit ab eis vt ægrotos interim apud ſe refici paterentur; annuentibus illis, fortiſſimiſque habitu languentium miſſis, ciuitatem occupauit. A Chriſtiano pectore, quod cœlum Deumque cogitat, fraus omnis abeſſe debet, fideſque hoſti etiam data, ſeruanda.

Stratag. l. 4. cap. 9.

CAP. XXII.

CAPVT XXII.

Fraudis remedia.

FRequens inprimis lectio & meditatio, ſæpe etiam repetita memoria eorum, quæ de fraude & dolo in S. Scriptura, ſequentibus teſtimoniis continentur: *Simulatores & callidi prouocant iram Dei.* *Iob. 36.13.* *Abominatio Domini eſt omnis illuſor.* *Prou. 3. 31.* *Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus.* *Prou. 5. 8.* *Maledictus doloſus.* *Malach. 1. 14.* *Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* *Pſ. 54. 24.* *Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt.* *Pſal. 11. 4.* *Ei qui ambulat fraudulenter, ne commiſcearis.* *Prou. 20. 20.* *Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.* *Pſ. 33. 14.* Id exemplo ſuo nos docet *1. Pet. 2.*

Dominus noſter; de eo enim dicitur: Peccatum nō fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Et D. Paulus quoque ſuo: Abdicamus (execramur) occulta dedecoris, nō ambulantes in aſtutià, neq; adulterantes verbum Dei. Sentiunt idē ad remedium fraudis & doli, Sancti Orthodoxiq; Patres. S. Hieronymus: Habeto ſimplicitatem columbæ, ne cui machineris dolos; & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplanteris inſidiis. Nō multùm diſtat in vitio, vel decipi poſſe, vel decipere Chriſtianum. S. Gregorius M. ſic habet: Verba inſtituta ſunt proptereà à Deo, vt non ſe inuicem homines fallant, ſed vt ad alterius quiſque notitiam cogitationes ſuas proferat; verbis igitur vti ad fallaciam, & frau-

Ep. ad Paulin.

In Mor.

& fraudem, non ad quod inſtituta ſunt, peccatum eſt. Et Cyprianus: Facilior cautio eſt, vbi manifeſta eſt formido; & ad certamen minùs tunc præſtituitur, quando ſe aduerſarius confitetur: plus timendus eſt & cauendus inimicus, cùm latenter ſurrepit, quàm qui pacis imaginem fallens, occultis acceſſibus ſerpit, vnde & ſerpentis nomen accepit. Et Venerabilis Beda: Diuturna fraudatio tædiorum eſt nutrix, ſuſpicionum fomes, impatientiæ fax, nouerca amoris, deſperationis mater. Pœnæ & ſupplicia remedii quoque loco eſſe poſſunt. Serpenti dictum eſt, Quia feciſti hoc (id eſt, Euam decepiſti) maledictus eris inter omnia animantia & beſtias

In Epiſt.

Super Cant.

Gen. 3. 14.

 ter-

terræ; ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius: Ipſa conteret caput tuũ, & tu inſidiaberis calcaneo ei⁹.
3. Reg. 21 Geneſis. 19. 14. 20. Multoties voluit ſeducere Iacobum Laban ſocer: Sed Dominus in fraude circumueniẽtium illi affuit. Scelerata Iezabel crudeli aſtutiâ vſa eſt, vineã vt Naboth viro ſuo aquireret: Sed in magnum malum ſuum.
4. Reg. 5:7. Act. 5. 5. 10. Giezi aſtutię ſuę lepram in pręmium accepit. Ananias, quia fraudauit⁹ de pretio agri ſui, quem ipſe vendiderat, tanquã reus fraudis periit, & fallaciæ poënam exoluit.
Ioſ 9. 4. In Dial. 3: l. c 14. Gabaonitæ quoque fraudulentiæ ſuæ pœnas dederunt. Acceſſerunt ad Iſaac quidam peregrini, vt refert

fert D. Gregorius M. veſtibus pannoſis obſiti, ita vt penè nudi viderētur. Cùmq; ab hoc veſtimenta peterent, eorū verba vir Dei (Iſaac) tacitus audiuit. Qui vnum ex diſcipulis ſuis protinus ſilenter vocauit, eiq; præcepit dicens: Vade, atque in illa ſilua, in loco tali cauam arborem require, & veſtimenta, quæ in ea inuenies, defer. Cùmq; diſcipulus abiiſſet, arborē, ſicut iuſſus fuerat, q̄ſiuit, veſtimenta reperit, & latenter detulit magiſtro: Quæ vir Dei ſuſcipiens, peregrinis nudis & petentibus reſpōdit & præbuit dicens: Venite quoniam nudi eſtis, ecce tollite & veſtite vos: Hæc illi intuentes, recognouerunt quæ poſuerunt, magnoque pudore conſternati ſunt. Et qui fraudulenter veſti-

menta quærebant aliena, confuſi receperunt propria. Popielus Regis Poloniæ paruus filius, mortuo parente, ꝓpinquo Regni Adminiſtratori cõmendatꝰ eſt, ſed ille cùm primùm adoleſcere cœpit, ſimul cœpit, & malè viuere, omnibuſq; nequitiis diffluere. Ad curandũ iuuenẽ vxor quæſita eſt, quæ nihilo melior, eum in omni ſcelerum genere potiùs cõfirmat. Huius enim cõſilio (quòd impietati ſuæ aduerſarios haberet Regni primates) ſe ægrotare ſimulauit, atque ad lectum, in quo decumbebat, cõuocari iuſſit nobiliſſimos quoſq; totius Regni Dynaſtas; ad quos conuerſus, ceu ſupremũ vale dicturꝰ, hunc in modum loqui cœpit: Quando iam terminum vitæ inſtare video, nec vllã ſupereſſe ſpem
ex

ex morbo hoc conualeſcendi, rogo vos, Domini mei, atque obteſtor coniugem meam, duoſq; filios in veſtram fidem recipere, tueriq; velitis; ac mihi æternùm abituro, hunc vobis hauſtum propinanti (veneno mixtus erat) in orbẽ reſpõdeatis. Quo dicto, libauit poculum ſimulator eâ arte, vt nec venenũ admitteret, nec dolus ſubeſſe vll⁹ crederetur. Biberũt deinceps ſinguli, indeq; digreſſi, duarũ horarum ſpatio, venenô intra viſcera ſæuiente, extincti ſunt vniuerſi. Hic rex poſtea, Deo ita vindictã ſumente, terrâ marique profugus, infectos vbiq; habuit mures, donec ab iis denique oppreſſus, omnino conſumptus, dignas ſcelere ſuo pœnas exoluit. Tractus S. Eugeni⁹ ad Hunericum regem cum Cyro-

Digitized by Google

Greg. Tur. l. 2. hiſt. Fran. c. 3.

Cyrola Arianorum Epiſcopo, pro fide Catholica decertauit: cùmque eum de S. Trinitatis myſterio potentiſſimè deuiciſſet, & inſuper multas per eum virtutes Chriſtus oſtenderet, in maiorem inſaniam Cyrola Arianus, inuidiâ inflammante ſuccenditur. Erant tunc temporis cum S. Eugenio viri prudentiſſimi atque ſanctiſſimi, Vindemialis & Longinus Epiſcopi pares gradu, virtute non impares; Nam S. Vindemialis eo tempore ferebatur mortuũ ſuſcitaſſe. Longinus autẽ multis infirmis ſalutem tribuit. Eugenius quoque non ſolùm viſibilem oculorum cæcitatem, ſed etiam mentium depellebat. Quod cernens ille nequã Arianorum Epiſcopus, vocatũ ad ſe quendam hominem ab illo,

illo, quo ipſe viuebat errore deceptum, ait: Non patior q; hi Epiſcopi multa in populo ſigna depromant, illoſq; cuncti, me neglecto, ſequantur. Acquieſce nunc his quæ præcipio, & acceptis quinquaginta aureis, ſede in platea, per quam nobis eſt tranſitus: & manum ſuper clauſos oculos ponens, me præeunte cum reliquis, exclama magnâ virtute, dicens: Te, beatiſſime Cyrola, noſtræ religionis Antiſtes, deprecor, vt reſpiciens, manifeſtes gloriã & virtutem tuam, vt oculos meos aperiens, merear lucem videre, quam perdidi. Qui iuſſa complens, reſideníque in plateâ, tranſeunte hæretico cum ſanctis Dei; Iſte qui Deum irridere cogitabat, exclamat magna virtute dicens: Audi me.

Digitized by Google

me, beatiſſime Cyrola, audi me, ſancte Sacerdos Dei, reſpice cęcitatem meam. Experiar ego medicamenta, quæ ſæpe cęci reliqui à te meruerunt, quę leproſi experti ſunt, quæ ipſi etiam mortui perſenſerunt. Adiuro te per iſtam virtutem quam habes, vt mihi deſideratam reſtituas lucem, quâ graui ſum cæcitate percuſſus. Veritatem enim neſciens, verum dicebat; quia cæcauerat eum cupiditas, & virtutem Dei omnipotentis irridere per pecuniam æſtimabat. Tunc hęreticorum Epiſcopus paululū ſe diuertit, quaſi in virtute triumphaturus, elatus vanitate atque ſuperbia, poſuit manum ſuper oculos eius, dicens: Secundùm fidem noſtrā, quà rectè Deum credimus, aperiantur

tur oculi tui. Et mox, vt in hoc nefas erupit, riſus mutatur in planctũ, & dolus Epiſcopi eſt patefactus in publico. Nam tãtus dolor oculos miſeri illius inuaſit, vt eos digitis vix comprimeret, ne creparent. Deniq; miſer clamare cœpit, ac dicere: Væ mihi miſero, quia ſeductus ſum ab inimico legis diuinæ. Væ mihi, qui Deum, per pecuniam, irridere volui, & quinquaginta aureos accepi, vt hoc facinus perpetrarem. Ad Epiſcopum autem aiebat: Ecce aurum tuum, redde lumen meum, quod dolo tuo perdidi. Voſq; rogo glorioſiſſimi Chriſtiani, ne deſpiciatis miſerũ, ſed velociter ſuccurrite pereunti. Verè enim cognoui, quia Deus non irridetur. Tunc ſancti Dei miſericordiâ

moti:

moti: Si, inquiunt, credis, omnia poſſibilia ſunt credenti. At ille clamabat voce magnâ: Qui non crediderit Chriſtum filium Dei, & Spiritum ſanctũ æqualem habere ſubſtantiam atque deitatem cum Deo Patre, hodie quæ ego perfero, patiatur. Poſt confeſſionem à ſe peractam viſui reſtitutus eſt, & ſanitati, confuſo Ariano Cyrola. Brulæus Oſtuno Geneuam vigentis illic religionis ſtudioſus demigrat, & cùm inops eſſet, atque pauper, vterque, ipſe & vxor Caluini gratiam aucupabantur, vt ei commendati, peculii pauperum, cuius ipſe loculos geſtabat, eleemoſynarumque fierent participes. Eis Caluinus vitæ ſubſidia benignè pollicetur, aliiſque in rebus ſe adiuturum promittit.

Ex Vita Io. Caluini c 13. per Bolſecum.

Digitized by Google

rit, ſi ipſi contra ſuam operam ſibi non negarent ad rem quandam, quam per eos fieri vellet; Sed opus eſſe fide & magnâ taciturnitate. Viciſſim autem illi ad hoc, quod iubere vellet, promptos ſe offerunt. Et quẽadmodum à Caluino edoctus, inſtructuſque fuerat, miſer ille Brulæus morbum ſimulat, & ſe in lectum abiicit. Miniſtri pro concione populo cõmendant, vt precibus iuuarent, eleemoſynis paupertati ſuccurrerent. Non diu poſt perſonam mortui induit, & quidem mortuum ſe ſimulat. Hinc Caluinus clam admonitus, quaſi tamen omnium rerum ignarus, deambulatum prodit, ſed comitatus pro more ſuo magnâ cateruâ amicorum, qui ipſi ſingulariter coniuncti, & ſum-

ſummè intimi eſſent, ſine quibus vix pedem domo efferebat. Poſtquam autem eò ventum eſſet, vbi clamores & eiulatus vxoris, quæ miſellam & deſolatam aliquam mulierem egregiè exprimebat, exaudiret, quidnam hoc eſſet ſciſcitatus, domum ingreditur, vbi in genua ipſe, & reliqua caterua prouoluitur, precibuſque altâ voce profuſis Deum obteſtatur, potentiam ſuam vt declarare vellet, ſimulque manifeſtum facere, ſe Caluinum peculiarem ſibiq; gratum ſeruum eſſe, & ſe ad Euangelii ſui miniſterium, & Eccleſiæ reformatorem ſingulariter ac verè vocatum. Poſt quas preces ad mortuum appropinquat, & miſeri hominis manu apprehenſâ in Dei, & filii eius Domini

mini noſtri IESV Chriſti nomine imperat, vt ſe erigeret, Deiq; ſic gratiam manifeſtam faceret. Repetit iterum ſepiuſque eoſdem ſermones, voce etiam altiùs eleuata. Quid fit? Neque audit, neque loquitur, neq; ſe cōmouet mortuus; iuſto enim Dei iudicio, qui fucos mendaciaq; deteſtatur, is qui ſe mortuum ſimulabat, verè eſſe mortuus repertus eſt, & vxor quicquid eum agitaret, quomodocunque eum impelleret, neque vocem extorquere, neq; vt ſe commoueret, efficere potuit; totus enim frigebat, rigebat totus. Quo animaduerſo vlulatus ſeriò edere, & ex animo cœpit plorare vxor, & in Caluinū inuecta, impoſtorem eum, ſicariū, latronē, qui maritum interemiſſet, appel-

appellans, ex ordine rem, quomodo erat geſta, ęlatâ altâque voce expoſuit. Quæ cùm nec admonitionibus vllis permoueri, neque minis ſatis terreri poſſet vt taceret, Caluinus, apud mortuum, eâ relictâ, ſe abduxit, in vulgus ſpargens mœrore mariti obitu deliram, ideòque excuſandam, & hoc illi indulgendum eſſe. Certum hoc eſt, conuentum cum eâ deinde, vrbe vt excederet, & eſt ipſa Oſtunum reuerſa. Remedium & illud præbet, quòd Fraus veritati repugnet, iuxta illud: Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinam. Simplicitati deinde, quam Deus amat, cumq; ſimplicibus ſermocinatur. Et illud facit medicinam: Qui vult vitam diligere, & dies videre

Prou. 26. 28.
Prou. 3. 31.

dere:

dere bonos, coerceat linguam ſuam, & labia eius ne loquantur dolum. Deus, qui totus oculus eſt, decipique non poteſt, manifeſtabit olim conſilia cordium, & reddet vnicuiq; ſecundùm opera, & verba quoque ſua.

CAPVT XXIIII.

Mala Garrulitatis.

GArrulitas, linguæ ſcilicet deambulatio, longa, inanis, & inconſiderata eſt verborum profluentia, oriturque, iuxta B. Climacum, ex tribus, inani gloriâ, ventris ingluuie, & peruerſâ conſuetudine. Inanis gloriæ cupidi, quemadmodum Delrius noſter ſcribit, plurima ad laudem propriam pertinentia effutiunt, vt videãtur multa ſcire, legiſſe, audi-

Clim. Gr. 11.

De Silent. lect. 15.

uiſſe, vidiſſe, geſſiſſe; ne quis neſciat, quales ſint aut fuerint. Plerumque, qui ſterilio-res veræ laudis ſunt, hoc pacto falſam ſollicitiùs aucupantur; eſt enim iactantia ſuperbiæ filiarum vna, teſte S. Gregorio. Qui verò cibis pleni, vino æſtuant, proni erumpunt in ſcurrilia, litigioſa, otioſa verba, quare Theologi multiloquium & ſcurrilitatem tradunt eſſe gulæ filias. Niſi, ait Gregorius M. gulæ deditos immoderata loquacitas detineret, diues ille, qui epulabatur quotidie ſplendidè, in linguâ graui flammâ non arderet. Quærit idem alibi: Cur diues in tormentis poſitus, linguam ſuam refrigerari poſtulet, cùm eum Scriptura non de loquacitate, ſed de

Lib. 31. Mor. c. 31.

In Paſtor. Luc. 16. 24.

Hom. 40. in Euang.

de elatione, & tenaciâ notarit? niſi quòd is, qui conuiuando magis loquacitate peccauerat, per retributionis iuſtitiam, in linguâ atrociùs ardebat? Hinc Zeno, cùm legatis regiis Athenis adhibitus conuiuio, & tacens ab illis interrogatus eſſet: De te, ô Zeno, quid Regi nunciare nos conuenit? Nihil aliud, inquit, quàm Athenis ſenem eſſe, qui nôrit inter pocula tacere. *Plutar. de Loq.* Rectè Cato Cenſorinus ſimilem facit veternoſo; quem vrget aſſidua ſitis bibendi. Similem alius facit garrulum puero glaciem manu tenenti, quam, quia pellucida eſt, nollet amittere, ſed quia lubrica eſt, nequit retinere. Non nemo comparat

loquaces fractis & putrefactis fictilibus, quippe qui nihil cõtinere valeant, ſed omnia innato linguæ vitio ſtatim effundant. Verbo: Rimarum pleni ſunt, hac & illac perfluentes. Denique quicunq; improbam garriendi conſuetudinem imbiberunt, miros in loquendo progreſſus faciunt, loqui vt ceſſare non poſſint. Turture ſcilicet, picâ, graculo, ſturnoue loquaciores; anſere magis obſtreperi, cicadâ vocaliores. Tribus his addo illud, quòd lingua in vdo poſita ſit, facilèque adeò in lubrico profluat; quòd item nunquam ſeneſcat. Antipater, cùm quidã mentionem feciſſet de Demade ſenio confecto, ſed craſſo & loquace: velut, ait, ex immolatâ victimâ, venter tantùm

Apud Plut.

tùm

tum & lingua ſupereſt. Hoc ideo dicebat, quia tunc immolantes Græci, adhuc infideles, animalia ſuis Diis, linguam tamen, tanquam profanum mēbrum, non immolabant. Lingua, ad ſummam, nunquam ſilet, nunquam obmuteſcit, receptui nunquam canit. Vnde illi hoſpitio ſimilis eſt, cui vas ſine operculo, aut abſque ligamine ſacculus pro inſigni eſt; de quo ſcriptura: Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam deſuper, immundū erit. In Schola Pythagoræ garrulus non ſtuduit; ſed cum ranis in plaude. Reprehenſus dicit: Tace pro me, & ego pro te loquar: hortus non ſum concluſus, fons non ſignatus. Iliadem autem texo, & Antimachum ſermonis prolixitate ſupero. *Num. 19. 15.*

 pero.

pero. Vir ſum labiorum, phraſi Hebraicâ, ſcabie loquendi laboro. Certis horis diei coaxent ranæ, non ſemper obſtrepant anſeres, non omni parte anni moleſta ſit garrulitate hirundo, nō omnibus menſibus canat occyx, cicadis humeſcens cœlum imponat ſilentium, luſcinia feſſa canendo deſinat tandem, ego tamen nullo non loco, loquar, loquendi finem non faciam. Præclarè Theophraſtus: Loquaci durum eſt tacere; linguam enim tanquam in vdo habet, atque adeò præ quâuis hirundine garrulus videri mauult quàm tacere: adeò ſe irrideri fert patienter, idque vel à puerulis ſuis, qui ſomnū petituri, iubeant aliquid ſibi narrantem verba facere, vt ita nobis,

Digitized by Google

bis, inquiunt, ſomnus obrepat. Garruli lingua, vt Gellius loquitur, tam prodiga effreniſque eſt, vt fluat ſemper, æſtuetq; colluuione verborum teterrimâ. Eo loquacius nihil vnquã vidi, non Cercopem, nõ picam, non luſciniam, non turturem, non cicadam, ait apud Athenæũ Alexis. Hugo de linguoſi qualitatibus citat' hos verſus: *In Charac.* *Ad cap. 29. Prouer.*

Sit tibi linguoſus vir quinque modis odioſus,
Præproperus, præceps, ignarus, fictilis, anceps.

Ex loquacitate porrò multa naſcuntur mala: Ea B. Climacus his verbis deſcribit: Loquacitas ignorãtiæ certũ eſt argumẽtum, detractionis ianua, ſcurrilitatis dux, mendacii opifex, *Gr. 11. de Loquac.*

compunctionis deſolatio, acediæ auctor, ſomni præcurſor, intentæ fixæq; cogitationis diſſipatio, cuſtodiæ exterminatio; ſicut contrà taciturnitas in cogitatione mater eſt orationis, captiuitatis reuocatio, ignis diuini amoris obſeruatio, cogitationum diligens inſpectio, ſpecula hoſtium, carcer luctus, lachrymarum amica, memorię mortis operatrix, ſuppliciorũ pictor, iudicii indagatrix, inimica fiduciæ, quietis coniunx, ambitioſæ doctrinæ aduerſatrix, ſcientiæ adiector, ſpeculationis opifex, ſecretus in Deum profectus, occultus aſcenſus. Hæc ille. In loquacitate, ceu cloacâ quadam, vitia ferè omnia colliguntur. Quemadmodum etiam flumen, cùm exundat, colligit in ſe ſordes omnes

omnes & cœnum; ſic, iuxta D. Ambroſium, lingua, cum ſe effundit ad multum loquendũ, continet in ſe multitudinem criminũ. Habet, teſte D. Bernardo, octo minimùm filias, à quibus innumeræ aliæ progignuntur; eſt enim quædam locutio ſtulta, inanis alia, mendax, otioſa, fallax, maledica, carnalis, alia denique, quæ cæteras omnes excuſat ac defendit. Charillus interroganti, quã ob cauſsã Lycurgus tam paucas leges tuliſſet Lacedæmoniis? Quia, inquit, parùm loquentibus, paucis etiam legibus opus eſt. Senſit nimirum, pleraque mala ex multiloquio naſci. Garruli dũ loqui volunt, in odia incurrunt, dũ gratificari, moleſtiam adferunt, dum in admiratione eſſe, ridentur, nullo lucro ſumptus faciunt, 1 *Offic.* 5. *Serm.* 11. *par.*

T 5 ſe

ſe peſſundant, iniuriâ amicos afficiunt, inimicis proſunt. Quemadmodũ hirundines, ait quidã, perpetuo friguritu voluptatem familiaritatis & hoſpitii corrumpunt; ita loquaces auditoribus etiam amiciſſimis continuò obtundendo, moleſtiam magnam adferunt. Cognoſcuntur quoq; eius mala ex variis rebus, quibus comparatur; ſimilis enim eſt garrulitas vaſi vacuo tinnienti, do-
Plutar. de Garrul. ioD anaidũ rimarũ pleno, heptaphoro ſeptiuoci, ollæ ferventi, quæ ſemper ebullit, vineæ, quæ non habet ſepem, ciconiæ, mulieri garrulæ, ianuæ apertę balnei, ciuitati ſine mœnibus, ranis illis, qui totam Ægyptum miſerè olim vexarunt, nugacitati, obtundit enim, cùm vanitate rerum, tum
inani.

inanitate verborum. Quibus in omnibus, & nimii ſunt, & importuni, valdeq; indecentes garruli, ſponſum, quia oris oſtium ſemper habent apertum, fugantes.

CAPVT XXIV.

Garrulitatis remedia.

INſanabilis quibuſdam videtur eſſe Garrulitatis cacoethes; Oratio enim, vt Plutarchus inquit, quæ aduersùs eum morbũ valet medicina, audientiũ eſt; garrulus autem neminẽ audit, ſurditate ſcilicet laborans. Rectè quidam: Implere te nihil audientem ego nequeo. Sanari tamẽ poteſt, ſi Sacrarum primùm ſcripturarum loca ſequentia ſedulò diligẽterq; cõſiderentur. Nunquid qui multa loquitur, non audiet? aut vir

Iob. 11. 2. verboſus iuſtificabitur? Vtinā
taceretis, vt putaremini eſſe
Iob. 13. 5. ſapientes. Vir linguoſus non
Pſ. 39. 12. dirigetur in terra. In multilo-
Prou. 10. 19. quio non deerit peccatum; qui
autem moderatur labia ſua
Prou. 17. 27. prudentiſſimus eſt. Qui mode-
ratur ſermones ſuos doctus &
prudens eſt. Stultus verba mul-
tiplicat. In multis ſermonibus
Eccl. 10. 14. eſt ſtultitia. Qui odit loquaci-
tatem extinguit malitiam. Qui
Eccl. 19. 5. multis verbis vtitur, lædit ani-
Prou. 8. 36. mam ſuam. Sit autem omnis
homo velox ad audiendum,
Iac. 1. 19. tardus ad loquendum. A diui-
nis ſcripturis non abludunt SS.
Patres, quorum ſententiæ anti-
doti quoque loco eſſe poſſunt.
Deus linguam incluſit ſub
duobis ſeptis, dentibus & la-
Hom. 22. pop. biis, ait Chryſoſtomus, vt dili-
genter cuſtodiatur, neq; libe-
rius

Digitized by Google

rius euagetur. Et binas aures homini dedit, linguam vnicã, vt moneretur plura audire, loqui pauca, ait Baſilius. Alliga ſermonem tuum, infit Ambroſius, ne luxuriet, laſciuiat, & multiloquio ſibi peccatum colligat: Sit reſtrictior, & ripis ſuis coerceatur. Gregorius M. Qui per verba diffluit, perditâ grauitate ſilentii, mentis cuſtodiam amittit: Si de verbo otioſo ratio redditur in die iudicii (quod terribiliter dixit Dominus) penſemus quæ pœna multiloquio maneat, in quo etiam per verba noxia peccatur? Diſcretâ ergo viciſſitudine penſanda ſunt tempora, ne aut, cùm reſtringi lingua debet, per verba ſe inutiliter ſoluat, aut cùm vtiliter loqui poteſt, pigrè ſe reſtringat. Bernardus:

Ep. 131
1. Offic. 4.
10. Moral. c. 2.
In Pact. p. 3. adm. 15.

Loqui multum ſtultitia eſt; parum, ſapientia. Diadochus: Quod balneis, idē accidit loquacibus: Si balnei oſtium crebro patefiat, calore paulatim emiſſo frigeſit: ſic qui multa ſine neceſſitate loquitur, licet p̄clara ſint, quę loquitur, per oris tamen ianuā, calorē internum exire neceſſe eſt. Iſaac Abbas: Si dolii os patulū relinquas, & culices inuolabunt, & vinū præſtans in vilem vappam degenerabit. B. Antiochus cōparat loquacitatem ardenter & contagioſè febricitanti. Fumo item ruſtici alliis ſaturo, & grauèolentiam aliis inſpiranti, quas peſtes cuncti fugiunt. Petrus Damianus comparat loquacem cum Zardelâ aue, cui quod egerit, necem affert, quia ex eius fimo frutex oritur, quē fiſcum

De perfec. Spir. c. 70.

Orat. 12.

Serm. 16.

Serm. 2. de Vitio Ling.

Digitized by Google

fiſcum vocat, de cuius humore tenax liquor, eiuſdem nominis conficitur, quo infœlix poſtea capitur. Dicta deinde Philoſophorũ & Oratorum, quæ à rationis lumine manare ſolent, garrulitatẽ curare poſſunt. Ariſtoteles à garrulo quodam vexatus, & abſurdis quibuſdam narrationibus exagitatus, ſubinde dicenti: Nonne hoc mirum eſt Ariſtoteles? Reſpondit: nõ profectò hoc mirum eſt, ſed ſi quis prȩditus ratione te ſuſtinet. Apud eundem dicenti cuidam verba quædã magni momenti, petentiq;: num ea verba magni faceret, nec ne? non infeſtiuiter reſpondit, ſe ea non magni facere vel mirari, ſed mirari hominem pedes ad fugiendum habentem, poſſe tam prolixos audire diſ-

diſcurſus. Garrulus alius multa nugatus apud eundem, tandem adiecit: Fortaſſis tibi obſtrepo meis nugis. Non per Iouem, reſpondit, apud me quidem. Nam ego ad nihil omniũ quæ dixiſti, aduerti animum. Nihil à Philoſopho dici potuit grauius, nihil in loquutoleium acerbius. Feſtiuum & illud Archelai regis, à quo cùm tonſor impendiò loquax, ſubinde rogaret, quomodo vellet radi, ſilendo inquit. Mirè Phocion taxauit eorum ſtudium, qui magnâ ſolicitudine meditantur, quàm copioſiſſima ſit oratio. Ageſilaus cuidam prædicanti quempiam tanquam admirandum artificem, quòd res minutas verbis amplificaret. Ego, inquit, ne ſutorem quidem bonum duxerim, qui magnum

gnum calceum inducat exiguo pedi. Pythagoram rogauit quidam quomodo inter ſapientes numerari poſſet? reſpondit: Serua ſilentium, donec neceſſarium tibi ſit loqui. Si dixeris nihil, niſi quod benè ſcieris, ſi geſſeris optima, & locutus fueris pauca; nam ſilentium ſignũ eſt ſapientiæ, & loquacitas ſignum eſt ſtultitiæ. Idem docuit domi non eſſe habendas hirundines, hoc eſt, vt Clemens interpretatur, garrulos. Seneca rariloquum, tardiloquum, & breuiloquum vult eſſe hominem: affirmauit itē, eum neſcire loqui, qui tacere neſciret. In templo Apollinis Pythii non Ilias, ſed: ne quid nimis reperitur. De Tantalo ſic Naſo: *In Prouer.*

Qua-

Digitized by Google

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

Ob incontinentiã enim linguæ (quia videlicet, cùm eſſet Deorum conuictor, eorum arcanos ſermones hominibus euulgauit) ſempiternâ ſiti & eſurie, dum aqua & poma ori captantis imminentia ſemper refugiunt, damnatus fuit, vt in eo membro pœnas exolueret, quo peccarat. Theocritus interrogatus à loquaci, quid ex dictis maximè placeret, reſpondit: quæ prætermiſiſti. Gellius garrulos appellat leues, futiles, importunos locutores, quiq; nullo rerum pondere innixi, verbis humidis, & lapſantibus defluunt, & quorum orationẽ benè exiſtimatum eſt in ore naſci,

Lib. 1. c. 15.

ſci, non in pectore. Verbo: Garrulus totus veluti lingua eſt, & penè omnium loquitur linguâ. Diues eſt verborum, inops rerum: Cordato proinde & prudenti tormentũ. Proderit in remediũ frequenter ſecum meditari Deum ſe habere verborũ omnium teſtem, qui, quæ leuia videntur, grauia cenſeat, quæ iocoſa, ſeria reputet. Se item aperire feneſtellam oſtii, ſponſumq; fugare; dæmonem autẽ, inſtar Hydrę exilentis in fauces Crocodili rodere viſcera, & enecare, dũ garriendo os dilatat. Se rurſum, perpetuò garriẽdo, bliteos alios iudicare, ſapientiã ſecum morituram, ſe ſolũ poſſe loqui; id quod in grauẽ illorũ iniuriam recidit. Se præterea rideri ab omnibus, aſini auriculis figi; audire ſe pro graui leuem, pro ſerio futilem, pro

cato inſipientem, pro pruden-te blateronem, pro modeſto nugatorem. Auctor ergo o-mnino garrulo ſum & ſuaſor, Deo ſe cõiungat, vt cum Moy-ſe tardioris linguæ efficiatur; imò cum Hieremia puer fiat, & neſciat loqui, niſi parum, & in tempore, ſiquidem magna bre-uitatis eſt gratia, vt ille cecinit:

Nobile lingua bonum, ſi fari in tem-pore nouit. Et contrà

Nobile lingua malum, ſi fari in tempore neſcit.

CAPVT XXV.

Mala Hæreſis.

HÆreſis doctrina eſt, Fidei Catholicæ contraria, cui, pertinaci animo voluntateque is inhæret, qui Fidem in Bap-tiſmi Sacramento profeſſus eſt, eamque & ipſe pro loqui-

tur.

Digitized by Google

tur, & aliis, tum priuatim, tum publicè diſputando, concionando, monendo, incitando perſuadere conatur. Eius pater auctorque eſt Diabolus, vt docet B. Ignatius, Cyprianus & Chryſoſtomus. Nec iniuriâ, quia, teſte Saluatore, Diabolus ab initio fuit mendax, & pater mendacii: Quid autem aliud eſt *hæreſis*, niſi mendax & falſa doctrina? Eiuſdem rei auritus eſt teſtis Caſſianus: Audiuimus, inquit, apertiſſimè confitentem Diabolum, ſe inſpiraſſe hæreſin Arrii & Eunomii. Et Irenæus tradit Simonem magum, & Marcum, alioſque hæreſiarchas habuiſſe Dæmones paredros & familiares; ſicut è contrà Eccleſia Catholica paredrum, quaſi aſſeſſorem & conſultorem habet Spiritum San-

Ep. 5. ad Trall.
De Vnit. Eccl. Hom. 12.
Io. 8. 44.
Coll. 7. c. 32.
Lib. 1. c. 9. Et 2. c. 57.

Sanctum. Quin & hæreſiarchæ ipſi idipſum confitentur. Lutherus ſiquidē teſtatur Diabolum, & ſe, inter ſe mutuò familiariter noſſe, & plus vno ſalis modio comediſſe, illumque dulci alloquio ſe frequenter cōueniſſe, & nocte excitaſſe atq; ſtimulaſſe, vt contra Miſſam ſcriberet, & ad eam rem argumenta ſuppeditaſſe. Zuuinglius narrat anxiè cogitanti ſibi, quomodo verba inſtitutionis Sacramenti corporis Chriſti, in alienum ſenſum detorqueret, intempeſtâ nocte ſpiritum monitorē ſibi adfuiſſe; albus autem, an ater ille fuerit, ſe ambigere. Eraſmus Albertus Baſileenſis Eccleſiaſtes, Cacodæmonem Carolſtadio concionanti, procerioris ſtatuæ, hominis ſpecie apparuiſſe ſcri-

Lib. de Miſ. angul.

Lib. de ſuppl. Euchar.

Digitized by Google

ſcribit, triduo antequam moreretur. Caluinus ad Bucerum monentem vt conuiciis & maledictis abſtineret, reſpondit: nō ſui ingenii morem eſſe, ſed ſui genii, puta Diaboli paredri; nec enim bonus genius maledicentiæ poteſt eſſe incentor & ſuggeſtor. Hæreſis patrem habemus. Ecquæ eius eſt mater? Superbia. Omnes hæretici, ait Tertullianus, tument, omnes ſcientiam pollicentur. Et Hieronymus: Quis hæreticorum non in ſuperbiam extollitur? D. Auguſtinus. Diuerſis locis, ſunt diuerſæ hæreſes, ſed vna mater ſuperbia omnes genuit, ſicut vna mater noſtra Catholica Eccleſia omnes Chriſtianos fideles toto orbe diffuſos. Gregorius: Hæreticos ad intellectum prauum intentio peruerſa non raperet, niſi

Ep. ad Bucer.

De Præſ. Gæret.

In Ab d. c 11

Lib. de Paſtor. c. 8.

priùs

priùs ſuperbia inflaret. Sed quæ eius vxor, vel concubina potiùs. Incontinentia Simon magus hæreſin condidit adiutus auxilio Helenę meretricis. Mótani hæreſis primordia ſumpſit à Priſca & Maximilla. Donati? à Lucilla. Elpidii? ab Agabe. Priſcilliani? à Galla; Lutheri alterius Luciferi? à Borra. Alii? à Megæris aliis. Raró hæreticus, infit Hieronymus, diligit caſtitatem; & quicunque amare pudicitiam ſe ſimulant, vt Manichæus, Arrius, Tatianus, venenato ore mella promittunt. Cæterùm, iuxta Apoſtolum, quæ ſecretò agunt, turpe eſt dicere. Ab iis certè exulat flos morum, honor corporum, decor ſexuum, integritas ſanguinis, fides generis. Pæderaſtiâ ſcilicet infames.

Hier. ep. ad Creſiph. To. 2.

In Oſ. c. 7.

Ad Eph. 5. 12.

Qui

Qui hæreſis filii? Helleboroſi, Falſi Prophetæ, lupi rapaces, veſtimentis ouium induti, petulantes hædi, ſatores Zizaniorum, canes, beſtiæ, antichriſti, inimici crucis Chriſti, ventris mancipia, iræ vaſa, homines mente corrupti & reprobi, circa fidem naufragantes, homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, habentes ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, fontes ſine aqua, nebulæ turbinibus agitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, fluctꝰ feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in interitum. Eos Sancti Patres negant appellandos Chriſtianos; ſi enim hæ-

Mat. 7. 24. & 25.

Iud. Ap.

retici ſunt, ait Tertullianus, Chriſtiani eſſe non poſſunt. Tantùm hæretico prodeſt Chriſtiani nomen, quantum caluo pecten, coeco ſpeculum, ſurdo tibicen. Sub vocabulo certè Chriſtiano, inquit Auguſtinus, doctrinæ reſiſtunt Chriſtianæ. Et alibi: Si diligenter, quę ad Chriſtum pertinent, cogitentur, nomine tenus, inuenitur Chriſtus apud quoslibet hæreticos, qui ſe Chriſtianos vocari volunt, re verò ipsâ non eſt apud ipſos. Cõferunt eoſdẽ idololatris; imò faciunt illis deteriores. Vincere dicunt omnes impietate. Cõparant illos canibus rabidis, ſerpentib⁹, baſiliſcis, ſquamoſis dracõib⁹, noctuis, ſcarabæis, ranis, muſcis, cimicibus, qui dum viuunt, mordent, mortui autẽ fœtent, lepro-

De Praſ.

In Enchir. cap. 5.

Lib. 18. Ciu. c. 15.

leproſis, fornacibus ardentib⁹, in quibus panes Antichriſto coquuntur, ſimiis, chamęleonti, hydris, araneis, putredini, membris putidis, viperis, quæ ventrem Eccleſiæ rodunt, centauris, vlulis, onocratulis, cyclopibus & Ætneis in antris ſatis & educatis. Eorum porrò fides in culinis calet, ſpes in ferculis iacet, charitas in cacabis feruet. Eorum pulmo templum eſt, aqualiculus altare, Sacerdos cocus: Dii Eduſa, Potuſa, cœlum orcus, niſi reſipiſcant, quod vnicè deſidero. Cauſſæ porrò hęreſum duæ sũt generatim, externa vna, interna altera. Externæ hæ numerãtur, multa & grauia populi peccata, inſcitia & ignauia eorũ, qui fidẽ orthodoxam tueri ac propugnare debebant, ceſſatio, vel

illegitimus vſus prædicationis verbi Dei, deprauatio & profanatio Sacræ ſcripturæ, Bibliorumq́; vulgata translatio, & cum rudi ac curioſâ plebe facta communicatio; Indiſcreta profanorum Auctorum lectio, & frequens cum hæreticis commercium, librorumq; eorundem lectio; Dæmonis tandem Vatinianum odium, & nunquam intermiſſum ſtudium, nos in hanc hæreſum fraudem & perniciem perniciosiſſimam inducit. Internæ hæ ſunt, mentis noſtræ imbecillitas, Fidei ſuperadditæ obſcuritas, maieſtas doctrinæ Fidei, quæ diuinitùs etiam adiuta, ratione ſatis comprehendi nequit, inanis nominis & famæ titillatio atq; pruritus, vulgi fauor, plebis acclamatio,

matio, aura popularis, & ſuperbia, quâ ei parere nolumus, qui in fide errare non poteſt. Non aliunde, inquit alicubi Cyprianus, hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt Schiſmata, quàm inde, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Chriſti cogitatur, cui ſi ſecundùm magiſteria diuina, obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduersùm Sacerdotum Collegium moueret quicquam, nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragiũ, poſt Coepiſcoporum conſenſum, iudicem ſe non iam Epiſcopi, ſed Dei faceret. Nemo diſſidio vnitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet. Nemo ſibi placens & tumens ſeorſum foris *Epiſt. 3.*

nouam hæreſin conderet, niſi ſi ita eſt aliquis ſacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, vt putet ſine Dei iudicio fieri Sacerdotem, &c. Iam hæreſis in Eccleſiam, Chriſtianamque Rempublicã horribilẽ vaſtitatem, innumerabileſque clades inuehit. Illius enim, ceu Spiritualis ædificii fundamentum (Fidem) euertere, parietes Spei cõuellere, tecti charitatis tegulas decutere, imbrices confringere, trabes deuoluere, omniq; adeò illud honore nudare, & penitus diruere, huius autem pacem & tranquillitatẽ diſturbare molitur. Ex quorũ vtroq; perduelliones, ſeu imminutæ maieſtatis crimina, à Principibus alienationes & defectiones, ſeditiones, tumultus Regnorum, rerumq; publicarum

incen-

incendia & vaſtationes ſequũtur. Quæ Gentiles & Iudæi in Chriſtianos patrarint; quæ Aphricani in Oriente, Donatiſtæ in Aphrica aduerſus Catholicos egerint, ex hiſtoriis notum eſt. De ſuperioris & inferioris Germaniæ calamitatibus nihil in præſens dico; taceo & ærumnas ac miſerias Bohemiæ, Poloniæ, Scotiæ, Galliæ, & aliarum Prouinciarum ad Aquilonem Septentrionemq; ſpectantium. Miſerandam autem hanc rerum omnium conuerſionem & euerſionem, tantumq; hęreſum incendium, quo omnia ferè deflagrant, deploro vt qui maximè; Deumq; inſuper rogo, portas vt inferorum exſcindat, & à finibus Eccleſiæ ſubmoueat.

Digitized by Google

CAPVT XXVI.

Remedia Hæreſis.

CONſideretur primùm Fidei doctrinam, quemadmodum & Eccleſiam, iuxta SS. Patres, debere eſſe vnam, ſanctam, catholicam, Apoſtolicam, rectè ordinatam, non errantem: nullam autem harum proprietatum hæreſi ineſſe, ſeu hæreticorum Synagogæ, adeòque explodendam & exterminandam. Vna non eſt, ſed multiplex, ſed diſcors, ſed diſſecta, ſed, vt de Donatiſtis olim ſcripſit Auguſtinus, in minutiſſima fruſta conſciſſa. Quod ſi aliqua omnino ſecta eſt, vti omnes in particulari eſt, quæ vnitatem doctrinæ retineat, vna tamen propriè non eſt, quandoquidem eius ratio

Lib. 1. de Bapt.

diſſen-

diſſenſionum radice continetur, hoc ipſo, quòd Scripturæ S. ſententiam, certæ alicui infallibilique auctoritati non committat, ſed cuiuis Scripturam, vt iudicem proponat: idquod variarum opinionum hæreſumque ſeminarium neceſſariò exiſtit. Profana deinde eſt, impura, & ſexcentis erroribus, falſitatibus, mendaciis, paradoxis, doctriniſque dæmoniorum ſcatens. Inſolens item quædam particula, vt Pacianus loquitur, tuberque collectum, & à reliquo corpore ſeparatum, in angulis hærens, in penetralibus ſedens, ſub modio deliteſcens, macieque confecta contabeſcens. Ab Apoſtolis præterea Apoſtolicisque viris, iuxta diuinas promiſſiones, per partes notata, *Ep. ad Sympl.*

repreſſa, proſcripta, damnata. In Simone quidem mago & Eunomio damnarunt illi iuſtitiam, ſalutemque fide ſolâ contineri. In Donatiſtis & Nouatianis ſacri Chryſmatis contemptum. In Vigilantio (Dormitantio) & Iconoclaſtis, ſanctarum reliquiarum & imaginum conculcationem. In Aerianis & Armenis neglectum orationis & ſacrificationis pro defunctis. In Petrobruſianis ſacrificii Miſſæ opinatam Idololatriam. In Berengario & Wicleffo verborum dominicæ cœnæ ad tropum, ſymbolum, ac ſpiritualẽ manducationem detorſionẽ. In Iouiniano voti virginitatiſque violationem. In Aerianis ieiuniorum exilium. In Proclo & Meſſalianis concupiſ-

piſ-

piſcentiæ in renatis peccatum. In Vigilantio religionis paupertatiſque odium. In Donatiſtis veteris Eccleſiæ in fide errorem. In Arrianis & Eunomio ſolius Scripturæ in fidei rebus decidendis neceſſitatem, &c. Caret inſuper hæreſis hæreticorumque Synagoga varietate, differentiâque ſtatuum, officiorum & adminiſtrationum, Paſtorum item & Doctorum legitimè vocatorum ſibi ſuccedentium perpetuâ ſucceſſionis ſerie. Omni denique doctrinæ vento eſt agitata. Nec mirum; eius enim Magiſter Lutherus puteum abyſſi, claue acceptâ, illi aperuit, defoſſoſque olim errores, vel eruit ipſe, vel aliis eruendos reliquit, & ipſi *Apoc. 9. 2.*

ſpiritu erroris arrepti, vertiginiſque vento iactati, ad ventrem Eccleſiæ, in quo, iuxta Auguſtinum, veritas manet, depoſitoriumque diues Eccleſiæ eiuſdem, in quo veritatem Apoſtoli collocarunt, pro claue non recurrunt. Quæ ſi quis attentè conſiderauerit, hæreſin omnem damnabit, & à conſuetudine hæreticorum abſtinebit. Id quod ad antidotum alterum pertinet. Apoſtolus Tito, licet Epiſcopo, ſic ſcribit:

Tit. 3, 10. Hæreticum hominem, poſt vnam & ſecundam correctionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus. Dicitur autem proprio iudicio condemnatus, teſte Hieronymo, proptereà quòd adulter, fornica-

tor,

Digitized by Google

tor, homicida, & cætera vitia per Sacerdotes ab Eccleſia propelluntur; hæretici autem in ſemetipſos ſententiam ferunt, arbitrio ſuo de Eccleſia recedentes, quæ receſſio propriæ conſcientiæ videtur eſſe damnatio. Et ad Timotheum: Prophana & inaniloquia deuita; multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit. Deuita, inquit Lyrinenſis, quaſi viperá, quaſi ſcorpionem, quaſi baſiliſcum, ne te vel tactu, vel viſu percutiat. B. Ioannes docet nec Aue dicendum eſſe hæretico; qui enim illi dicit Aue, communicat operibus eius malignis. Idē, quemadmodum D. Irenæus refert, cùm Epheſi ad balneum iret lauandi cauſſâ, videns intus Cherinthum hæreticum, de

1. Tim. 1. 16.

In Suo commonit.

In alt. Ep. 11. 10.

Lib. 3 cont. Hæreſ. c. 3.

de balneo exiliuit non lotus, ne concideret balneum, & omnes opprimeret, in quo erat Cherinthus veritatis hoſtis. Refert ibidem de S. Policarpo, quòd Marcioni aliquando occurrenti ſibi & dicenti: cognoſcis nos, reſponderit: Cognoſco te primogenitum Diaboli. Tantam Apoſtoli (ſubdit Irenæus) eorumque diſcipuli *habuerunt* timorẽ, vt nec verbotenus cõmunicarent alicui eorũ, qui adulterauerunt veritatẽ. D. Antonius, vt de eo refert S. Athanaſius, amicitias hæreticorum, perditionem animæ eſſe aiebat: & ſermones eorum multò ſerpentibus eſſe deteriores: Vnde omnibus dicebat nec iuxta eos quidẽ eſſe accedendũ. Conſideretur item ſupplicium mortis quod in hęreticos

Digitized by Google

cos licitè iuſtiſſimèq; decerni poteſt; tanquã maieſtatis, non humanę ſed diuinę reos ac perduelles; & nõ monetæ, ſed ſcripturæ ſacræ falſarios, poſtquã ab Eccleſia damnati ſunt. Gladius autẽ in eos ab illis ſtringitur, qui eum portant Dei miniſtri, vindices in irã eis qui malè agunt; quemadmodũ diuinis ſcripturis, legibus Eccleſię, Imperatorum ſanctionibus, & rationi conformiter docuerunt Sancti Patres; & Caluinus, Beza & alii probarunt. Libri quoq; illorum, qui hæreſin cõtinent, cùm nõ minus, ſed maius interdum damnũ, quàm ipſorum auctores, in Eccleſiam Dei inferant, è medio, iure tolluntur, vulcanoq; conſignantur. In remedium etiam conſiderentur tragici exitus hæ-

hæreticorum. Simon magus Simoniacorum caput, pluriũque aliarum hæreſum architectus, cùm Romæ per aëra volare vult, precibus S. Petri deiectus, nõ volat, non graditur, non mouetur perbella auis; ipſi deficiunt & pennæ & pedes, vt ait S. Maximus Epiſcopus, diſſerens de hoc Dædalo. Cherinthus dum vnâ cum ſuis ad balnea proceſſiſſet, & in iis impiè Chriſtum Deum negaſſet, collapsâ domo, ipſe & ſocii extincti ſunt. Manichæus viuus à rege Perſarum excoriatus fuit. Montanus & Theodoſius, & Prophetiſſæ laqueis ſeipſos necauerunt. Donatus ab Imperatore Conſtante iuſtè occciſus fuit. Ex Donatiſtis nonnulli canibus SS. Euchariſtiam obiicientes, ab iiſdem diſ-

Cyril Hieroſol. catech. 6.

Iren. l. 3. c. 3
Epiph. Hær. 66.

Euſeb. l 5. cap. 15.
Opt. l 3. con. Parm.

Digitized by Google

diſcerpti fuerunt. Arius, alui ſubitâ ſolutione, in latrinis publicis, inteſtina omnia, & animam (vitam) fœdâ morte infernè ad infernum effudit. Neſtorius linguâ impiâ à vermibus conſumptâ miſerrimè interiit. Priſcillianus, iuſſu Maximi Imperatoris, Treuiris gladio peremptus eſt, eiuſque complices in Hiſpaniâ enecati. Ebion balnei improuisâ ruinâ oppreſſus eſt & contritus. Marcus Epheſinus eructans ex ore ſtercora, diris cruciatibus interiit. Neſtorius terrâ ruptâ coopertus atque oppreſſus, vitam hanc, pro eo atque blaſphemię eius conueniebat, amiſit. Hunericus rex Wandalorum Arianus, Eccleſiæque perſecutor, à vermibus toto corpore ſcatentibus conſumptus eſt.

Ruffin. l. 1. c. 13.

Niceph. l. 14 c 26.

Epiphan. Oroſ. l 7. c 33.

Niceph. l. 14.

Eccl. hiſt. c. 36.

eſt. Valens Imperator Arianus viuus à Gothis & Arianis crematus eſt. Leonis Iconomachi tempore, trecenta millia mortalium Conſtantinopoli abſumpta fuerunt, ob imaginum combuſtionem. Zeno Imperator hæreticus, cùm morbo comitiali correptus fuiſſet, ab Ariadna vxore viuus eſt ſepultus, cuſtodibus appoſitis, ne educi poſſet. Anaſtaſius Imperator Eutichianus & Acephalus, cùm didiciſſet ex oraculo quodam ſibi igne pereundum eſſe, ciſternam in palatio effodit, in quam ſuborto incendio recipere ſe poſſet, ſed fulmine inopinato ictus & combuſtus miſerè periit. Iuſtinianus Imperator, in inſaniam verſus, ſubitoque morbo perculſus, inſa-

Bozius ſig. 97. c. 4.

Socrates.

Digitized by Google

infæliciter periit. Heraclioni Imperatori hæretico Heraclii filio, & impietatis hæredi naſus fuit præſectus, Martinæ vxori abſciſſa lingua, ambo priuati imperio, & in exilium miſſi ſunt. Conſtantem Imperatorem Monothelitam, domeſticus in balneo necauit. Philippus Iconomachus luminibus & imperio priuatus fuit. Leo Iconomachus quoque morbo animam infæliciter eructauit. Iulianus apoſtata diuinitus interemptus, communi etiam ſepultura, terrâ eum abſorbente, & in extimas Auerni tenebras rapiente, caruit. Sed ad tempora noſtra veniamus. Iohannes Hus, & Hieronymus Pragenſis viui Conſtantiæ ſunt exuſti. Ioannes Oecolampadius apo-

Zonar. To. 3.

Naucl. Vol. 2. Botz. l. 5. ſig Luther. l. de priu. miſſa.

apoſtata, monachus & maritus, circa Annum Domini 1528. ſuffocatus à Satana, morte dignâ vitæ meritis expirauit. Vlricus Zuuinglius 11. Octob. A. 1531. in Heluetiâ pugnans, miſerè trucidatus, concrematus, inque cineres redactus eſt. Carolſtadius An. 1530. ſtrangulatus, à Caluiniano numine alacer, ad ollas Vulcanias, inferaſq; ſedes perrexit. Oſiander, qui ſe alterum Enoch iactabat, vſu loquendi priuatus, miſerrimè periit. Ioannes Caluinus pediculari morbo (vermibus totum eius corpus peruadentibus) conſumptus, inter blaſphemas voces, quibus diei, quem vnquam vel ſtudiis, vel ſcriptionibus impendit, Deoque vero maledixit, ac Dæmones inuocauit, infelicem ani-

Surius.

Eraſmus Eber.

Bolſecus in vit, Cal. c. 22.

animā per ſeceſſum emiſſam, Orcipotenti A. 1561. cōmiſit. Bucerus in exilium actus moritur, cuius oſſa deinde effoſſa, & in Anglia concremata fuerunt. Martinus Lutherus impuritatum omnium ſentina, ſibimetipſi laqueo iniecto, carnificis officio fungens, miſerā necem attulit. Vel, vt alii volunt, benè potus cubitum concedens, primo mane vitā à Dæmone extortâ, mortuus inuentus, ad Proſerpinæ popinam hoſpes gratus receptus fuit. Prædictis remediis addo humilitatis ſtudium; ſi enim hæreſum mater eſt ſuperbia, vti omnino eſt, neceſſe eſt eam vt humilitate arceamus. Oratio tandem, diuiniq; auxilii inuocatio, in antidotis principem locum habet, eiq; proinde ſtudendum.

Bozius de ſign. l. 23. ſig. 96. c. 3. Hoſius l. 1. de Hæres.

Deuter. 32. 43.

CAPVT XXVII.

Hypocriſis mala.

HYpocriſis græcè, ſimulator latinè, vanæ gloriæ filia, vitium eſt, quo quis verbis, vt & factis perſonam iuſti ſimulat; perſonam autem iniuſti diſſimulat. Hypocrita verò is appellatur, qui verbis, vel factis ſimulat virtutem & ſanctitatem quam non habet; per longas, verbi gratia, precationes, crebras genu flexiones, &c. cùm tamen ſit illius expers; vel verbis etiã, ſeu factis diſſimulat improbitatem, quã habet, vt ſi quis maximè voluptuarius & libidinoſus audit aliquid impudicè dici, vel fieri videt, verbis & geſtibus oſtendat ſe huiuſmodi vitia perhorreſcere, & ab illis eſſe alieniſſimũ. Duæ verò sũt eius ſpecies;

vna,

Digitized by Google

vna, quando quis non vult virtutẽ aliquam, ſed tantùm vult apparere eam ſe habere; altera, cùm quis non habet quidẽ virtutem, ſimulat tamen eã ſe habere, quam non habet, vellet tamen eam habere. Illa hac peior eſt. Finis vtriuſq; eſt, vt alios decipiat, vel ab eis laudetur, vanam gloriam captet, commodumue aliquod ſibi paret. Opponitur hypocriſis veritati directè, per quam aliquis ſe talem exhibet, qualis reuera eſt; hypocrita verò contrarium facit; cùm enim intus malus ſit, bonum ſe probumque palàm oſtẽdit. Vultq; videri probus, cùm improbus tamen ſit, vitiaque adeò ſuperficialibus virtutibus obumbrat; præ ſe fert ſanctitatem, & ſectatur iniquitatem, Curium ſimulat, &

Baccha-

Digitized by Google

Bacchanalia viuit. Intus Nero eſt, foris Cato; Spiritus eſt & phantaſma, ſanctitatis autem carnem & oſſa non habet. Similis, iuxta Nazianzenum, mulierculæ, quæ, cùm formâ & pulchritudine careat naturali, ad colores, pigmenta & fucos confugere ſolet; ſic cùm homo careat ſpecie veræ & ſolidæ virtutis, ſimulat inumbratione virtutis. Hypocritam Baſilius hiſtrionem vocat, qui in theatro perſonam ſuſtinet alienam, ſæpe Heri, cùm ſit ſeruus; aut Regis, cùm ſit priuatus. Itidem in hac vita pleriq; vitam ſuam velut è proſcenio ad oſtentationẽ componunt, aliud in corde gerentes, aliud in ſpecie hominum oculis præ ſe ferentes. D. Auguſtinus: Sunt Hypocritæ ſimulatores,

Iuuen Satyra 2.
In orat. funebri.
Hom. 1. de Ieiun.
Serm. in mon. Dom. l. 2. c. 3.

can-

tanquam pronunciatores alienarum perſonarum, ſicut in theatricis fabulis, &c. Sic in omni vitâ humanâ, quiſquis ſe vult videri, quod non eſt, hypocrita eſt; ſimulat enim iuſtũ, & non exhibet, quia totum fructum in laude hominum ponit: quam poſſunt etiam ſimulantes percipere, dum fallunt eos, quibus videntur boni, ab eiſque laudantur: Sed tales ab inſpectore cordis Deo mercedem non capiunt, niſi fallaciæ ſupplicium, rectiſſimèque his dicitur: Recedite à me operarii doloſi; nomen enim meum habuiſtis, ſed opera mea non feciſtis. B. Hieronymus agens contra Pelagianos, quamuis aliis vitiis, inquit, carere poſſimus, hypocriſis tamen maculam non habere, aut pau-

Luc. 13. 27.

Contra Pelag. l. 2.

pаucorum eſt, aut nullorum; nam qui vult ſe videri quod nō eſt, hypocrita eſt. D. Bernardus:

Serm. 66. in Cant. Hypocritæ boni videri, non eſſe; mali non videri, ſed eſſe volunt. Hinc illud Chryſoſtomi:

Hom. 45. Dicito mihi hypocrita, ſi bonum eſt eſſe bonum, vt quid non vis eſſe, quod vis apparere? Nam quod turpe eſt apparere, turpius eſt eſſe; quod autem formoſum eſt apparere, formoſius eſt eſſe. Ergo aut eſto quod appares, aut

Pſal. 11. 3. appare quod es. Omnino hypocritæ corde & corde loquūtur; & contra mandatū Dei, ex

Deut. 22. 11. lino & lana vnā telam texunt, rudiora fila ſubtilioribus intermiſcentes; exteriùs enim ſimplicitatem oſtentant, ſed in corde ſubdolas fraudes occultant. Iidem illi ſunt, qui

Mat. 15. 8. Deum

Deum labiis honorant, cor autem eorum longè eſt ab eo. De quibus Oſeas: Diuiſum eſt cor eorum. Contra legem etiam Dei eundē agrum diuerſo ſemine ſeminant. In vtramque partem, vt aiebat Elias, claudicant. Duobus Dominis ſeruiunt. Lucem & tenebras, mundum & Deum, Chriſtum & Belial certâ lege inter ſe colligare nituntur. De his Salomon: Eſt generatio, quæ tibi munda videtur & non eſt lota à ſordibus ſuis. Quam generationem ſimilem eſſe dixit Dominus noſter famulo eluenti calices foris tantùm, interno relicto immundo. Væ vobis, inquit, qui mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis, intus autē pleni

Oſ. 10. 2.
Deut. 22.
3 Reg. 18.
Mat. 6. 24.
2. Cor. 6. 14.
Prou 30. 12.
Matt. 23. 25.

Digitized by Google

eſtis rapinâ & immunditiâ: Munda prius quod intus eſt calicis, vt fiat id, quod deforis eſt
Matt. 7. 15. mundum. De iiſdem illud eſt:
Matt. 6. 16. Veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. Et illud: Extermi-
2. Tim. 3. 5. nant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Habent ſpeciem ſanctitatis, virtutem autem eius abnegant.
Gen. 27. 23. Vox ſunt Iacob, manus Eſau.
Matt. 23. 27. Similes ſunt quoq; ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitiâ. Chry-
Hom. 45. ſoſtomus. Corpora, inquit, peccatorum, ſepulchra dicuntur mortuorum, quia anima mortua eſt in corpore peccatoris. Sicut ergo ſepulchrum quamdiu clauſum eſt, pulchrũ

vide-

videtur foris, apertum verò horribile; ſic & ſimulatores bonorum, quàm diu non cognoſcuntur, laudabiles ſunt; cùm autem cogniti fuerint, inueniuntur abominabiles. Cõparantur & à Gregorio Struthioni, qui alas, quaſi ad volatũ ſpecie tenus erigit, ſed tamen nunquam ſe à terra volando attollit. Statuæ Nabuchodonoſoris; hypocritæ enim caput ex auro conflatum eſt, lingua aurea, & aurifluas texens ex ore catenas, non niſi de Deo loquitur, vnicum Dei honorem ſpirat & ſapit, ſed pectus eſt æneum, hoc eſt, cor non niſi malitia. Quicquid exterius apparet, aureum eſt, verba & ſermones diuini, fucata agendi ratio; interius adulterina omnia ſunt, ficta & fu-

Lib. 13. Moral. c. 15.

cata. Similem tandem reddit execrandum hypocriſis malũ Diabolo; prima enim in Scripturis ſanctis ꝓprietas illius eſt,
2. Cor. 11. 14.
quòd, cùm ipſe ſit Spiritus tenebrarũ teterrimus, ad fallẽdos homines transfigurat ſe in Angelũ lucis; nõ ſecus hypocrita, cùm ipſe intus, & in cute plen⁹ ſit immunditiâ & iniquitate, ſecundùm tamẽ externam ſpeciem, venditat ſe tanquã probũ. Altera, quòd ſit mendax; ſic quoq; hypocrita mẽdax eſt. Deus olim laruâ eum exuet, turpitudinẽq; illius reuelabit.

CAPVT XXVIII.

Hypocriſis remedia.

QVid aduerſus Hypocriſin Spiritus Sanctus in diuinis litteris enunciet, ſequentia loca demonſtrant. Omnis hypocrita

pocrita eſt nequam. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum. Spes hypocritæ peribit. Non veniat in conſpectum Dei omnis hypocrita; Pars eius ibi, vbi erit fletus & ſtridor dentiū: Apud S. Matthæum in vno ſolo capite, octo maledictiones fulminat Chriſtus in hypocritas. Certè nullum vitium, in S. Euangelio, vituperatum reprehenſumq; grauiùs eſt, quàm ſimulationis crimen. Qui enim publicanos ad ſuam conſuetudinē admittebat, cūm pauperibus cibū capiebat, mulieres adulteras in crimen à Phariſæis vocatas defendebat, & ſumma animi lenitate peccatoribus ignoſcebat, ſolos hypocritas percellit; identidem dicendo: Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ; ipſorumque

Eſai. 9. 17.
Eccl. 1. 37.
Iob. 13. 16.
Matt. 23.

hypocriſin fermentum vocat, quod totam maſſam inficit; monetque grauiter ab hypocritis vt caueamus. Sancti Patres his ſcripturæ locis calculum quoque ſuum addunt. Chryſoſtomus: Nulla res ſic exterminat bonum, ſicut hypocriſis ſimulatumq; bonum; nam manifeſtum malum, quaſi malum fugitur & cauetur; malum autẽ, ſub ſpecie boni cœlatum, dum non cognoſcitur, nec cauetur, ſed quaſi bonum ſuſcipitur. Sic ſerui Diaboli tunc peſſimè Chriſtianitatem corrumpunt, quando ſe ſimulant Chriſtianos, de quibus monet ſuos, & nos Chriſtus: Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimẽtis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. Quia magna vir-

Hom. 19. in Mat.

Mat. 7. 15.

2. Offic. c. 20.

virtus eſt hominum, cognoſcere malum, & firma tutela ſalutis eſt ſcire quē fugias. Liquet, ait Ambroſius, ea eſſe perpetua ac ſolida, quæ vera ſunt, vt quæ ſincerè potiùs, quàm dolo congregantur: ea verò quæ ſimulatione & hypocriſi parta ſunt, non poſſe diu perſeuerare. S. Auguſtinus: Simulata innocentia non eſt innocentia, ſimulata æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas, quia & iniquitas eſt, & ſimulatio hypocritica. Et: Hypocrita eſt veluti phœnix, quæ colligit ligna odorifera, vt ſeipſum cōburat. S. Bernardus: Hi (hypocritæ hæretici) oues ſunt habitu, aſtu vulpes, aſtu & crudelitate lupi. Hi ſunt qui boni videri, non eſſe; mali non videri, ſed eſſe volunt. Mali ſunt,

In Pſal. 63.

Serm. ad Erem.

In cap 20. eiuſdem.

& boni videri volunt, ne ſoli ſint mali; mali videri timent, ne parum ſint mali. Etenim minus ſemper malum palàm nocuit, nec vnquam bonus, niſi boni ſimulatione deceptus eſt.

In Epiſt. quadam. Hieronymus: Strepitu labiorũ benedicunt, Dominum, & immundâ mente veritati interiùs contradicunt: Intus eſt hypocrita Nero, foris Cato, totus ambiguus, monſtrum eſt, velut quædam beſtia compacta, ſecundùm illud poeticum:

Leo pars prima, draco media, ipſa chymæra.

Lib 8. Mor. Gregorius M. Væ peccatori terram ingredienti duabus viis. Duabus quippe viis terram hypocrita ingreditur, quando & Dei eſt, quod opere exhibet, & mundi, quod per cognitionem quærit. Et: Quid in cunctis ſuis

Lib. 8. Mor.

ope-

Digitized by Google

operibus hypocrita ſperat, niſi reuerentiam honoris, gloriam laudis, à melioribus metui, ſanctus ab omnibus vocari? Ecce quomodo adulteratur liquor balſami? Et: Hypocrita, vt ſine fine crucietur, viuere ſine fine compellitur, vt cuius vita hîc mortua fuit in culpâ, illic eius mors viuat in pœnâ. Et: Hypocritarum fiducia, aranearum telis ſimilis eſt, quia omne quod ad obtinendam gloriam exundat, ventus vitæ mortalis diſſipat. Nam quoniam æterna nõ quærunt, bona temporalia, cum tempore amittunt. Aranearum tela ſtudioſè texitur, ſed ſubito vẽti flatu diſſipatur: quicquid hypocrita cum labore peragit, aura humani fauoris tollit, & dum in appetitu laudis

Lib. 20. Moral.

opus deficit, quaſi in vehtum labor euaneſcit, &c. Et: Superbia hypocritæ vſque ad cœlum aſcendere dicitur, quando eius elatio cœleſtem agere vitam videtur. Cuius etiam caput, quaſi nubes tangit, quando principalis pars, videlicet intellectus illius, Sanctorum præcedentium coæquari meritis creditur. Sed quaſi ſterquilinium in fine perdetur, &c. Licet hypocriſis ſe amictu velet, fœdoſq; vultus ſanctitatis perſonâ operiat, ſcindetur tamen aliquando velum, perſona pulchra detrahetur, & fœda apparebit facies. Conſideretur tertiò in remedium, quàm laudata ſit in Scripturis S. & ſanctis Patribus hypocriſi contraria ſimplicitas; qua is ſimplex dicitur, qui eſt omnis ſimulationis,

ricionis, fictionis & doli expers.
Ab hac laudatur Iob his verbis: *Iob.1.3.*
Nunquid conſideraſti ſeruum
meum Iob, quòd non ſit ei ſi-
milis in terrâ vir ſimplex & re-
ctus? Et Patriarcha Iacob, cùm *Gen: 25:*
ſic legitur: Iacob autẽ vir ſim- *23.*
plex habitabat in tabernaculis.
Et Nathaneel, de quo illud eſt: *Io.1.47.*
Ecce verè Iſraelita, in quo do-
lus non eſt. Deinde eam com-
mendat Chriſtus Apoſtolis,
cùm dicit: Eſtote ſimplices *Mat: 10.*
ſicut columbæ. Cum ſimplici- *10:*
bus ſermocinatio eius, (Dei) *Prou 3.32.*
S. Auguſtinus eam etiam com- *Lib. 83.qq.*
mendat in hæc verba: Sicut *q.53.*
prope ſumma & diuina virtus *Ad Paulin.*
eſt, neminem decipere; ſic vl- *ep 13.*
timum vitium eſt, quemliber *Lib. 2.*
decipere. Et Hieronymus: Ha- *Mach.c.6.*
beto ſimplicitatem columbæ,
ne cuiquam machineris dolos.

In remedium facit exemplum Eleazari optimi Iſraelitæ, hominiſq; nonagenarii, qui, cùm duceretur ad mortẽ, quòd nollet cõtra legem Dei comedere carnes ſuillas, quas illa vetabat, ſecretò rogatus ab amicis, vt comedens carnes, quibus veſci licebat, ſimularet tantiſper ſe ſuillas eſitare, id facere noluit, ſed mori potiùs voluit. Apoſtolus etiam acerimè inuehitur in Cepham, quòd ſimularet legem Moyſis, & alios exemplo induceret in eandẽ ſimulationem, ita vt affirmet, ſe ei in faciem reſtitiſſe; quod peccatum tamen nõ maius erat, quàm veniale, vt intelligas ſimulationẽ etiam modicam, Chriſtiano viro indignam eſſe. Indicant & ſequẽtia ſimulationẽ & hypocriſin malam eſſe, adeoque cauen-

uen-

uendam. Hypocriſis foris, vt cygnus candoré mentitur, intus verò duram & nigram carnem habet. Hypocriſis pomorum inſtar eſt illorum, quæ in terra Sodomę creſcunt, colore que & pulchritudine oculos paſcunt, ſed interno puluere inficiunt. Hypocrita pelle ouis eſt, intus lupus rapax; vultu homo, corde vulpes. Vox eius eſt Iacob, manus Eſau, Leopardũ macularum varietate ſuperans. Vanam hominũ æſtimationem quærit, eam tamen ſæpe non aſſequitur, quia Dei iuſto iudicio, per neſcio quas rimulas, operum vanitas interior cernitur. Vnde Laertius refert, quòd cùm Socrates Antiſthenem Philoſophum videret pallio lacero indutum, per ſciſſuram tamen pallii,

tuam,

tuam, inquit, aſpicio vanitatẽ. Quæ omnia faciunt ad deteſtationem hypocriſis. Seruiunt tandem ad deteſtationem huius vitii exempla eorum, quibus peſſimè ceſſit hypocriſis & ſimulatio. Abſaloni inprimis, de quo illud eſt:

2.Reg.15.6.
Virgil. l. 6. Aen.

Iure deix maior vindicta ſecuta ſcelestum eſt:
Perq; latus duplex, tranſiit haſta triplex.
Haſit adhuc viuo ſimilis, cùm mortuus eſſet:
Dixiſſes illum iam ſimmulare mori.

Ioſ.3.6.9.
2.Reg.12.11.

Gabaonitis: Mulctauit enim eos Ioſue vilioris obſequio miniſterii: Clementior ſententia, ſed diuturnior. Dauidi; ei enim dicitur: Suſcitabo ſuper te malum &c. & filius, qui natus eſt tibi, morte morietur. Iuliano Apoſtatæ hypocritæ perfidiſſimo;

Digitized by Google

mo; perfidiæ enim ſuæ pœnas diras in Perſia dedit. De Guidone de Lachia, memorat Bernardus Luxemburgicus, eum in Epiſcopatu Brixienſi ita ſimulaſſe ſanctitatem, vt pro altero Ioanne Baptiſtà à populo haberetur; ſepultus itaque fuit perhonorificè; poſt mortem certis teſtimoniis Inquiſitores deprehenderunt hæreticum fuiſſe: quare de conſilio Epiſcopi, & aliorum prudentum aſſeſſorum, ſententiam tulerunt, cadauer exhumandum comburendumque. Exhumatur aſtante populo, & oſſa proiiciuntur in ignem. Sed ecce tibi ſtatim dæmones (qui à multis cernebantur) illa ex rogo eleuant, & in aëre ſuſpenſa tenent, inde nata populi indignatio, exclamant: Occidantur

In Catal. hær. Iramb.

tur Epiſcopus & Monachi, qui ſtimulati liuore, Sancti viri oſſa comburere conati ſunt. Quid ceſſamus? Deus id ſibi non placere demonſtrat. Extimuit Epiſcopus; ſed Inquiſitores eum hortati ſunt ad Miſſam celebrãdam ipſe ſe accingeret, Deum potiùs miraculũ facturũ, quàm fidei cauſſam ſinat in periculo verſari. Miſſa fuit de B. Virgine, vbi ventum ad corporis Dominici eleuationem, Dæmones in aëre clamare cœperunt: O
Lib. 9. c. 48. Guida de Lacha nos defendimus te, quantũ potuimus; ſed modò plus non poſſumus, quia adeſt maior nobis, confeſtim oſſa in rogum recidêre, & incendio in cineres redacta fuêre. Eſt & in Tripartita hiſtoria Caſſiodori punitæ ſimulationis exemplum, in duobus

pau-

Digitized by Google

pauperibus, quorum alter ſupinus, mortuo ſimilis iacuit, dũ ſocius pecuniam ab Epiphanio pro ſepulturâ fraudulenter petit, qui deinde ſimulator verè mortuus repertus & relictus eſt. Leone Magno imperante, Euthimius, vir moderatus, & moribus per quàm ſimplex floruit. De quo hiſtoriæ illud memorant: Cùm Monachus quidã moreretur, qui egregiã virtutis & caſtitatis famam obtineret, impudicus autem eſſet, ſanctum hunc virum, angelum h[illegible] ſpecie, tridente graui, animam illius, crudelem in modum è corpore extrahentem vidiſſe, & vocem ſimul, cœlitus occulta turpitudinis facinora apertè reuelante audiſſe. Doctoris Pariſienſis miſerabilis exitus in

In vita S. Brunonis.

Gregor. l. 4. Dial. c. 33.

in vulgus notiſſimus eſt. Fictè abſtinens Monachus, Draconi vorandus traditus fuit, vt ſpiritus ſaluus fieret. Nulla diu ſeruat mentitos forma colores. Eſto quod es, ſi uis eſſe, quod eſſe potes.

CAPVT XXIX.

Mala Iactantia.

IActantia, ſuperbiæ filia, vitium eſt, quo quis ſe, ſuamque excellentiam, citra proximi vtilitatem, aut propriæ conſcientiæ defenſionem laudat, ſuique adeò ſolius, & laudum ſuarum admirator & buccinator exiſtit, & ampullas proiiciens, & ſeſquipedalia fundens, oſque, vt in Abdia legitur, magnificans & dilatans, nullâ ſæpe temporum, locorum, perſonarum habitâ ratione, ingentibus

Ver. 12.

ribus verbis decantat. Vitio hoc olim laborauit ille, qui dixit: Super aſtra cœli ponam thronum meum, eroque ſimilis Altiſſimo: Apprehendam manu mea orbem, ſicut auicula pullum, & ſicut oua relicta tollam illum. Rex item ille Tyrus, de quo Propheta Ezechias hunc in modum ſcribit: Eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti: Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi, in corde maris, &c. Nabuchodonoſor aliquando quoque dixit: Nonne hæc eſt ciuitas Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriâ decoris mei? Antiochus præ arrogantiâ, vel ſtultitiâ potiùs, videbatur ſibi fluctibus maris imperare, montium altitudines in ſtaterâ appen-

Eſ. 14. 14. *Ezech. 28. 2.* *Dan. 4. 27.* *2. Machab. 9. 8.*

pendere, ſidera cœli continge-
Eſther 5. 11. re. Aman expoſuit corã vxore, & amicis ſuis magnitudinẽ diuitiarum ſuarũ, filiorumq; turbam, & quantâ cum gloriâ ſuper omnes principes, & ſeruos ſuos rex eum eleuaſſet; Phari-
Luc. 18. 12. ſęus: Nõ ſum ſicut cęteri hominũ: ieiuno bis in Sabatho, decimas do omnium quę poſſideo.
In vita ipſ. Sertoris, apud Plutarchũ, cùm alterũ in prælio amiſiſſet oculũ, magnificè gloriat⁹ eſt, quòd alii non ſemper virtutis ſuæ teſtimoniũ deferrẽt, ſed torques & haſtas atq; coronas domi relinquerent; ſibi verò bellicæ laudis inſignia perpetuò ad eſſe. Ariſtippus nullius rei egere ſe dixit. Nõ deſunt & hac ętate, qui ſe gloriosè iactitent, philacteria magnificent, ſibi plaudant & placeant. Aliqui quidẽ

de-

de generis ſui ſplẽdore gloriatur, & in maius ſuas, & maiorũ ſuorum laudes efferunt. Alii grandia de ſuis opibus, munificentiaq; in alios immodicè ſe iactant. Nõnulli ſecũ & natas, & morituras litteras prædicãt. Sunt itẽ qui præſidio omni deſtituti, arrogantiâ paupere gloriantur, magna ſe facere poſſe, & verò facturos quoque; ac cũ faciunt etiã, ſibi, nõ Deo factũ adſcribunt. Nõnulli, vt Gregorius ait, iactant ſe habere, ꝙ nõ habent; ſicut diuinâ voce per Prophetam de Moab dicitur: Superbiã & arrogantiã eius ego cognoui, & quòd non ſit iuxta eã virtus eius. Et ſicut Angelo Laodiceę dicitur: Quia dicis ꝙ diues sũ & locupletat⁹, & nulli⁹ egens, & neſcis quia tu es miſer & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nud⁹. Nõ deſunt, qui, licet

Lib. 23. Mor. c. 7.

Hier. 48.

Apoc. 3.

licet intelligant ope ſe diuinâ indigere, ad illud tamen non recurrunt, eiuſque os non interrogant, potentes ſcilicet potentiâ ſuâ, ſicque ſe venditant, quaſi viribus ſuis id feciſſent. Sunt item qui, licet intelligant Dei ſe ope, id quod fecerunt feciſſe, ſibi tamen, nulla Dei mentione factâ, factum adſcribunt. Reperiuntur etiam, qui ſine iuſtâ cauſsâ ſe peccandi periculis exponunt, (ait Crombetius noſter) vt ſi quis caſtitatem profiteri velit, & excellere in eâ, interea in conuiuiis frequens eſt, & in menſarum deliciis, familiariter cum mulieribus verſatur; etiam leuioribus; & ſolus cum ſolâ, & quidem in tenebris, ſomno atq; otio ſæpè indulget, veſtium cultum atque molliciem

De Stud. perfect. l. 2. cap. 38.

ciem

tiem ſectatur; hic ſi caſtus eſt, vel ſtipes eſt, vel certè Deus cum ipſo in lege ordinaria diſpenſauit; quandoquidem viri eximiæ ſanctitatis ſobriè viuunt, ſeuerè in corpora ſua animaduertunt, à vino abſtinent, niſi neceſſitas cogat, duriùs dormiunt, & ſtatis paucisque horis, ſenſuſq; diligenter cuſtodiunt; nunquam ſoli ſine arbitris, mulieribus loquuntur, & tamen queruntur nullum moleſtiorem ſe pati aduerſarium quàm domeſticum. Sic verò iactabundi hi ſe ſuaq; modis dictis prædicant laudibuſque vehunt, aliorum vt dicta vel facta ſilentio alto premant, vel præ ſe quoque contemnant, eoſq; ſibi ſubiiciant, conculcent; moleſtè etiam ferant, ſi vel ſuſpicentur ſe aliquâ

in re à quoquam contemni, abiici. Superbus, inquit Augustinus, odit conſortium, & quãtum in ipſo eſt, ſolus ſuper omnes deſiderat eminere. De huiuſmodi D. Gregorius ſic ſcribit: Nonnulli, deſpectis cęteris, videri appetunt, ſingulariter habere bonum, quod habent &c. Et paulò poſt: In hac arrogantiæ ſpecie crebrò humanus animus labitur, vt id quod habet, ſingulariter ſe habere glorietur, in quo tamen ſimilitudini diabolici vitii appropinquat, quia quiſquis videri ſublimior cæteris quærit, illum imitatur, qui deſpecto bono ſocietatis Angelorum, altiſſimi ſimilitudinem ſuperbè appetens, per iniquũ deſiderium, quaſi ad quoddam culmen conatus eſt ſinguLib. 23. Mor. c. 7.

lari,

lariter erumpere. Eſt verò la-
ctantiæ vitium omnino graue, de Antichriſti ſpiritu natum, hominem, vt Chryſoſtomus inquit, reddens dæmonẽ, blaſphemum, contumelioſum, periurum, cupidum homicidiorum. Noxium etiam hoc eſt vitium, multorumque æmulationibus & inuidiis obnoxium, plurimarumq; diſſenſionum & alienationum cauſſa. Omnium animos in ſe prouocat, omnium indignationem extimulat. Eius familiaritatem omnes fugiunt, conſuetudinem auerſantur, vt à quo nihil expectare poſſint præter laudes ipſius, & aliorũ graues cenſuras. Elatus etiam ſeq; magnificè prædicans in doloribus perpetuò viuit, ſemper indignatur, nunquam nõ mœret, *Hom. 43. ad popo.*

nihil eſt quod eius poſſit exple-
re libidinem; ſicut enim auari
quantò plura acceperint, tan-
tò pluribus egent; ſic ſuperbi
quantò maiori funguntur ho-
nore, tantò plus illius concu-
Lib. 14. Mor. 18. piſcunt. Et D. Gregorius: Alia
vitia eas ſolummodò virtutes
impetunt, quibus ipſa deſtru-
untur; ſuperbia autem, quam
vitiorum radicem diximus, ne-
quaquam vnius virtutis extin-
ctione contenta eſt, contra
cuncta animæ membra ſe eri-
git, & quaſi generalis ac peſti-
fer morbus corpus omne cor-
rumpit, &c. Ad ſummam ce-
nodoxia maxima eſt vanitas,
cos prauitatis, vitiorum offici-
na; cum nulla virtute cõmer-
cium habet, à recto deiicit, te-
nebras menti offundit, affert
faſtidium, ei inuident humi-
liores,

Digitized by Google

lliores, improperant boni, illam rident ſuperiores, non eſt de Chriſti magiſterio, qui humilitatem opere & verbo docuit, ſed de ſuperbo Antichriſto. Ad ſummam, iactabundus laudem propriam venatur, fumos aucupatur, & velut amnis inundans, lutum, vt Bernardus alicubi inquit, colligit.

Capvt XXX.

Remedia Iactantiæ.

REmedium primum eorũ meditatione continetur, quæ Spiritus ſanctus in S. litteris de iactantia patefecit. In typo quidem; cùm reiecit tanquam immundum vas, quod eſt ſine operculo; eiuſmodi autem eſt ſeſe oſtentans, nullo enim taciturnitatis velamine, vt Gregorius ait, operitur. Præ- *Num. 19. 15.* *Lib. 23. Moral c 4.* *Deut. 18.*

Digitized by Google

cepit etiam Deus filiis Iſraelis ne tonderent primogenita ouium. Qui virtutis initium & bonum, quod fecit, aliis prædicat, primogenita ouis tondet; quia ſublato ſecreto, quo quaſi vellere quodam virtus ipſa tegebatur, tonſa poſtmodum virtus manet, omnique verâ laude nudatâ. In luce deinde & veritate, hæc ſunt Scripturę ſanctę loca. Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes. Superbiam
II. Reg. 2. in tuo ſermone nunquam do-
Tob. 4. minari permittas. Nam ſu-
Prou. 8. 13. perbiæ coniunctus eſt interi-
Prou. 16. 5. tus. Arrogantiam & ſuper-
Hier 9. biam ego deteſtor. Abomina-
Pſal. 11. 4. tio Domini eſt omnis arro-
Iob. 40. 9. gans. Diſperdat Dominus lin-
Matt 6. 2. guam magniloquam. Omnem
Luc. 16. arrogantem humilia. Quod
Prou. 27.
Hier 9. 23.
altum

altum eſt hominibus, abominatio eſt ante Deum: & ſæpe ſordet in conſpectu Iudicis, quod in oculis fulget operantis. Memor deberet eſſe ſe venditans Sapientis: Laudet te alienus, & non os tuum, extraneus, & non labia tua &c. Non glorietur ſapiens in ſapientiâ ſuâ, & non glorietur fortis in fortitudine ſuâ, & non glorietur diues in diuitiis ſuis, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me, quia ego ſum Dominus &c. Noli tubâ ante te canere, per prædicationem ſcilicet laudum tuarum. Remedium ſecundum exhibent Sanctorum Patrum in iactantiam grauia dicta. B. Cyprianus ſic habet: Ille qui præſumit, & contumax eſt, vir ſui iactans

nihil omnino proficiet, qui d
latauit tanquam infernus an
mam ſuam. Exaltatio & infl
tio, & arrogans ac ſuperba i
ctatio, non de Chriſti magiſt
rio, qui humilitatem docet, ſe
de Antichriſti ſupbo ſpiritu n
Eſ. 14. 13. ſcitur. Cui exprobrat per Pro
phetá Dominus. Tu autem d
xiſti in animo tuo: In cœlum
cóſcendam; ſuper aſtra Dei p
In admon. ad fil. Spir. nam ſedem meam. Baſilius: V
humilis Deo eſt ſimilis, ſupe
bus autem, cùm ſit Deo od
bilis, Diabolo ſimilis eſt. H
milis licet in habitu videat
viliſſimus, glorioſus tamé eſt i
virtutibus. Superbus auté, et
decorus videatur aſpectu, ta
mé inutilem eum manifeſtan
opera ipſius, & per inceſſum
& motus dignoſcitur eius ſu
perbia, & ex verbis publicatu
eiu

eius leuitas. Cupit ſemper laudari ab hominibus, & virtutibus, à quibus eſt alienus, ſe p̄dicari geſtit. Non ſe patitur cuiquam eſſe ſubiectum, ſed ſemper primatum cupit, & ad maiorem gradum emergere, & quod ex meritis non poteſt, ambiendo feſtinat obtinere. Ambulat ſemper tumens, vt vter vacuus, & vt nauis gubernatore deſtituta, à fluctibus iactatur huc illuc. Alibi ſuperbiam appellat virtutum tineā, latronem opum ſpiritualium, blandum animarum hoſtem. S. Chryſoſtomus: Nihil certè arrogantiâ atq; ſuperbiâ peius, quæ mentis quoque vires, naturâ hominibus conceſſas, ita deiiciat, vt amentes ex prudētiâ, ac animo ſtolidos efficere videatur. Nam ſi quis, cùm ſta-

In conſtit. Mon. c. 11.

Hom. 59. in Mat.

tura cubitum non ſuperet, inſtar montium, imo altiorem ſe putet, ac ideò ſe quaſi montes exceſſurus erigat, nullum aliud argumentum ſuæ inſaniæ quæremus. Sic cùm inflatum videris hominem, qui meliorem ſe cæteris arbitretur, contemnique opinetur, ſi cæteris hominibus conferatur, nullum iam aliud ſignum væcordiæ hominis exquiras. Tantò quippe ridiculoſior his eſt, qui naturâ inſaniunt, quantò ipſe ſponte hunc ſibi morbum iniecit: nec hac re ſolùm miſer, verùm etiam, quia in miſeriæ fundum ſe detruſit, vt nihil ſentiat. Quando enim is peccata ſua, vt oportet, cognoſcet? Quando nimiū ſe delinquere ſentiet? Certè quaſi vile mancipiū & miſerum cap-

tiuum Diabolus eum abduxit, agitatque verberibus, & mille cõtumeliis, quocunque velit. Idem monet nos ne glorioſè de nobis, ſed humiliter & loquamur & ſentiamus, nec res noſtras oſtentemus. Auguſtinus: Quid eſt ſuperbia? niſi peruerſæ celſitudinis appetitus? Peruerſa enim celſitudo eſt, deſerto eo, cui debet animus inhærere principio, ſibi quodammodo fieri, atq; eſſe principiũ. Hoc fit cùm ſibi nimis placet; ſibi verò ita placet, cùm ab illo bono immutabili deficit, quod ei magis placere debuit, quàm ipſe ſibi &c. Et: Miſera vita eſt, & fœda iactantia. Non ſolùm quando homo ſe iactat de peccatis, de quo dicitur: Quid gloriaris in malitia? Aut de rebus vanis & caducis, vt de opibus, amicis, formâ, &c.

Hom. 3 in Mat.

Lib 14. de Ciuit. c. 18.

Lib. 10. Conf. c. 36.

In Moral.

de quo dicitur: Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Sed etiam de bonis, quæ habet, aut videtur habere. Quid enim habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Gregorius: Piâ Conditoris diſpenſatione agitur, vt de ſe confidens anima, diſpenſatoriâ tentatione pulſetur, quatenus informata, quid ſit inueniat, & præſumptionis propriæ faſtum deponat. Et: *Lib. 23. in Iob. c. 14.* Magnæ virtutis laus eſt ſimplicitas locutionis, quam quia arrogantes non habent, habere ſe hanc ſolicitiùs aſſerunt, vt ſecuriùs audiantur. Exemplorũ magna vis eſt in omnem partẽ; ea igitur, in iactantię remediũ tertium, affero Conſideret glo-

glorioſus Thraſo Chriſti Domini noſtri humilitatem ad imitationem. Noluit is in plateâ coram multitudine oculorum lucem cœcis impertiri, ſed in domo, comminatuſque eſt ne miraculũ publicaretur. Sed quorſum tantâ curâ & ſtudio id inhibuit? vt exemplum nobis præberet fugiendæ oſtẽtationis. Monet nos, ait Chryſoſtomus, vt quæ laudis ſunt, non modò ipſi taceamus, verùm etiam aliis prædicare non permittamus. Hieronymus: Dominus propter humilitatẽ, fugiens iactantiæ gloriam, præcepit cœcis ne manifeſtarent miracula. Caueamus, ait Chryſoſtomus, aliquid de nobis dicere; hoc enim hominibus odioſos, & Deo reddit abominabiles. Propterea quantò ma-

Hom. 33.

In 9. Mat.

Hom. 38. ad pop.

iora præſtitimus, tantò minora de nobis dicamus; ſic enim gloriam aſſequemur maximā, & apud Deum, & apud homines. Item: ſi miſericorditer dādo ſimilis Deo factus es, diligenter ſtude, vt in contemnendâ oſtentatione ſimilis ei efficiaris, qui morbos hominum curans, præcipiebat ne aliis dicerent, &c. Altiùs, & à capite Chriſti humilitatem arceſſit D. Baſilius his verbis: Cùm infans, inquit, eſſet, mox in ſpelunca, nec lecto, ſed præſepi imponitur. Deinde in domicilio fabri & matris pauperculæ enutritur; ſubditur matri & illius ſponſo. Docetur audiens quorum non egebat; interrogans verò & interrogando admirabilem declarabat ſapientiam.

Hom. 72. in Mat.

Hom. 2 de Humilit.

tiam. Subditur Ioanni, & Baptiſmum ſuſcipit à ſeruo Dominus. Nemini aduerſariorum reſiſtit, neque inennarrabilem ſuam potestatem in quenquã vibrat, ſed quaſi potentioribus cedit, & poteſtati temporariæ potentiam, quam illa habebat, permittit. Principibus Sacerdotum in forma rei ſiſtitur, ad Præſidem ducitur, & iudicium illius ſuſtinet. Et cùm poſſet calumniatores ſuos arguere, ſilentio tolerat illorum contumelias. Conſpuitur à ſeruis & viliſſimis pueris. Morti traditur, eique, hominum iudicio, turpiſſimæ. Ita hominem omnia, ab ipſa natiuitate ad mortem vſq; exercuerunt. Auguſtinus: Hoc prodeſt nobis credere, & firmum atque inconcuſſum *Lib. 8. de Trin. c. 5.*

reti.

retinere ſcilicet humilitatem, quâ Chriſtus natus eſt Deus ex fœminâ, & à mortalibus per tantas contumelias perductus ad mortem, ſummum eſſe medicamentum, quo ſuperbiæ noſtræ ſanaretur tumor, & altum Sacramentum, quo peccati vinculum ſolueretur. Humilitatis digniſſimum ſpecimen, iactantiæque remedium humillima etiam virgo Maria exhibet. Electa enim & euecta ad ſublimiorem dignitatis gradum, quàm cadere in vllam creaturam queat, nempe vt eſſet mater filii altiſſimi, eundemque cum Patre æterno filium communem haberet, Regina cœli, & Domina mundi, ancillam Domini ſe appellat. Quam Virginis ſubmiſ-

ſionem

ſionem expendens D. Ambroſius, ita loquitur: Vide humilitatem, vide deuotionem, ancillam ſe dicit Domini, quæ mater eligitur, nec repentino exaltata promiſſo eſt, ſimul ancillam dicendo, nullum ſibi prærogatiuam tantæ gratiæ vindicauit, quæ faceret quod iuberetur. Miſera vita eſt, & fœda iactantia, inquit Auguſtinus. Et rurſum: Tolle iactantiam, & quid ſunt omnes homines, niſi homines? Deuotus omnino animus, ait D. Chryſologus, infulis beneficiorum creſcit ad obſequiũ, augetur ad gratiam, non ad arrogantiam proſilit &c. Ioannes Baptiſta magnus fuit, & adeò quidem, maior vt eo, inter natos mulierum, nõ ſurrexerit, & tamen indignum ſe reputauit

In c. 1. Luc.

Lib. 10. Confeſ. c. 36.

5. de Ciuit. c. 17.

Serm. 142.

uit qui ſolueret corrigiam calceamẽti Chriſti. De eo ſic ſcribit D. Chryſoſtomus: Nõ oſtẽtauit Ioannes generis ſacerdotalis nobilitatẽ, non prophetiæ donum, nõ baptizandi munus, nõ diuinam legationem, non conciones, non plebis concurſum, non in ſolitudine arctam vitã, non cibi tenuitatem, non veſtitus aſperitatem, ſed humiliter de ſe locutus: Ego, ait, vox clamantis in deſerto, dirigite viam Domini. Rurſus: Non ſum dignus, qui corrigiam calceamentorum Meſſiæ ſoluam. Si ſuperbus aliquis & iactabundus rogatus fuiſſet: Meſſias es tu? Meſſiæ honorem ſibi arrogaſſet. Quod ſi hunc arrogare ſibi non eſſet auſus, Meſſiæ ſe parem dixiſſet. Rogatus: Elias es tu? reſpondiſſet:

Hom. 3 in Mat.

Elias

Elias non ſum, ſed Eliam vitæ aſperitate longè ſupero. Rogatus: Propheta es tu? dixiſſet & quidem maximus. Rogatus: Quid ergo baptizas? à Deo ſibi munus baptizandi, nempe ad tantum munus idoneo, demandatum prędicaſſet. Iam verò etiam non interrogatus, ſi quid occultum nobilitatis, ſi quid ſapientiæ haberet, id elato animo oſtentaſſet. Non ſic humilis Ioannes, non ſic. Sed Chryſoſtomum pergamus audire ſic dicentē: Caueamus de nobiſmetipſis dicere glorioſa; hoc enim nos, & hominibus inuiſos, & Deo abominabiles facit; & idcircò quantò maiora fecerimus bona, tantò de nobis minora dicamus. Minimum de ſe ſenſiſſe, tam magnum eſt, quàm maximas res feciſſe.

Quod

Quod ſi non adſit, nec illæ poterunt eſſe laudabiles. Nam nos quoq; famulos habentes, tunc eos maximè probamus, quando cum bonâ gratiâ in omnibus obſecuti, nihil ſe grande arbitrantur egiſſe. Itaque ſi bona tua vis magna facere, noli ea magna putare; aliter enim magna eſſe non poſſunt. Nihil ſic eſt amicum Deo, quàm ſi quis ſe minimis annumeret: Hoc enim eſt caput totius Philoſophiæ atque faſtigium. Hæc

1. Reg. 24. 15. ille. Præclarus virtute Dauid abiectè quoque de ſe loquitur: Quem perſequeris, inquit, Rex Iſrael? canem mortuum perſequeris, & pulicem vnum.

Act. 3. 12. B. Petrus, cùm ſtupentes Iudæi cateruatim accurrerent, vt viderent claudum in verbo Petri ambulantẽ. Viri, ait, Iſraelitæ, mira-

quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtrà virtute, aut poteſtate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob glorificauit filium ſuum IESVM. Gratiam ergo populi noluit aucupari, ſeue iactare, ſed Chriſto gloriam deferre. 1. Cor. 1. 51.
D. Paulus Gentium etiam Doctor abortiuum ſe vocat, & minimum Apoſtolorum, qui nō ſit dignus vocari Apoſtolus. Viri alii magni dignitates, fœcundam ſuperbiæ materiam, fugerunt, Sacerdotium Chryſoſtomus, Diaconatū Martinus, Paparum Gregorius, ac primi ferè in Eccleſia exhorruerunt ad purpuræ nomen; meminerunt videlicet verborum Sapientis: Domum ſuperborum demolietur Dominus: Et: Deus ſuper- Prou. 15. 25.

ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Sciuerunt ſuperbiam purpuræ comitem, raramq; coniugationem dignitatũ & cœli eſſe. Quare cùm cœlum cogitarent, dignitates cœli plurimùm inimicas auerſabantur. Nam ſi opes & beatitudinem non capiat vnum cœlum, cùm dicat ipſa veritas: Faciliùs eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum; quomodo capiet honores & gaudia? cùm difficiliùs ſit modum in honoribus, quàm in opibus tenere? minor nimirum opum, quàm honorum ſuperbia eſt, maiorque arrogantiæ & dignitatum, quàm arrogantiæ & auri miſtura. Obliuionem Dei inducit aurum, contemptum ſuperbia.
Tra-

Tradunt hiſtoriæ, decus ac lumen Galliæ Martinum Turonenſem, ſemper reliquias aliquas ſacras de collo geſtaſſe, vt ſi quando miraculũ aliquod edidiſſet, earũ virtute, non propriis id meritis adſcriberet. *Sur. T. 6. vit. S. Mart.* Eremita quidam referente Seuero Sulpitio, ad expellendam iactantię vanitatem, quã incurrerat, exorauit vt p quinq; mẽſes à Dæmone obſideretur, ſicque liberatus fuit. *In vita S. Mart.* Supplicia de iactabundis ſumpta pharmaca quoque eſſe poſſunt. Quanto verò molimine, ab omni æuo in ſuperbos inſurrexerit Deus, docemur in Lucifero, Chore, Dathan & Abiron, Senacherib, Saule, Nabuchodonoſore, Balthaſare, Holoferne, Antiocho, Herode, Caligula, Domitiano, Iuliano, aliis. Hinc illa Domini

apud

apud Propheram verba: Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrogantem; & humiliabitur. Tamerlanes Parthorum Imperator, ſuperborum flagellum, Baiazetem Turcarum Imperatorem arrogantiſſimum, prælio ad Stellam montem victum captumque, ſuppedanei vice ſeruire iuſſit ſibi equum cōſcenſuro. Quod ipſum & olim Sapor Rex Perſarum Valeriano Romanorum Imperatori victo imperauit. Verum illud: Magnas arbores diu creſcere, vnâ horâ exſtirpari. De Pompei capite pupillus & ſpado tulêre ſententiam; de Craſſo inſolens Parthus. Cadit ſuorum gladiis Cæſar, Nero, Claudius, Heliogabalus, Galba, Piſo, Caligula, Vitellius.

Ferro

ferro ſuo Cato, Brutus, Antonius, Otto; & ab Auguſto in Conſtantinum, quadraginta minimùm Imperatores morte non ſuâ cadunt: Plena eſt exẽplorum vetuſtas, plena etiam præſens ætas. Minora etiam videamus. Simon Thuruaſius Anglus, cùm eſſet Dialecticus peracutus, & artium liberaliũ Pariſiis Profeſſor, plenior ſcientiâ, quæ inflat, quàm charitate, quæ ædificat, temerè in Scholis, & propalàm non eſt veritus iactitare ſe ſcire quicquid lex Chriſtiana noſſet, quam & improbando poſſet, ſi vellet, euertere. Quæ hominis impudentiſſimi iactantia, ita diuinitus punita repente eſt, vt primarum litterarum oblitus, nec Dominicam quidem orationẽ pronunciare, nec Alphabetũ

Delr. Diſq. Mag. l. 2. q. 24.

Digitized by Google

efferre poſſet. Sequitur ſuperbos vltor à tergo Deus. Iactantiâ ſuâ S. Eleutherius puerum, quem à Dæmone liberauerat, rurſus obſideri promeruit. Epiſcopi aliquot orthodoxi, quibus linguas Wandali abſciderant, diuinitus, & quidem diſtinctè locuti ſunt. Quod miraculum illo auctum eſt, quod vnus ex illis ſuperbè intumeſcens, eo dono confeſtim priuatus mutuſq; factus eſt. Conſidereturetiam in remedium vanitas iactantiæ, vt & opum, honorum, donorumq; corporis & animi, quæ ſolent illi occaſionem præbere. Odium itẽ ꝙ parere illa ſolet, & alienationem. Sua potiùs quiuis, vtpote parua & imperfecta damnet, & quod in maius nõ creſcant, doleat. In aliis, qui ſimili vitio tenen-

Digitized by Google

nentur, ceu ſpeculo, ſeipſum intueatur, & in alienâ fœditate ſuã deuitet; ſuperbiam, quâ ſuis paſcitur laudibus, & inuidentiã quâ alienis contabeſcit, mortificet, & in ſubmiſſionẽ & amorẽ conuertat, aliena laudet, ſua deprimat. Eſt enim inuidia mors charitatis, & ſuperbia vitiorum origo. Cæus quidam ætate prouectus venit Lacedæmonem, & cùm turgeret ſuperbiâ, canos ſuos occulere tincturâ conabatur. Itaq; cùm in conſpectum Lacedæmoniorũ veniſſet, oſtenſo tali capite, expoſuit quorum gratiâ venerat. Conſurgens autẽ Archidamus rex Lacedæmoniorum. Quid, inquit, hic ſani diceret, cuius non ſolùm animus, verùm etiam caput fucis contaminatum eſt? Et exploſit eius dicta,

 homi-

hominis ingenium ex vanâ oſtentatione redarguens. Scitè Demoſthenes: Si ab aliis laudemur, erubeſcere nos decet, multò magis ſi nos ipſos iactanter laudemus. Laus in ore proprio ſordeſcit: Virtutes in occulto creſcunt. Quod magnificum, referente alio fuiſſet, ipſo, qui geſſerat, recenſente, vaneſcit, inquit Plinius. In intermedium montium pertranſibit aqua gratiæ: omnis vallis implebitur, & mons & collis humiliabitur. Rectè omnino illi faciunt, qui diſſimulant, quæ inſunt; vel deiiciunt interdum quoq; ea, & infra verum eleuant & deprimunt; rarò tamē, nam aut iudicant nō crediturós eos qui audiunt, & tunc vidētur ambire virtutem humilitatis; aut putant crediturós,

Apud Quin. ſil. l. 11. c. 1.

ros, & tunc haud ſatis prudenter ſe demittunt; in hac enim vituperatione, ſæpe poteſt inesse affectata quædã humilitas, quæ res magnam habet ſuperbiæ ſignificationem; Et optimè admonemur etiam vulgari ſententiâ: Nec te collaudes, nec te culpaueris ipſe: Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis. In neutram partem de ſe loqui quis debet, ait Ariſtoteles, teſte Valerio Maximo, quòd laudare ſe vani, vituperare ſtulti ſit: Excipio neceſſitatem, vel magnam vtilitatem, rarumque adeò, vt dixi, caſum. Claudat illud caput: Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis regnum cœlorum: quicunque ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorum.

Lib. 1. c. 1.

Matt. 18.

Digitized by Google

CAPVT XXXI.

Mala Imprecationis mala.

IMprecatio mala mali vitium eſt, quo quis deliberatè & ſeriò malum alicui, damnũ ſcilicet rerũ, morbum, mortẽ, vel aliud malum, quà malum eſt, hoc eſt, ſine iuſtâ cauſsâ, atque adeò ex liuore vindictæ ſolò precàtur. Sic Balac voluit, vt Balaam, quẽ ſtipendio cõduxerat, populo Iſraelis malum precaretur. Sic Iudæi Chriſtianis ter quotidie ſtantes malum optant Sic nunc innumeri, liuore vindictæ, maledicam linguã in alios ſtringunt, his, vel ſimilib⁹ modis: Dii te pdant, Dii te eradicent, res hęc tibi malè vertat, vale malè, malè ſit tibi, abi in malam crucem &c. idq; ex antiquâ, peſſimâ tamen conſuetudi-

Nũ. 22: 51

tudine. Noui modi veteribus nō cedunt malitiâ, ſi non ſuperant. Porrò ſine cauſsâ dictū à nobis non eſt, non licere alicui maledicere, vel malū precari, quâ malum eſt, quia malū precari, quâ bonum eſt, licitū eſt; idq; titulo vel iuſtitiæ, vel miſericordiæ. Priori modo Deus maledixit ſerpenti: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ. Maledixit præterea terræ: Maledicta terra in opere tuo. Alibi: Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terrâ, cui maledixit Dominus. Noe filio irriſori his verbis maledixit: Maledict⁹ Chanaan, ſeruus ſeruorū erit fratribus ſuis. Iacob maledixit Ruben primogenito ſuo. Imprecatus eſt & Ioſue ei,

Gen. 3. *Ibidem.* *Gen. 9. 25.* *Gen. 49. 3.* *Ioſ. 5. 26.*

qui tentaret aliquando Hiericho ciuitatem, quam incendio abſumptam Iſraelitæ, tanquam Sacrificium Deo obtulerant, à
Deut 27. & 28. fundamentis excitaret. In Deuteronomio horrificas maledictiones videre licet, quibus Deus Iſraelitas à malo auertere, & ad bonum ſectandum conuertere volebat, ſed vix illuſtrius exemplum maledictionis ſuppetit, quàm aqua Zelotypiæ ab ipſo Deo inſtituta, in quam tot maledicta congerebantur, quæ etiam ad mulierem, ſi adulterii rea eſſet, migrabant, poſtquam ebibiſſet aquam illam, quam ebibere
Pſal. 108. neceſſe erat. B. Dauidis Pſalmus centeſimus octauus terrificis imprecationibus refertus eſt. Quamuis plerique arbitrentur non eſſe maledictiones;

nes; niſi ſolis verbis, ſenſu autem prædictiones eorum malorum, quæ impiis euentura ſint; ita vt quæ imperandi formam habent, in eam ſpeciem, quę verbis de futuro congruit, transmutentur. Maledixit etiã D. Petrus Ananiæ his verbis: Pecunia tua ſit tecum in perditionem; Et D. Paulus Alexandro. Poſteriori modo licet etiã malum imprecari alicui, in bonum vel ipſius, cui malum imprecamur; vel aliorum, qui inde exemplum capiant, monitique iuſtitiam amare, & nõ temnere diuos diſcant. Quo pacto viri etiam ſancti peccatoribus morbos & flagella precari ſolent, vt à peccatis deſiſtant, & pœnitentiam agant; vtq; vitâ, doctrinâ, moribus & exemplo proximis pernitioſi

Act. 8. 20.

2. Tim. 4. 14.

Z 5 eſſe

eſſe deſinant; imò & ſoli inte
eant, ſi fortè corrigi nolin
meliùs enim eſt, vt vnus pe
eat, quàm vt plures in iden
exitii barathrum præcipiten
tur; neque optare, vt talis
medio tollatur, actus odii eſ
ſed charitatis erga bonum cō
mune. Creaturis rationis e
pertibus poſſumus malum
imprecari, reſpectu ad hom
nem, quem, in hac rerum
maledictione, vel puniri, v
inſtrui, vel etiam à læſion
præſeruari optamus. Sic Io
Iob. 3. 1. maledixit dici in quâ natu
eſt, & nocti, in quâ dictu
eſt: Conceptus eſt homo, o
peccatum originale, in qu
ille, vti & nos omnes conci
pimur & naſcimur; ob miſe
rias item & calamitates huiu
vitæ

vitæ, quas, ob illud peccatum, patimur. Maledixit etiam vates regius montibus Gelboe, ob cædem populi Dei in illis factam. Hieremias item diei maledixit, vt hæc eius verba teſtantur: Maledicta dies, in quâ natus ſum, dies in quâ me peperit mater mea, non ſit benedicta. Maledictus vir, qui nunciauit patri meo, dicens: natus eſt tibi puer maſculus. Maledixit etiam Seruator noſter ficui, & quidem tam efficaciter, vt ſtatim exaruerit; nã poſtridie cùm tranſirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui maledixiſti, aruit. Serpentibus etiam,

Hier. 20.

Mar. 11.

& id genus aliis animantibus, itemque locuſtis, bruchis, erucis, fruges depaſcentibus maledicimus, quia homini, & rebus, quæ ad vſum illius ſpectant, nocere ſolent. Imprecari porrò alicui malum quà malum eſt, grauis eſt culpa, niſi materiæ exilitas culpam extenuet: Sæpe tamen, licet verba ſint ſeria, mens non eſt ſeria. Malorum item plurimorum, cauſſa exiſtit, amicitiam enim, ceu ſolem, è medio tollit, lites, bella &c. ſerit.

CAPVT XXXII.

Remedia Imprecationis malæ.

CONſideretur primùm, & id quidem intentâ curâ, quòd Spiritus ſanctus iubeat nos benedicere, vetet autem male-

maledicere. Maledicent illi, ait *Pſ. 108. 28.*
Pſalmiſta, & tu benedices. O- *Tob. 4. 20.*
mni tempore benedic Deum,
& proximum conſequenter.
Ab inope, iuxta Sapientem, *Eccl 4. 5.*
ne auertas oculos tuos propter
iram, & non relinquas quæren-
tibus tibi retro maledicere, id
eſt, ſecretò, vt faciunt paupe-
res, dum negatur eis eleemoſy-
na. Benedicite, ait Apoſtolus, *Rom. 12.*
perſequentibus vos; benedici- *14.*
te & nolite maledicere. Dam-
nat etiam Scriptura maledi-
ctionem his verbis: Dilexit *Pſ 108. 18.*
maledictionem & veniet ei; & *Leuit. 20.*
induet maledictionem ſicut *9. & 24.*
veſtimentum. Et Moyſes: Qui *15.*
maledixerit patri ſuo, aut ma- *1. Cor. 5.*
tri moriatur. Et B. Paulus: Nunc *11.*
autem ſcripſi vobis, ſi is, qui
frater nominatur, eſt fornica-
tor, aut auarus, aut idolis ſer-

 uiens,

Digitized by Google

uſſeris, aut maledicus &c. cum eiuſmodi nec cibum ſumite. Et rurſum: Neque auari, neq; ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Conſiderentur deinde dicta Sanctorum Patrum. B. Ephrem: Verè beatus iterumque beatus ille eſt, qui à deterrimo hoc maledicendi genere ſe integrum cuſtodierit, quoniam Spiritus ſanctus in eo etiam habitabit. Homo maledicus vtroque, & odii, & ſuſurrationis morbo laborat. Et qui talis eſt, fratricida, crudelis & immitis cenſetur. Quid hoc ſcelere grauius eſt? Vnde quoque S. Apoſtolus nefaria impiorum opera prohibens, etiam maledicos iis annumerat. Neque maledici, in-

Cap. 6. 10.
Ib.
Lib. de virt. & vit. To: 1.
1 Cor. 6 10.

quiens,

quiens regnum Dei poſſidebunt. Et: Quemadmodum latro, vel vnico confeſſionis verbo, factus eſt ciuis Paradiſi; ita vno verbo maledictionis redditur quis reus gehennæ ignis; propter vnum enim maledicentiæ verbum Maria, quamuis alioqui eſſet vates, leprâ mulctata eſt, quo tandem genere ſupplicii digni ſunt illi, qui ſine delectu contumelioſi ſunt. Idem habet D. Gregorius, & D. Thomas Aquinas. Conſideretur item maledicentiam, quæ à Diabolo maledicentiæ Principe, Domina Furia Megæra, & nutrice Alecto originem trahit, grauiter ſemper fuiſſe punitam: Maledixit Dauidi Goliath Philiſtæus, & miſerè periit. Semei, quia Dauidi quoque male-

Lib. de lingua male.

Lib. 4. Moral. c. 5.

2. 2. q. 76 ar. 3.

1. Reg. 17. 51.

maledixit, à Salomone punitus fuit, pacificè ſcilicet non deducens canos eius ad inferos. Sacerdos quidam, vt ad noſtra tempora veniamus, in diœcæſi Moguntina Eccleſiæ paſtor, acriter inuectus eſt in calceos roſtratos, in publica diei feſti concione. Id moleſtè ferens ſutor quidam, imprecatus eſt coram aliis, vulgari idiomate concionatori epilepſiam, vel morbum comitialem in capitis tonſuram, & mox indignabundus ſe ex templo proripuit. Verùm quia plerumque recidunt in ſuos maledicta magiſtros, ecce tibi in reditu ad ſuos, obuium habuit virum ſtaturâ procerum, aſpectu terribilem, qui eum per capillos arreptum, tantâ vi deiecit in terram, vt auulſam vnà cum

Mag Spec. ex diſtin. 10. Ex. 27.

cum pelle capitis comam manu retinuerit. Cùmq; per horam integram maledicus omni ſenſu deſtitutus humi iacuiſſet, tandem à quibuſdam eiuſdem concionis auditoribus, in ſuas ædes deductus eſt, & menti reſtitutus, cauſſam rei geſtæ illis ingenuè aperuit. Monachi occidentes vrſum S. Florentini ex inuidiâ, eique maledicentes, elephantino morbo ſic percuſſi ſunt, vt membris putreſcentibus interirent. Inſaniebat Vercellis An. 1586. quidam iuuenis amore aleæ & ludi; Quodam die veſpere, cùm haberet domi colluſores, orta eſt, vt ſæpe fit, inter eos contentio. Cùm hîc peierans audaciùs veluti liti finiendæ: Ne viuam, inquit, & inuadat in me malus Dæmon, ni hoc ita ſe habet. Viſus ieciſſe

S. Gregor. 3. Dial. c. 15.

Bencius in Annal. an. 1386. & Boniſ de B. Virg l. 4. c 9.

iecisſe fulmen eodem veſtigio temporis, totum cubiculum intremuit, & tetra vmbra ante oculos videntium oberrans, circum parietes apparuit, metu ille exanimatus in terram cadit; vbi primùm ad ſe rediit, multò magis pauidus & vecors conſcientiâ, veniâ à Deo eiuſq; matre ſuppliciter petit, votoq; ſe obſtringit curandi ſacri in proximũ diem B. Tolentinatis, pedeſtriſque itineris, religionis cauſsâ ad Varalli montis ſuſcipiendi. Nihilô ſecius fuliginoſa volitat effigies circũ cubiculum, & lucernam conatur extinguere, ac ſocii terribili ſpectro crucem ligneam quàcunque ferretur opponere, ab horâ alterâ noctis ad diluculum vſque formidoloſa durauit pugna: ita aleatores, renouantes

tes ſubinde oleo infuſo ne deficeret lumen, æquauerunt nocti in lucemq; tulerunt, nō ludum ſed timorem, tum verò audito matutino ſigno angelicæ ſalutationis, nocturnum monſtrum, quod cauâ ſub imagine omnes terruerat, inimico offenſum ſono, procul nebulis obſcurum, in ſuas tenebras receſſit, conſternatorum magis oculos quàm animos relinquens. In Sileſia nobilis quidam, cùm quoſdam inuitaſſet, & horâ conuiuii iam inſtante: apparatuque omni facto, ſpe fruſtratus eſſet, excuſantibus ſe conuiuis cur non comparerent, prorupit iratus in hæc verba: Veniant igitur omnes Dæmones, ſi nullus hominum mecum eſſe poteſt; & verò mox

Delr Tom. 2. Diſq. Mag. l. 2. q. 7.

mox illi adſuerunt. Vnum his annectam, quod Iacobus Bidermanus noſter romano calamo totidem verbis ſcribit: *In Vita B. Ing. Loiolæ.* Humano iudice defenſam innocentiam mox tribunal etiã cœleſte vindicauit. Poſtea enim quàm de carcere exierat, mandatum Ignatio eſt, vt abiectâ veſtis inſolentiâ, habitu cũ cæteris communi vteretur. Atque in eam rem datum negotium cuidã Ioanni Lucenæ, viro ad hoc genus officia conſuefacto, qui veſtiendo Ignatio, de quæſitâ ſtipe pecuniam conficeret. Verùm vſus ita venerat, vt ambobus ad ædes quaſdam primarias delatis, magna vis hominum ſe oſtenderet, qui ad pilæ ſpectaculum intendebant. Ibi homo nobilis (nomen adſcribere parcimus)

mus) cognito cui rei adeſſent, vehementer ſanè conturbatur, & ad Ioannem conuerſus. Eccur tu, inquit, eo loco vir hanc talem cogere ſtipem perſeueras? malè ego diſperеam, & vel flammis ardeam, niſi iſthic (Ignatium aiebat) flammis eſt vſtulandus. Attonuit præſentes acerbior vox, quibus Ignatii honeſtas in comperto erat. Atqui haud diu ceſſatum eſt, & eodem ipſo die, nuncius de Philippo ſecundo affertur, Regem eſſe renuntiatum. Excitauit ea nouitas ciuium animos, vt feſto apparatu, ſua pro ſe quiſq; gaudia teſtarentur. Inter quos etiam ille, de quo commemorамus, applaudere cupidus, properat editam domûs turim conſcendere. Excutit improuidus flammæ ſcintillam, quæ ad vici-

vicinam nitrati pulueris cuſtodiam perlata, in inſperatum incendium euaſit; hominemque eluctantibus flammis comprehenſum miſerrimè peremit. Cenſuerunt id non fortuitò factum, ſed offenſum luculento conuicio Numen, deſpecti Ignatii pœnas ſumpſiſſe. Cœpitque exinde contemptæ virtutis fama valeſcere. Re poſtmodum, vt acciderat narratâ, grauiter indoluit Ignatius, & obortis lachrymis: hoc mane, inquit, ipſe has ſibi infœlix vates, exequias prædixit. Maximè ergo adlaborandum eſt nequis linguam habeat maledicam, eamque non apertam, & quaſi ex profeſſo ſolùm; nam id quidem vitium

Stim. Vir. l.3.c.22.

odio-

odioſum, noxium & intolerabile eſt, & qui eo laborat plus offendit maledicendo, quàm alter ipſum offenderit malè faciendo; ſed palliatam & coloratam quoque. Quid enim refert, vt non adlatres, ſi vel ſine allatru mordeas? quid mihi prodeſt, quod vel te malo indolere, aut etiam illachrymari fingas; vel virtutem aliquam meam laudes, ſi paulò poſt, inſtar veſpæ, vel ſcorpionis linguæ aculeum mihi infixum relinquas, & conclusione orationis, tanquam reflexâ caudâ, ſic famã meam inficias, tanquam ſi capitalis ſis inimicus?

CAP. XXXIII.

CAPVT XXXIII.

Mala Imprudentia.

PRudentia virtutum dux
& magiſtra, regula item
libella, ad quam homo ſerm
nes ſuos, vt & actiones, exig
debet, ne turpiter in illis lab
tur. Verùm multi ab eius t
mite, cùm loquuntur, def
ctunt, contrariæque viæ in
ſtunt; vel enim finem rect
ſibi non præfigunt; vel illō
conſtituto, media illi accōm
data, eum vt conſequant
negligunt; dum per memo
præterita imprimis, quod
Lib. de lib. arb. q 31. ſententia D. Auguſtini, faci
dum erat, non reperiunt; p
ſentia, per intelligentiam
perſpiciunt; futura, per p
uidentiam nō animaduertu
2. 2. q. 49. Dum deinde cum S. Tho
do

docilitatem, ſolertiam, rationem, circumſpectionem & cautionem non adhibent, vt quid, & quomodo loquendū ſit, rectè iudicare poſſint. Eſt verò docilitas, quâ vel audiendo prudentium conſilia, vel legendo eorum libros, vel experientiâ diſcimus quid loquēdum ſit. Solertia eſt bona & celeris coniectatio, vt docet Ariſtoteles. Ratio cognitio vnius ex altero, per argumentationem. Circumſpectio accurata conſideratio circumſtantiarū. Cautio prouiſio aduersùs mala contraria, quæ obſtare bonis conſiliis poſſint. Vnde Apoſtolus ad Epheſios ſcripſit: Videte fratres, quomodo cautè ambuletis (loquamini) non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes. Id cùm non fit à multis, quic-

5. Eth. 9.

Eph. 5. 15.

CAPVT XXXIII.

Mala Imprudentia.

PRudentia virtutum dux & magiſtra, regula item libella, ad quam homo ſerm nes ſuos, vt & actiones, exige debet, ne turpiter in illis lab tur. Verùm multi ab eius t mite, cùm loquuntur, def ctunt, contrariæque viæ in ſtunt; vel enim finem rectu ſibi non præfigunt; vel illō constituto, media illi accōm data, eum vt conſequant negligunt; dum per memo præterita imprimis, quod, ſententia D. Auguſtini, faci dum erat, non reperunt; p ſentia, per intelligentiam n perſpiciunt; futura, per pr uidentiam nō animaduertu Dum deinde cum S. Tho do

Lib. de lib. arb. q. 31.

2. 2. q. 49.

Digitized by Google

docilitatem, ſolertiam, rationem, circumſpectionem & cautionem non adhibent, vt quid, & quomodo loquendũ ſit, rectè iudicare poſſint. Eſt verò docilitas, quâ vel audiendo prudentium conſilia, vel legendo eorum libros, vel experientiâ diſcimus quid loquẽdum ſit. Solertia eſt bona & celeris coniectatio, vt docet Ariſtoteles. Ratio cognitio vnius ex altero, per argumentationem. Circumſpectio accurata conſideratio circumſtantiarũ. Cautio prouiſio aduersùs mala contraria, quæ obſtare bonis conſiliis poſſint. Vnde Apoſtolus ad Epheſios ſcripſit: Videte fratres, quomodo cautè ambuletis (loquamini) non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes. Id cùm non fit à multis, quic-

5. Eth. 9.

Eph. 5. 15.

quid in buccā venit, effutiunt, ſine modo linguæ habenas laxant, inſtar aquæ ſe ſpiritumq; totum effundunt, nihil maturo ſilentio tegunt, cùm ſe, vel non audiri, vel non curari, contemni etiam, animaduertunt. Cor omnino in ore habent, dicereq; adeò poſſunt cum Eliu: En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas diſrumpit, ſic intemperanter omnia profundunt. Ac cùm in animo vruntur, linguam non cohibent, & luctantia verba non comprimunt; cum Eliphaz conceptū ſermonem tenere nō poſſunt, eô etiam quô nolunt, reuoluũtur; nullum licentiæ ſuæ teſtem in cœlo formidant, nec iudicem nullâ curâ tanguntur, linguam vt refrenent, nullam

Iob 32. 19.

custo-

cuſtodiam ori ſuo ponunt, nullum oſtium circumſtantiæ in labiis ſuis, cùm ſermo tamen immoderatus auribus non minùs inimicus ſit, quàm eſt immoderatus cibus corpori. Diligit verba præcipitationis, eorũ more, qui fluminibus innatantes, non eunt, ſed feruntur, vt ait Seneca; pleni ſunt rimarum, hac atq; illac inconſiderate effluentes. Verbo: In ſermonibus eorum vix mica ſalis reperitur. Ex hac porrò inſipientiâ loquendi mala plurima ſequuntur. Nocet enim primùm imprudens in loquendo ſibi. Id aſſerit Sapiens his verbis: Lingua imprudentis, ſubuerſio eſt ipſius; peccato enim ille ſe alligat, animam peſſundat, mentem excœcat, voluntatem præcipitem *Ep. 23.* *Eccl. 5. 15.*

agit, ſuo conſilio cadit, ludibrio & contemptui ſe exponit, fatuum prodit. Incircumciſis etiam labiis, oreque ſuo incircumſpecto aliis nocet; plurimos ſiquidem in errorem & prauitatem inducit, vnitatem inter eos conturbat, charitatem diſcindit. Quotiens loquimur, ait D. Hieronymus, aut non opportuno tempore, aut non in opportuno loco, aut non vt conuenit audientibus, totiens ſermo malus procedit de ore noſtro, ad deſtructionem eorum qui audiunt. Publicam etiam ſalutẽ peſſundat, ſtatum perturbat, imperiis damnum affert, regna perdit. Ad ſummam: ſexcentis malis viam aperit, extremas confuſiones inducit, res conſuetudine receptas vſuque corroboratas

Ep. ad Celand.

ratas conuellit, leges refigit, triſtiſſimam rebus omnibus vaſtitatem inuehit.

CAPVT XXXIV.

Remedia Imprudentiæ.

REmedium contra Imprudentiam ſuppeditant inprimis hæ diuinarum litterarum ſententiæ: Beatus homo, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentiâ, melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri primi & puriſſimi, fructus ei⁹ pretioſior eſt cunctis opib⁹, & omnia quæ deſiderãtur huic non valent cõparari. Qui moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Lingua ſapientum ſanitas. Prudentia moderatur ſermones, & dat ori cuſtodiã, & ſuper labia ſignaculum certum, vt non cadat ab ipſis, &

Prou. 3. 13. *Prou. 10. 19.* *Prou. 12. 18.* *Eccl. 22. 33.*

Eccl. 5. 1. lingua perdat. Ne temerè quid loquaris, neque ſis velox ad proferendum ſermonem: Vidiſti hominem velocem ad loquendum, ſtultitia magis ſperanda, quàm illius correctio. *Prou. 29. 29.* Noli citatus eſſe in linguâ tuâ, & inutilis & remiſſus in operibus tuis. *Eccl. 4. 34.* Eſt tacens, qui inuenitur ſapiens, & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum. *Eccl. 28. 29.* Verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos; ne fortè labaris in lingua tua. Præbent deinde Sancti Patres remedium his ſuis dictis. Sapiens, inquit D. Ambroſius, *Lib. 1. Offic. c. 10.* priuſquam loquitur, multa cõſiderat, quid dicat, cui dicat, quo in loco, & tempore dicat. Præcipitio præcipitatio proxima eſt. Baſilius: In primis ma- *Ad Gregor. Theol. ep. 1.* gno ſtudio id comparandum habe-

habemus, ſcitè vt ſermocinari poſſimus, vt nec contentioſiùs percunctemur, nec affectantiùs reſpondeamus, vt diſſerenti non obloquamur, nec interfari geſtiamus, abſurdâ oſtentatione, faſtumque præferente, vt modum teneamus & ſermocinãdi & auſcultandi. D. Hieronymus: Diu ante conſidera quid loquendum, & adhuc tacens prouide, ne quid dixiſſe pæniteat. Verba tua ponderet cogitatio, & linguæ officium animi libra diſpenſet. Et: D. Auguſtinus: Perpende quid dicturus es, examina & conſule interiorem veritatẽ, & ſic profer ad exteriorẽ auditorẽ. Circumſpectio (iuxta Bernardũ) quæ animæ ſepes eſt, prudentiæque pars integrans, neceſſaria eſt, vt videatur, quid

Ep. ad Celant.

In Pſ. 38. Ver. 1.

Bern. in Senten.

loqui liceat, quidue expediat aperire, quid contegere atque claudere. Idem ſic ſcribit: Priuſquàm proferas verba, bis veniant ad limam quàm ad linguam. Limandæ ſunt res, de quibus eſt loquendum, & modus quo afferendæ ſunt. Vnde ſi deſideras rectè loqui, staterâ & limâ opus eſt ad ponderanda & limanda verba. Ad quod ſeruit multùm, ſi nimium ſibi homo non fidat, ſuæq; prudẽtiæ innitatur, ſed in conſilium fidos ac prudentes viros adhibeat; Id olim magni etiam fecerunt, Alexander habuit ſecum Ariſtotelem, Darius Plotinum, Auguſtus Piſtum, Pompeius Plautum, Titus Plinium, Adrianus Secundum, Traianus Plutarchum, Antonius Apollonium, Theodoſius Claudiũ,

In ſpec. Monach.

Seue-

Digitized by Google

Seuerus Sabacum &c. Quo fine? Sanum vt ab illis [illegible] rent conſilium. Diem etiam ex die homo deducere debet, ſucceſſus rerum ſuarum obſeruare & annotare, atq; etiam errata, quæ alii committunt, in memoria ſeruare, vt ex his documenta accipiat & ſapere diſcat. Nihil enim eſt quod nos inſtruat magis, & prudentiores reddat, quàm rerum earum, quas ipſi agitamus, & quaſi manibus tangimus experientia, & accurata librorum à ſapientibus ſcriptorum lectio; ex illis enim vtiliſſima præcepta hauriri ſolent. Hoc conſiliũ Demetrius Phalareus Ptolomæo Ægyptiorum regi dedit, & filio Baſilius Imperator. Remedium vltimum ſapientiâ & prudentiâ illi contrariâ continetur.

Coloſs. 4. 6. netur. Indicat id D. Paulus his verbis: Sermo veſter in gratiâ ſit ſemper ſale conditus. Per ſalem enim intelligit Bernardus ſapientiam; ſic enim ſcribit: Sal eſt, quod nulli ſacrificio deeſſe iubetur. Inde eſt quòd inſulſos homines dicimus, quos intelligi volumus minimè ſapientes. Et Dominus ſal in nobis habere præcipit. Apoſtolus quoque omnem noſtrum ſermonem ſale monet eſſe condiendum. Cùm ergo cõditus eſſe debeat ſermo noſter ſale, conficitur reſperſum eſſe oportere ſapiẽtiâ, ſignificatâ per ſalem à S. Paulo. Cùm item Sapientia ſit ſcientia rerum diuinarum, materia ſermonibus ſubſtrata eſſe debet pia, ſpiritualis, ac de rebus ſpectantibus ad æternam ſalu-

Serm. de Obed. pat.

Digitized by Google

ſalutem. Per ſalem, prudentiam quoque intelligi debere docet S. Cyrillus Alexandrinus his verbis: Sale ſacrificium aſpergebatur, inde vt diſceremus, prudenter nos Deo dicare debere. Prudentia porrò, quæ linguæ cuſtos eſt, & ſermonis moderatrix, tanquam Zachariæ lapis, ſeptem oculos habere debet, quibus omnes circumſtantias inſpiciamus atque obſeruemus, quæ ſunt ex S. Thomæ ſententiâ ſeptem ſequentes:

Lib. 12. de adorat. in ſp. & ver.

Zach. 3. 9.

S. Th. 1. 2. q. 7. ar. 3.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur,
quomodo, quando.

Licet autem ex his quarta (quibus auxiliis) ad res potiùs pertineat, quàm ad verba, tamen ſi loco illius ponamus: quibus cum loquamur, ſeptennarius numerus redintegrabitur. In

omni ergo omnino ſermone diligentiſſimè ſpectandæ ſunt hæ circumſtantiæ, Multa enim ſunt & ſenſu, & ſono præclarè dicta, quæ tamen, alicuius circumſtantiæ vitio, noxia & illaudata redduntur. Quod ad primam circumſtantiam pertinet, ſic ſcribit Hugo Victorinus: Qualitas perſonarum quatuor modis conſideratur, ſecundùm ætatem, ſcientiam, officium, & conditionem. Secundùm ætatem, quia aliud cõuenit locutionibus ſenũ, aliud iuuenum. Secundùm ſcientiã, quia alio modo loqui debent ſapientes; alio ſimplices. Secundùm officium, quia aliter loqui debent illi, qui negotia terrena tractant; aliter illi, qui ſanctioris vitæ quieti, ſtudioque contemplationis inuigilant.

Tract. de inſtruct. Nouit. c. 13.

Digitized by Google

lant. Secundùm conditionem; aliter enim Prælati, ſubditi aliter loqui debent. Dedecet, vt in ſpecie aliquid dicamus, adoleſcentem multa loqui coram ſene. Idiotam de ſublimibus rebus &c. Quod ad ſecundam circumſtantiam attinet, loquẽdum eſt de iis rebus, quæ pertinent ad vtilitatem ſpiritualẽ proximi, adeòq; de piis, & ad vitam æternam ſpectantibus. Indicat id Apoſtolus his verbis: Omnis ſermo malus ex ore *Eph. 4. 26.* veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et his: Lingua mea medi- *Pſ. 34. 28.* tabitur iuſtitiam tuam, totâ die laudem tuam. Omnis enarra- *Eccl. 9. 23.* tio tua, ait Sapiens, ſit in præceptis altiſſimi. Et: Miraban- *Luc. 2. 18.* tur omnes in verbis gratiæ, quę

ꝓcedebant de ore Dei. D. Hieronymus: Sermo Nepotiani erat, per omne conuiuiũ de Scripturis S. aliquid proponere, libenter audire, reſpondere verecundè, recta ſuſcipere, praua non acriter confutare, diſputantem cõtrà magis docere quàm conuincere. Loci item, quod tertium eſt, habenda eſt ratio; alius ſiquidẽ in prophano, in loco ſacro alius habendus eſt ſermo. In oratorio, ait Auguſtinus, nihil agendum (& loquendum) eſt, præter id ad quod factũ eſt. Hugo docet quoq; ea, quæ pluribus ſunt dicenda, in loco occulto non eſſe dicenda; & quæ paucis ſunt aperienda in loco publico non eſſe manifeſtanda. Quidam, ait Seneca, ea, quæ ſolis amicis committẽda eſſent, his, quos habuerunt obuiam.

In Epitaph. Nepot. ad Heliod.

In 3. Reg.

In Inſtit. Nouit. c. 15.

Epiſt. 3.

obuiam, narrant. Non poſſunt aliqui auditum verbũ tenere. Sagitta infixa femori canis, ſic ſermo in ore ſtulti. Et: A facie verbi parturit fatuus, parturiens non quieſcit, donec partum emiſerit, nec fatuus donec verbum protulerit. Quibus autem loquendum ſit (quod eſt quartum) diligenter aduerti debet. Refert enim, vt Nigronus noſter ait, viri ne ſint, an fœminæ; ſpiritales ne, an ſecus; initiati ſacris, an laici; dignitate, ætate, ſcientiâ pares, an Superiores, vt vir prudens locuturus de ſpiritalibus deliberet, vtrum diutiùs ſilere debeat, an confeſtim loqui, quibus de rebus inferre ſermonẽ, quatenùs colloquium producere inchoatũ. S. Ambroſius in expoſitione moni-

Eccl. 19. 12.

In reg. Comm. ad 49.

In c. 4. Coloſs.

moniti Paulini de condiendis ſale ſermonibus. Aliter, inquit, cum potentibus mundi, aliter cum mediocribus, & aliter cum humilibus agendum eſt. Aliter item cum manſuetis, aliter cum iracundis, quibus cedendum eſt. Etenim primùm turpe duceretur à Nouitio dari documenta Sacerdotibus; à laicis Prælatis Eccleſiæ, denique ab adoleſcentibus ſemidoctis, viris doctiſſimis. Cum ægroto agendum eſt de bono patientiæ, cum vidua de commodis viduitatis & cœlibis vitæ, cum adoleſcente ſtudioſo de vitæ puritate, de fugiendis morum corruptorum ſodalibus, de pietate cum litteris coniungẽda; cum defuncti propinquis, de bono mortis, præſentiſque vitæ miſeriis, ac futuræ gaudiis ſem-

Digitized by Google

ſempiternis, cum diuite, de regno cœlorum eleemoſynarum largitione cōparando &c. Notetur & illud Sapientis: Vbi nō eſt auditus, ne effundas ſermonem. Et hoc: In auribus inſipientium ne loquaris, quia deſpicient doctrinam eloquii tui. Finis item bonus ob oculos perpetuò verſari debet; ad Dei vt gloriam ſermo referatur, bonum proprium, commodumq; ſpirituale proximi. Quod ad modum pertinet; ſermo non debet eſſe durus; talis enim furorem ſuſcitat, vt Sapiens ait; non acerbus; verbum enim dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos; non ruſticus, loquentes vt interpellet; non indiſcretus, ſed decorum ſeruans; non ſuperbus, ſed humilis; non leuis ſed grauis; non præ-

Eccl 32.6.
Prou. 23 9.
Prou. 15.1.
Eccl. 6.5.

præcipitanter effuſus, ſed præmeditatus; non exaggeratus ſed breuis; non immodeſtus, ſed ſobrius. Priuſquam etiam quis reſpondet, audire debet; qui enim prius reſpondet, quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat & confuſione dignum. Loquentes etiam interpellandi non ſunt; in ſermone enim viciſſitudine vtendum eſt. Temporis tandem & occaſionis habenda eſt ratio, ſuóque adeò tempore, opportunèq; loquendum eſt. Vetus eſt: Noſce tempus. Dicitur etiam in Eccleſiaſtico: Fili conſerua tempus, ſiue opportunitatem loquendi. Hinc legitur: Sermo opportunus optimus. Et: Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. Is autem iuxta Bedam, ſuperaddit mala

Eccl. 4. 23.
Prou. 15. 11.

aurea

aurea lectis argenteis, qui verbum Dei nouit opportunè iuxta capacitatem audientium prædicare. Laudatur ergo opportunitas, quam, vt vir prudens obſeruet in ſermone ſerendo; ita impudens negligit, vt videre licet in Eccleſiaſtico dicente: Ex ore fatui reprobabitur parabola. Et ante: Et eſt tacens, ſciens tempus aptum. Homo ſapiens tacebit vſq; ad tempus, laſciuus autem, & imprudens non ſeruabunt tempus. Præit nos exemplo ſuo Saluator noſter in opportunitate loquendi; ſæpe enim ex occaſione natâ eorum, quæ dicebantur, aut fiebant, docebat auditores familiariter ſalutaria vitæ ſempiternæ. Apparet hoc in colloquio cum Samaritanâ, cùm mentionem facit aquæ ſalientis in vitam

Lib. 3. in c. 25 Prou.

Eccl. 20. 22.

Eccl. 20 6.

Nigron. in reg. com. 42.

Ioan. 4. 15.

vitam æternam, occaſione ſumptà actionis mulieris aquā ex puteo haurientis. Item in
Luc. 7. 14. domo Phariſæi, ex tacitis eius cogitationibus arripuit opportunitatem laudandæ peccatricis pœnitentis, & tam multa cõuiuis vtilia dicendi. Ac cùm
Luc. 6. 25. quidā dicerent: Domine ſemper da nobis panem hunc: ſubiecit: Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me nō eſuriet. Et cùm eo loquente ad turbas, diceret quidam: Ecce mater tua, & fra-
Matt 12. 48. tres tui foris ſtant, quærentes loqui tibi, depoſitā quaſi omni affectione carnali erga eos, reſpondit: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et addidit: Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſoror &
Act. 17. 25. mater eſt. Paulus quoque Athenis

henis in Areopago cõſtitutus, ex Aræ inſcriptione, quæ erat: Ignoto Deo, optimam accepit occaſionem ſermonis nobiliſſimi; vel, vt loquitur Auguſtinus, reperit opportuniſſimum ſuæ diſputationis exordium. Quod admiratus Hieronymus ait: Pro Chriſto cauſſam agens, etiam inſcriptionem fortuitã arte torquet in argumentum fidei. Sancti Dei Chriſtum & Paulum imitati ſunt; vt & nos quoque imitemur, operæ pretium eſt.

Lib. 1. contr. aduer leg. c. 18.

CAPVT XXXV.

Mala laſciuiæ in loquendo.

NOn deſunt, prô dolor, qui, velut obligatis oculis, laſciuè flagitioſèque loquantur, peccataque ſua & nequitias, velut Sodoma prædicent. Eorum

rum verò ſunt genera duo; vnum, qui rupto muro, apertàque, quod aiunt, galeâ, abiectoque omni pudore, fœda oris proluuie, de iis loquuntur, quæ cum honeſtate pugnant; ſicq; ſe, & alios ad turpitudinẽ excitant, vt illi apud Salomonem:
Sap. 2. 6. Venite fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creaturâ, tanquam in iuuentute, celeriùs vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis: coronemus nos roſis antequam marceſcant, nullum pratum ſit, quod non prætereat luxuria noſtra. Nemo noſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ, vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors. Huius generis erant, qui ſe
2. Confeſ. c. 3. & 9. Auguſtino adiunxerant, quos ipſe,

ipſe, de ſe loquens, commemorat: Præceps ibam tantâ cæcitate, vt inter coetaneos meos, puderet me minoris dedecoris, cùm audiebam eos iactantes flagitia ſua, & tantò gloriantes magis, quantò magis turpes eſſent, & libebat malum facere, non tantùm libidine facti, ſed etiam laudis. Quid dignum eſt vituperatione niſi vitium? ego, ne vituperarer, vitioſior fiebam; & vbi non ſupererat, quo admiſſo æquarer perditis, fingebam me feciſſe, quæ non feceram, ne viderer abiectior, quò innocentior; & ne vilior haberer, quò eram caſtior. Ecce cum quibus comitibus iter agebam. Et addit: O nimis inimica amicitia, & ſeductio mentis inueſtigabilis? cùm dicitur:

citur; Eamus, faciamus, & pudet non eſſe impudentem. In his quoque Lutherus fuit; ore enim effrenatiſſimo inſtructus, lenas & lenones, orationis obſcœnitare, in certamen vocare poterat; & verò oratione, quæ tota Venus fuit, vicit. In iiſdem & illi numerantur, qui nec Deum, nec homines veriti, de nequiſſimis fœditatibus colloquia ſerunt, de Veneris Cypriæ myſteriis, de raptu Helenæ, de erroribus Æneæ, Didonis querelis, Deorum adulteriis loquuntur. Qui cupiditates item improbas amoris Platonici titulo prætexunt, & ex Xenophontis, Æſchinis, Cebetis &c. moribus mantellum nequitiæ conficiunt. Genus alterum eorum eſt, qui ſuis coloribus depicta flagitia non

non proponunt, ſed ea ſimulant, ſpeciemq; boni illis prætexunt, ac cum melle fel propinant. Humiliter irrepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter occidunt. Eos ſic deſcribit Lucretius: At veluti pueris abſynthia tetra medentes cùm dare conantur, priùs oram poculi circùm contingunt dulci mellis flauoque liquore. Hi ſunt illi, ſub tranquillo latentes ſcopuli, in quos, niſi curâ ſolerti præuideantur, plenis ſcilicet velis hominis nauis uis, à vanitatis & aſtutiæ ventis impacta, miſerrimum facit naufragium. Habet ſanè, inquit S. Ambroſius, ſuos ſcopulos verecundia; non quos ipſa inuehit, ſed quos ſæpe incurrit, ſi in intemperantium incidamus conſortia, qui ſub

Stim. Vir. 1. c. 15.

Lib. 1. Offic. c. 20.

ſpecie iucunditatis, venenum
Prou. 1. 10. infundunt bonis. De his eſt illud Salomonis: Fili, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas illis; præbent enim lac, ꝙ primùm influat dulciter, tum ſoporem cõciliet, deniq; ſenſum
Iud. 4. adimat, & prorſus occidat. Sic miſerè olim Siſara periit, dum ſoporatus dulci à muliere lactis hauſtu; ferro ſuperatur incautus. O lac pernitioſũ, quod periculoſę homini ꝓpinant familiaritates: Lac, quod occidat, non nutriat: Lac Tygrinum vrſorumque potiùs, quàm, vt videri vult, maternis expreſsũ vberibus. Primùm honeſtè loquuntur, paulatim deinde honeſtis turpia miſcent, ſicq; animos turpitudine titillant. Vtrumq; porrò genus periculoſũ eſt: Quô enim animũ conſtan-

tem

rem oculi, & aliæ illecebræ pellicere non poſſunt, eum oratio impellit ſpurca. Periculosũ autẽ ? permitioſum quoq; ; illiberalib⁹ enim colloquiis flagitioſi diobolares cudunt & candefaciunt tela venenata, de quib⁹ ſcriptũ eſt: Tela ignea nequiſſimi, quibus tã eum qui loquitur, quàm qui audit, cõficiunt, iuxta illud: Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Efficiunt enim, vt qui nutriebatur in croceis, amplectatur ſtercora; &, vt iumentum, in iis computreſcat. Animam ipſius virtutibus ſpoliant, robur eius emedullant, vires exterunt, & ad extremam eam miſeriam & infelicitatem deuoluunt. Intellectui illius tenebras eas offundunt, ſolem vt non videat. Iudicium euertunt, men-

Eph 6. 16.

1. Cor. 15.

Ioelis 1.

Pſal. 57.

Digitized by Google

mentem ſubmergunt, rationẽ ſubruunt, ingenium corrumpunt, conſilium peſſundant. Voluntatem miſerrimæ ſeruituti addicunt, memoriam memoriâ ſpoliant, potentiam effectricem retundunt, funibuſque luxuriæ conſtringunt, verecundiam exuunt, à recto & honeſto abducunt, in ioca illiberalia impellunt, ſenſus rerũ turpium delectatione ineſcant, oculos deprædantur, aures nugamentis, fabulis, turpitudinibus complent, guſtatum veneris amicum faciunt, vt & odoratum, tactum libidinis ſeminarium efficiunt, paſſiones inexplebili voluptatum cupiditate inflammant, turbulentiſque motibus inquietant, & volubilibus mundi vanitatibus concutiunt, & aſſidua rerum

rum tempeſtate iactant. Corpus, Spiritus ſancti templum profanant, & in lupanar conuertunt turpitudinis, vireſque illius infringunt, pulchritudine exuunt, flore priuant, neruos virtutis elidunt, medullas inflammant, ardenti corpori fomenta addunt, cordi dulce venenum inſtillant, oſſa collidunt, carnes vorant, putidiſſimam ægritudinem inferunt, celerem ſenectutem afferunt, famam, opes, cuncta denique deuorant, omnia eradicant genimina; de homine tandem pecudem faciunt, catenis Diaboli inexplicabili modo eum conſtringunt, & herculeâ clauâ, vel cæſtibus proterunt, ſtellamque ſolemque in cœlo futurum proſternunt, & in longinquâ regionem proiiciunt,

vnde redire aliquem negant. Ad eundem cenſum veniunt libri, picturæ, laſciuæque ſtatuæ. Lingua loquitur auribus, illa oculis, pectori, corruptelamque ſæpe morum maiorem faciunt. Turpitudinis quidam deliciis ſua ornant conclauia, quaſi deſint nequitiæ irritamenta. Membra, quæ verecundiæ cauſsâ celant, ne videantur, in tabulis nudant vt videantur. Tanti ſcilicet vitrum, quanti margaritum facientes: tanti? maioris.

Capvt XXXVI.

Remedia Laſciuia in loquendo.

NVllum potentius, quàm à Scripturis ſequentibus, huius nefandi vitii remedium petitur. Omnis ſermo malus (adeòq;

(adeòq; laſciuus & illiberalis) de ore veſtro non procedat, Eph. 4. 29. ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det audientibus gratiam, hoc eſt, vtilitatem, progreſſumque in gratiâ, pietate, cæteriſque virtutibus. Omnis fornicatio, ait idem Apoſtolus, & immunditia, nec nominetur in vobis, ſicut decet Eph. 5. 3. ſanctos, hoc eſt, Chriſtianos, qui vocatione, Baptiſmo & profeſſione ſunt, id eſt, eſſe debent ſancti, quaſi diceret, adeò ab omni immunditia alieni eſſe debent Chriſtiani, vtpote ſancti & Deo conſecrati, vt ne nomē quidem immunditiæ, aut operis alicuius immundi audiatur inter eos. Subdit: aut turpitudo, id eſt, obſcænitas verborum, & ſic diſtinguitur ab immunditiâ, quæ eſt operum;

aut ſcurrilitas, iocularitas ſcilicet indecens, quæ riſum ſolũ excitat. Et Paulus iterum: Nunc autem deponite & vos omnia, iram &c. turpem ſermonem de ore veſtro. Et: Sermo veſter ſemper in gratiâ ſale ſit conditus, alios videlicet vt condiamus. Et: Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientiâ, docentes & cõmonentes voſmetipſos in Pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, in gratiâ cantantes in cordibus veſtris Deo. Non verbum igitur ſordidum, obſcænum, fœdum. Omnibus dicit Apoſtolus: Fugite fornicationem. Quod fit dum ab eâ animo abhorremus, eiuſque pericula & occaſiones, turpium inprimis ſermonũ, declinamus. A Patribus deinde orthodoxis reme-

Coloſ. 3. 8. *Coloſ. 4. 6.* *Coloſ. 3. 16.* *1. Cor. 6.* *Lib. 3. de Virg.*

Digitized by Google

remedium paratur, ſi eorum ſententias ponderemus. Ambroſius ſic habet: Ingreditur mors per oſtium tuum, ſi turpiter loquaris; mors ſcilicet animæ. Libido, ait idem, conuiuiis paſcitur, maiora verò his ſunt verborum fomenta; ingerunt enim animis audientium cogitationes amatorias & impudicas. Sermo laſciuus in animam caſtam, velut in vndam puriſſimam cõiectus, alias poſt alias amatorias cogitationes excitat, totamque, iuxta Baſilium, perdit. D. Hieronymus de Paula inſtituendâ ſcribens ſic præcipit: Nihil diſcat audire, nihil loqui, niſi quòd ad timorem Dei pertinet. Et: Nunquam verbum inhoneſtum audiat; vel ſi audierit, ne ineſcetur: cauendæ verborum dulcedines,

Lib. 1. de pæn. c. 14.

Ad Lætam.

Ad Demetr. & Gaud.

dines, animam per aurem vulnerãtes, perditæ mentes hominum vno frequenter leuiq; ſermone tentãt clauſtra pudicitię. Vnde & Poeta Christianus:

Bapt. Mantuan.

Verba mouent animos, oris laſcinia pectus
Pulſat, & in venas ſemina mortis agit.

Prou. 22. 14.

Fouea ꝓfunda os alienæ, cui iratꝰ eſt Dominus incidet in illã. Per os intellige blanditias & illecebras verborũ; vel etiã oſcula, ꝑ quę viri ſępe irretiuntur. Quod autẽ addit: Cui iratus eſt Dominꝰ &c. ſignificatur peccatũ poſterius pœnã eſſe p̃cedentis, per ꝙ meretur deſeri à Deo, & p̃cipitari in iſtã foueã, vnde difficilis exitus. Et alibi: Qui ſcurrilia replicat, & cachinnis ora diſſoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic nõ otioſi, ſed criminoſi tenebitur reus. Nazianzenus.

In 12. cap. Mat.

In Tetr.

Occla-

Occlude verbis turpibus ceratas
Aures, soniſq; cantuum molliſſimis.

Clemens Alexandrinus: A ſermonis obſcœnitate, nō ipſi tātùm abſtinere, ſed eos quoque, qui eâ vtuntur, cōprimere debemus, tum acriore cōſpectu, tum vultus auerſione, tum ſubſannatione, vt dici ſolet, tū denique vehementiore oratione. Didymus: Iter ad impudētiam eſt ſermonis obſcœnitas, atq; vtriuſque eſt obſcœnum facinus. D. Bernardus: Verbum ſcurrile ab ore procul ſit, & ab ore procul relegetur. Cyprianus acriter reprehendit Virgines illas, quas non pudet præſentes eſſe inter verba turpia, & temulenta conuiuia, quibus libidinum fomes accenditur, ſponſa ad patientiam ſtupri, ad audaciam

Lib. 3. Vid cap. 3.

De habit. Virg.

ſponſus animatur. Quæ pudica venerat, impudica diſcedit; corpore licet virgo ac mente permaneat, oculis, auribus, linguâ minuit illa. Decet etiam Christianos eſſe caſtiſſimos & honeſtiſſimos, tum propter Deum, quem ſummopere reuereri debemus, vbicunq; fuerimus, & tanq̃ ſancti in conſpectu eius mundi incedere, loqui &c. tum ꝑpter Angelos, q̃ omnibus q̃ vbiq; fiunt, adſunt, & iis, quæ malè ſeu inhoneſtè geruntur & dicuntur, offendũtur; tũ propter proximum, ne ad libidinem incitetur; tum ꝑpter ſe, alienũ enim eſt à ratione ſpurcè loqui. A vitii etiã huius fœditate abſterrere nos poſſunt Philoſophi, ſolo rationis lumine illuſtrati. Pulcherrimè hac de re præcipit ſummus Phi-

Philoſophus: Primum præceptum eſt, vt Pædonomi dent operam, vt tenelli pueri quàm minimùm cum ſeruis ſint, & vt arceantur à narrationibus & ſpectaculis illiberalibus. Alterũ præceptum eſt, vt Legislator penitus omnem verborum obſcænitatem exterminet; nam ex licentiâ quiduis turpe dicendi, naſcitur & facere, quòd dicere & facere valde ſint propinqua. Tertium eſt de pœnis: Quod ſi quis deprehendatur aliquid eorum, quę vetita ſunt, aut dicere, aut agere, iſque liber ſit quidem ille, ſed nondũ dignus, qui in conuiuiis publicis accumbat, habitus ſit, & ignominiâ afficiendus, & verberibus caſtigandus eſt: Sin ſit hac ætate ſuperior, ignominiis illiberalibus inurendus eſt,

7. Politic. c. vlt.

Aelian. 14. var. hiſt. c. 19.

Idem lib. 8. c. 30.

propterea quòd ſe ſeruorum ſimilē moribus præbuerit &c. Architam ferunt, non ſanctum profectò, attamen rationi, hac in parte obſequentem, ſi quid ſpurcum ſeries diſputationis cogeret dicere, nihil quidem dixiſſe, ſed parieti, vt auditores legerent, inſcripſiſſe. Et Climachum Pancraſtiaſtem, ſi quà minùs honeſta in conuiuiis proferrentur verba, à menſa ſurrexiſſe. Æſchylus: Os potiùs mordendum, quàm turpe aliquid dicendum docuit. Diogenes, cùm audiret iuuenem formoſum impudenter multa deblaterantem: Non te pudet, ait, ex eburneà vaginâ plumbeū educere gladium? Lingua gladius eſt in ore portatus, vt veteres docuerunt. Seneca: Turpia ne dixeris,

Lib. 3. Apopht.

Ex publ. Mimo.

pau-

paulatim enim pudor per verba diſcutitur: tranſibit ſermo in affectũ, ſi inhoneſta loquamur. In officiis Poetæ numerat Horatius etiam iſtud:

Os tenerum pueri balbumq́; Poeta figurat,
Torquet ab obſcænis iam nunc ſermonibus aurem.

Inter leges Charondæ hæc vna erat: Nemo turpia loquatur, ne cogitatione ad turpia opera propiùs accedat, & animum impudientiâ ac ſceleribus repleat. Vltio quoq; magna ſpurcos ſermone expectat. Indicat id Apoſtolus his verbis: Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus &c. non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Et rurſus: Nolite errare, neque fornicarii, neq; idolis ſer- *Eph. 5.* *1. Cor. 6.*
uien-

Digitized by Google

uientes &c. regnum Dei poſſidebunt. Eandem indicat Propheta, cùm ſic ſcribit: Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & progeniem & germen, turpiaq; adeò verba loquentes. Et in hac etiam vitâ; nullum enim eſt dedecus culpæ, ſine decore iuſtitiæ. Tardè aliquando, tarda tamen tacitis pœna venit pedibus, ait Tibullus. Altiſſimus eſt patiens redditor: tarditatem tamen hanc grauitate compenſat. Laſciua loquentes coram S. Walarico à Deo puniti fuerunt. Presbyter quidam lumen oculorum è veſtigio amiſit; Iudicis verò virilia emarcuerunt. Imitandus nobis eſt in remedium Bernardinus Senenſis, qui adhuc adoleſcens, ex frequenti conſuetudine in eum habitum venit, vt ad primum

Eſ. 14. 22.

Spec. magn. Ex. diſ. 4. Ex. 27.

In vita eius ap Sur. To. 8.

mum turpioris verbi auditum ſic erubeſceret, quaſi quis ei colaphum impegiſſet. Deinde inter æquales pro inimico publico talium colloquiorum haberi cœptus eſt, adeò vt ſi eiuſmodi rerum tractationi, vt fit, interueniret, ſubitò inter ſe muſſarent: Tacete, tacete: Bernardinus adeſt. Et homini nobili, cùm neſcio quid turpioris verbi, illo præſente excidiſſet, ſic indignatus eſt, vt audacter illi colaphum duceret, cuius ſonitus benè longè exaudiretur. Indignum profectò eſt Chriſti ſanguine toties purpuratam linguam, ad turpia laxare. Non metuit homo, non expaueſcit, ne quod Ozæ, Arcam temerè tangenti quondã, id ipſi accidat, & repentinâ morte Dominus profanum

exter-

exterminet? ne fortè ſicut Iſcariotem proditorem, poſt panis buccellam, eum quoque Satanas inuadat: Metuet is, qui pręcipitia timet, & ſalutem amat, & Deum.

CAPVT XXXVII.

Maleficii mala.

MAleficium eò omne cõfertur, alicui vt damnũ inferatur. Vt damnum verò alicui inferatur, artem aliquam, eum in finem, interuenire neceſſe eſt. Eam is, qui damnum aliquod infert, non à ſe, ſed à Dæmone habet. Ars hæc maleficii nomen ſortitur, definiturque adeò maleficium ars aliis nocendi. Ipſa deinde artis executio, ſeu vſus illius ad nocendum alicui comparatus, vt & verba ipſa quoque, quæ ex arte omni-

nino infernali, à Dæmone
eptâ, proferuntur, maleſi-
ım etiam vocantur. Is, qui
aleficio læditur maleficiatus
ıpellari ſolet; Ille tandem
ıi maleficio nocet, dam-
umque alteri dat, maleficus
ominatur; iſque eſt, qui Dæ-
nonis operâ, cui ſe ex expreſ-
ſo, vel tacito pacto profeſſio-
ıeq; addixit, verbis alicui ma-
lum infert. Ac licet non illis
tantùm, ſed rebus quoque
multis alicui damnum inferri
poſſit, ad præſens tamē inſtitu-
tum noſtrum illud duntaxat
maleficium facit, quod verbis
concinnatur; de linguæ enim
vitiis & malis ſolis in præ-
ſens agimus. Per verba ve-
rò maleficus ideo alicui no-
cet, quia precibus nefaſtis vti-
tur ad inducendum Dęmonem
ali-

alicui vt noceat. Verbis & ipſe, tum ſacris, tum profanis, notis & ignotis; certiſqué carminibus interdum nocet; & ſine vllo veneni hauſtu interimit aliquãdo. Vnde Lucanus: Mens hauſti nullâ ſanie pollutâ veneni incantata perit. Addit tamen alia ſemper Dęmon, adeòqué non vi verborum ſolâ, ſed rerum aliarum applicatione, malefici effectus ſequuntur. Malum porrò, quod alicui infertur, atque adeò maleficium, de communi Doctorum ſententia, duplex eſt, quoddam dicitur amatorium, quoddam veneficium. Amatorium, cuius exemplum D. Hieronymus habet, illud dicitur, quo maleficus vtitur ad flectendos animos hominum ad amorem carnalem; non item ad illum cogen-

In vita S. Hilar.

cogendos. Illud autem fit, cùm maleficus, vel Dæmon eius loco, mouet inprimis phantaſmata, hominiſque imaginationem, repræſentando illi varia phantaſmata ad amorem inducentia. Deinde appetitũ ſenſitiuum concitando; adhibendo tandem multas cauſſas naturales, quæ faciunt apparere res, quàm ſint, pulchriores, tegendo turpitudinem oculis perſtrictis, ſenſibuſque illuſis. Veneficium eſt, quo ſolent nocere hominibus, & hoc bifariam; vel enim eis nocent in propriâ perſonâ, vel in eorum rebus. In propria perſona, eos, vel perimendo, vel morbis vexando &c. In eorum deinde rebus; Sic excitant, Deo permittente ventos, grandines, tempeſtates, quibus ſegetes, vineas,

Digitized by Google

vineas, iumenta &c. perduntur. Maleficium vtrumque, magnum & horrendum eſt peccatum; vt per ſe patet; & verò multiplex, apoſtaſiæ interdum à Deo, & profeſſione Chriſtianâ, idololatriæ, ſacrilegii, iniuſtitiæ, transfugii ad Dæmonem; ſiue accedat idololatria, ſiue non accedat; hæreſis aliquando, vt & ſodomiæ nefandiſſimæ, per concubitum cum ſuccubis, vel incubis dæmonibus; homicidii, quando perimunt primùm proprias proles, vel parentes, aut coniuges, nondum deniq; baptizatos &c. Per diuturnos etiam acerbiſſimoſque cruciatus mortales alios. Vel ſi non occidant, de mentis tamen recto ſtatu deiiciunt, in deliria miſerandumque furorem

Digitized by Google

præcipitant, cumque ſa-
te corporis, animi quoque
unt incolumitatem. Pecca-
ı eiuſmodi quoq; eſt, quod
ucat reſtitutionem damni
:i. Eſt verò hîc animaduer-
dum diligenter, non eum
im peccare, qui maleficiis
ıocendum vtitur, ſed & il-
ı quoque, qui illis vtitur ad
erendum, quod illatum eſt
ınum, Dęmonis inuocatio-
nterueniente. Nulli item
t à malefico vt petat malefi-
m maleficio alio diſſolui.
cibus ſolis, ſanctorum in-
ceſſione & piorum deuo-
ne, quemadmodum & Sa-
ramentorum ſuſceptione
eiuſmodi diſſolui diſ-
cindique de-
bet.

CAP.

CAPVT XXXVIII.

Remedia Maleficii.

Continentur ſeriâ, maximèque vigilante conſideratione ſupplicii mortis, quo illud admittens mulctatur; & id quidem, iuxta Delrium noſtrũ triplici iure, diuino, humano & naturali. Diuino quidem, in his verbis: Maleficos non patieris viuere. Humano Eccleſiaſtico, & Ciuili; ſcripto, non ſcripto. Conſuetudine item ferè vniuerſali Europæ, Iudicium Eccleſiaſticorum, qui ſolent brachio ſeculari eos tradere, & Secularium, vt patet ex plurimis Scriptoribus, qui res criminales proſecuti ſunt, nationum omnium, Italorum, Hiſpanorum, Gallorum, Germanorum, Qui reſcripta iam illo-

Diſquiſ. Mag. l. 5. Sect. 16. Exod. 22. 19. L. multi. L. nemo L. nullus. c. contra idolorum 26. q. 5.

illorum, Europæque generalē conſuetudinem, vt & decreta cunctorum tribunalium, mendacii vel falſitatis accuſare conantur, quod non ſupplicium merentur? Naturali tandem iure & ratione morte mulctatur maleficus; criminis enim grauitati commenſuranda eſt pœnæ grauitas; grauitas autem criminis petenda eſt è perſonæ offenſæ dignitate, & ab ipſo offenſionis modo. Offenditur à maleficis Deus, & Deipara, & omnes cœlites, & vniuerſa Eccleſia, genuſque humanum omne, & animata & inanimata vniuerſa; nam Deo & Superis maledicunt, cæteris creaturis abutuntur, & exitium parant; idque modis contumeliæ & crudelitatis pleniſſimis. Primò interuenit Idololatria, grauior-

quàm Iſraelitarum. Illi vitulum aureum adorabant, coram eo bibebant, ſaltabant, canebant; hi coram Dæmone ipſo, cui ſe deuouent, cui ſacrificant, cui fidelitatis & obedientiæ ſacramentis ſe addicunt; corā hoc, inquam, edunt, bibunt, choræas ducunt, cantillant, fœdiſſimaq; multa operantur. Secundò conſulunt ipſum Dæmonem frequenter, quod ipſum morte digniſſimum eſt, ex lege

Leuit. 20. 6. Dei. Tertiò offerunt filios & filias ſuas Dæmoniis; Lege autē

Verſ. 2. 10. Dei iubentur occidi, qui ſemē ſuum offerunt Moloch. Quartò eadem lege iubetur necari, qui cum iumento coierit; item qui adulterium commiſerit; item qui cum ſexus eiuſdem homine ſodomiam commiſerit. Longè deteſtabilior

eſt

ſpurcities maleficorum.
ia cùm ſint coniugati, ad-
c verſantur in continuo
aſi concubinatu cum Dæ-
onibus, & ſic non tan-
n contra ſexum, neque tan-
n extra ſpeciem peccant,
l etiam extra genus, quod
teſtabilius eſt, & peſſimum
nium peccatorum car-
ium. Nec otioſum eſt,
òd cùm diuina lex dixiſſet:
ileficos non patieris viue-
, ſubiungat immediatè: Qui
m iumento coierit moria-
: Qui immolat Diis occida-
; nimirum vt hæc connexa,
comitari ſolita ſeſe indice-
. Sextò interuenit in eorum
minibus artrocillima blaſ-
emia, & maledictum in
um, quæ diuina quoque lex
orte ſanciuit vindicanda.

Exod. 22. 18.

 Septi-

Digitized by Google

Leuit. 24. 15. & 16. Septimò accedunt vni crimini & alia multa, quibus à legibus humanis iuſtiſſimè mortis decernitur ſupplicium, apoſtaſia à vero Deo, transfugium ab eo ad hoſtem Dæmonem, rebaptizatio, Chryſmatis ſeu Confirmationis abraſio, nocturni conuentus ad magicos apparatus &c. Cùm itaq; tam multa concurrant in vno crimine, quorum ſingula morte digniſſima, videtur iudicio communi carere, qui peſtem hanc non cenſet igne gladioq; abolendam, & ſuſpicionē occulti quoq; cōſenſus atq; conſpirationis meritò præbet; qui ſe, Dei & hominum coniuratos hoſtes, defendere atq; tueri velle profitetur. Huic rationi placet, totidem verbis, aliam eiuſdem adiungere. Criminū

morte

morte puniendorum tres ſunt cauſſæ præcipuæ. Prima, ne criminoſi viuendo damna inferant proximis & Reipublicæ; Conſtat autem maleficos, etiã ſi non occiderent veneno, plurima tamen damna inferre; vt enim cætera mittam, cùm eorum peccatum ſit in vno multiplex quædam colluuies, ſentina, & ſemper repullulaſcens hydra peccatorum, Deus ſemper grauiſſimè offenditur, & ad clades toti Reipublicæ inferẽdas prouocetur maximè, vt his infeliciſſimis temporibus experimur, quibus huius ſectæ (quæ iam cæteris longiùs proſerpſit) flagitia, bonorum hominum precibus & pietati pręponderent, pluſquam illa poſſunt ad irritandum, quam hæc ad placandum Deum. Secunda

cauſſa eſt, vt etiamſi aliis non nocerent facto, nocent tamen exemplo, vt videmus quotidie eos multiplicari, eorumq; ſermones atque opera, canceris inſtar, ſerpere, quare tollendæ de medio, vt ſtulto pereunte, ſapiens aſtutior fiat. Tertia, ne ſi diutiùs mali tolerentur, maiora, aggrauatis ſceleribus, ſupplicia ſibi accerſant, & de die in diem fiant deteriores; cùmq; ſalutis pars ſit, minùs affligi, optimè illis ad ſalutẽ conſulit æternam, qui maturè flagitiis eripit. Docet experientia vix vllas extra rogũ, vel carceres conuerti; quomodo conuerterentur, quæ domi moriuntur, nec habent qui ad Deum reuocet cõſcium peccati eorum quenquam? Poteſt illas Deus ad pœnitentiam

domi

domi reuocare; ſed non videmus hoc fieri, quod ſingulari Dei contingit clementiâ, quæ pœnas tantis ſceleribus vult breuiore & leniore hîc ſupplicio expiari. Cùm itaque omnes hæ rationes locum habeant in maleficis, etiamſi nullum occiderint animal, conſequens eſt eas adhuc meritò morte plecti; & hos iudices crudeles potiùs quàm clementes in eas exiſtere; impios etiam & crudeles in Rempublicam, & quaſi parricidas patriæ eſſe, qui ad tam euidentem patriæ perniciem, hæc viperarum examina, diſſimulatione, conniuentiâ, aut aliter fouent, celant, tuentur, aut debitæ pœnæ ſubtrahunt. Dictis ſequentia addo: Coram Moyſe & Aarone *Exod 7. & 9.*

confuſi fuerunt magi & malefici in Ægypto; virga enim Aaronis deuorauit virgas eorum. Quin & ipſi vlceribus percuſſi, coram Moyſe ſtare non poterant. Manaſſes rex maleficis artibus inſeruiens, vinctus catenis & compedibus Babylonē ductus eſt.

CAPVT XXXIX.

Mala Mendacii.

Lib. de Mendaci.

MEndacium, vt docet S. Auguſtinus, falſa eſt vocis ſignificatio, cum intentione fallendi. Eius tres ſunt act⁹; primus, cùm quis iocosè, vt ſe, vel alium oblectet, mentitur; Alter, cùm quis officiosè, vt ſibi, vel alteri ꝓſit, mendaciũ ꝓfert; Tertius, cùm quis, vt alteri noceat, mendacium promit. Sunt verò actus hi omnes, adcùque

oque mendacia omnia per ſe, k intrinſecè mala atque illicia; ſic, vt nunquam, nullam tiam ob cauſſam, ad vitam quoque, vel propriam, vel alienam conſeruandam, homo icitè mentiri poſſit, contrà uàm olim Plato, & poſt eum Caſſianus ſenſit. Docet id D. Auguſtinus, inter Theologos cerrimus mendacii hoſtis, his erbis: Qui eſſe aliquod genus nendacii putauerit, quod peccatum nõ ſit, decipiet ſe ipſum urpiter, cùm honeſtum ſe deceptorem arbitratur aliorum. t: Qui dicit aliqua iuſta eſſe nendacia, nihil aliud iudicanlus eſt dicere, niſi aliqua eſſe uſta peccata; ac per hoc aliqua uſta eſſe, quæ iniuſta ſunt; uò quid abſurdius eſſe poteſt? Vnde enim eſt peccatum, niſi

Loco cit.

Lib 2. de Mend. c 15.

 quia

quia iuſtitiæ contrarium eſt? Dicamus ergo alia parua, alia magna eſſe peccata; itemq; alia parua, alia magna eſſe mendacia. Dicere autem quædam iuſta peccata, ſeu bona, ſeu laudabilia; quædã verò iniuſta, ſeu mala, ſeu vituperio digna, quid aliud eſt dicere, quàm quaſdam iuſtas, quaſdã iniuſtas, quaſdam bonas, quaſdam eſſe malas iniquitates. Nam ea, quæ contra legem Dei ſunt, iuſta eſſe non poſſunt; ſi verò iuſta eſſe non poſſunt, nec licita vtiq; poſſunt eſſe, nec bona, nec laudabilia. Dictum eſt enim: Lex tua veritas. Item omne mendacium non eſt ex veritate, omne ergo mendacium non eſt iuſtum. D. etiã Gregorius explicans illud Iob: Donec ſupereſt halitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea

Lib. 18. Moral. c. 17.

ini-

iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium &c. graui oratione genus omne mendacii inſectatur, in hæc verba: Summopere cauendum eſt omne mendacium; quamuis nonnunquam ſit aliquod mendacii genus leuioris culpę, vt ſi quis vitam aliis præſtando mentiatur. Sed quia ſcriptum eſt: Os, quod mentitur, occidit animam. Et: Perdes omnes qui loquuntur mendacium; hoc quoque mendacii genus, perfecti viri magnopere fugiunt, vt ne vita quidem cuiuslibet, per eorum fallaciam, defendatur, ne ſuæ animæ noceant, dum præſtare vitam connituntur alienæ. Quanquam hoc ipſum peccati genus facillimè credimus relaxari, quòd mater Sap 1.11 Pſal.5.7.

boni operis pietas ipſa comitatur. Huic Gregorii, vt & Auguſtini ſententię accedunt omnes Theologi Scholaſtici cum Magiſtro. Et verò cõtraria ſententia tuta non eſt; imo errorem continet, vt fusè probat D. Auguſtinus libris duobus contra mendacium, eamque damnat in Priſcillianiſtis hæreticis. Cuius auctoritate, & præcipuè innumeris ſacrę ſcripturæ locis permotus Innocentius tertius aſſeueranter dixit, in Scriptura prohiberi mendacium, etiam pro vitâ alicuius ſeruandà. Accedit huic ſententiæ Philoſophorum princeps Ariſtoteles, cùm ſic ait: Mendacium per ſe improbum eſt, & vituperabile; verum autem pulchrum, & laudabile. Et libro Elenchorũ: Eſt, inquit, viri quoq; opus ſapien-

3. Sent. d. 38.

Ad Conſent.

In Cap. ſuper eo, de Vſur.

4. Ethic. c. 7.

pientis non mentiri; de quibus nouit & mentientes alios manifeſtare. Pythagoram refert Ælianus ſolitum dicere, duo hæc præclara data eſſe hominibus à Deo, vera dicere, & beneficia in alios conferre, & propter hæc hominem ſimillimum Deo fieri. *Idem* conuincet & hæc fortè ratio: Quod ſecundùm ſe ex genere ſuo malũ eſt, id nullo modo fieri poteſt bonum & licitum; Vt enim aliquid bonum ſit, requiritur vt ad id omnia rectè concurrant; bonum enim ex integrâ cauſsâ eſt, malum verò ex ſingulis defectibus, vt Dionyſius affirmat: Mendacium autem eſt ſecundùm ſe ex genere ſuo malum, quia eſt actus per ſe inordinatus & peruerſus, & ordini naturæ Deiq; contrarius.

Lib. 12 de var. hiſt.

Cap. 4 de diu. nom.

Cc 7 Cùm

Cùm enim voces naturaliter ſint ſigna eorum, quæ ſunt in intellectu, contra naturę Deiq; ordinem eſt, vt aliquis voce ſignificet id, quod non habet in mente; imò cuius contrarium habet in mente, ſequitur ergo mendacium nullo modo bonum & licitum eſſe, vtpote corrumpens Dei & naturæ ordinem. Si magnam deinde habet deformitatem diſcrepātia, &, vt ita loquar, incongruentia membrorum humani corporis inter ſe, vel cum toto corpore, quantò inſignior deformitas exiſtimari debet, cùm lingua, principale ac maximè neceſſariũ hominis membrũ, diſcrepat ab animo, & omnino cōtraria eſt rationi. Quodſi in eo quis adhuc perſiſtat, licere mendacii maculam ſubire potiùs,

tiùs, inordinationemq; aliquã etiam ſequi, quàm veritatem nobis aliiſue pernitioſam profiteri, audiat is quod D. Paulus ait: Non ſunt facienda mala, vt eueniant bona. Et D. Augustinus ad Conſentium, cùm probaſſet ex loco Pſalmi: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium, mentiri eſſe peccatum: Quo conſtituto, inquit, quis commouebitur illis exemplis, cùm dicitur: Quid ſi homo ad te confugiat, qui mendacio tuo poſſit à morte liberari? Illa enim mors, quam ſtulti timent homines, qui peccare non timent, non animam, ſed corpus occidit, ſicut Dominus in Euangelio docet; vnde præcipit ne ipſa timeatur: Os autem quod mentitur, non corpus, ſed animam occi-

Rom. 3. 8.

De Mend. c. 6.

Digitized by Google

occidit; his enim verbis apertiſſimè ſcriptum eſt: Os, quod mentitur, occidit animam. Quomodo ergo non peruerſiſſimè dicitur, vt alter corporaliter viuat, debere alterum ſpiritualiter mori? Nam & ipſa dilectio proximi, ex ſuâ cuiuſq; dilectione terminum accipit Diliges, inquit, proximum ſicut teipſum. Quomodo ergo quis alium diligit tanquam ſeipſum, cui vt præſtet vitam temporalem, ipſe amittit æternam; Id nō eſt diligere alium ſicut ſeipſum, ſed pluſquā ſeipſum. Mendacium igitur omne per ſe, & intrinſecè malū & illicitum eſt, peccatoque hominem alligat. Nocet et ſibi quoque aliâ ratione mendax, quémadmodum & aliis. Sibi quidé; efficit enim ſe filium *Diaboli*,

quan-

Digitized by Google

quandoquidẽ à Diabolo mendacium eſt, eius ſcilicet pater, vt Dominus noſter affirmat, adeòque ipſe eius filius. Hinc Scribas & Phariſęos mendaces, Diaboli filios vocat: Vos, inquit, ex patre Diabolo eſtis. Confirmat idem D. Auguſtinus his verbis: Quomodo Deus Pater genuit Filium veritatem; ſic Diabolus lapſus genuit quaſi filium mendacium. Et S. Ambroſius: Cauete fratres mendacium, quin omnes qui amant mendacium, filii ſunt Diaboli, qui ab ipſo exordio mentit⁹ eſt, mendaciique pater in ore Prophetarum fuit. Filii porrò ſunt Diaboli non naturâ, inquit Epiphanius, ſed imitatione; vel vt Ambroſius loquitur, non carnis ſucceſſione, ſed criminis; cuius enim opera quiſque facit,

Io. 8. 44.
Super Ioan.
Serm. de Abrah.
Aduer. Caian. & Arch. Ioan. 8. Eſaia 59. 14.

facit, eius filius comprobatur, iuxta illud Chriſti: Et deſideria patris veſtri vultis facere; Loquitur autem de Iudæis, quos dixit eſſe ex patre Diabolo, ceu filios. Filiis autem debetur hæreditas patris; hæreditas autem Diaboli eſt gehenna ignis & ſulphuris. Ac licet veritas, iuxta Prophetam, in platea corruerit, & vix in terra, Oſea auctore, reperiatur, mendacium tamen (vt & alia peccata) inundat, ſanguiſque ſanguinem tangit. Licet item in magnos hoc tempore animos tranſierit, & cum nobilibus habitet, ſolitumq; euehat heroum pabulum, ſicut in conuiuio Pauli Æmilii Macedonis cum apro actum eſt; ex mendacio enim vno ſexcenta parantur

Oſea. 4.

fer-

fercula; ſic vt condiri queat opertum, reuelatũ, verecundũ, e ffrons, ſub ſilentio, ſub ſimulatione, amphibologiis, idque manibus ſcitè doctis Magiſtrorum adulationis, hypocriſis, vanitatis &c. Licet etiã ſuauis ſit mendacii panis, nihilomin⁹ hominem reddit vilem, abiectũ, cõtemptibilẽ (vt nobilẽ, generoſum & magnificũ panis veritatis) & quidẽ non minùs, quàm ſi quis cudat, vel ꝓferat ex loculo falſam monetã. Præclarè D. Cyprianus: Vera eſt dementia nõ cogitare, nec ſcire, quòd mendacia nõ diu fallant; noctem tàm diu eſſe, quàm diu illuceſcat dies, clarificato autem die, & ſole oborto, luci tenebras & caliginem cedere. Et S. Gregorius Nyſſenus: Quando mendacium aliquod veri- *Prou. 20. 27.* *Ep. 55.* *Lib. 1. con. Eunom.*

veritati præfertur, etiam ſi modico tempore, per deceptionẽ, vigeat & floreat, citò tamen ſponte ſuâ diffluit & deſinit, propriiſque machinis & ſtructuris diſſoluitur. Vetus eſt: Mendacium nullum ſeneſcit. Menander calculum ſuum addit: Mentiens nullus ad multũ tempus latet. Hebræorum etiá eſt prouerbium; Veritatem ſtabiles, mendacium debiles habere pedes, quia illa ſemper, hoc paruo tempore durat. Mendaces etiam ſui ſemper memores non ſunt, ſibique ſæpe contradicunt, mendaciumque ſuum produnt. Eo mendax quoque ſibi incõmodat, quòd licet vera aliquando dicat, ei tamen non credatur. Auctori porrò ſoli mendacium noxiũ non eſt, ſed & proximo incõmodat;

modat; infinita enim ei damna & mala affert, vt experientia quotidiana luce clariùs demõſtrat. Vbi verò dux veritas eſt, malorum chorus non ſequitur.

CAPVT XL.

Remedia Mendacii.

REmedium primum ex intentâ conſideratione locorum S. Scripturæ ſumi debet, inſequentium nimirum: Sex ſunt quæ odit Dominus, *Prou. 6. 16.*
oculos ſublimes, linguam mendacem &c. Os bilingue *Prou. 8. 13.*
deteſtor, mendax nimirum, & in cuius labris dolus habitat, fallaciaque ſedem figit. Abominatio eſt Domino labia mẽdacia; qui autem fideliter agunt, placent ei. Verbum mẽ- *Prou. 12. 22:*
dax iuſtus deteſtabitur; men-

dacium

daciũ oris abominatio eſt Domino. Os, quod mentitur, occidit animã. Noli velle mentiri omne mendacium. Non mentiemini, neque decipiet vnuſquiſq; proximũ ſuum. Opprobriũ nequã in homine mẽdaciũ. Deponentes mendaciũ, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, quoniã ſumus inuicem mebra. Membrum vnum alteri non mentitur, ſed fidele eſt, quodq; alteri, illudque ſincerè adiuuat, quantum poteſt. Verbi gratia: man᷒ non decipit pedem, non obiicit illi ſcopulum, in quem impingat; ſed admonet potiùs, curatque ne pes fallatur. Deo inſuper veritas ſic placet, vt Deus veritatis appelletur. B. Ioannes inter pręcipuas laudes illorum centum quadraginta qua-

Sap. 1. 11.
Eccl 7. 14.
Exod. 19. 11.
Eccl. 20. 26
Eph. 4. 25.
Apoc. 14. 5.

quatuor millia ponit, quòd in illis non ſit inuentum mendacium. Illum item Regius vates habitaturum docet in tabernaculo Dei, qui loquitur veritatem in corde ſuo, & non egit dolum in linguâ ſuâ. Remedium ſecundum exhibent Sancti Patres, qui mendacium, vt progeniem Diaboli deteſtantur, & vt inſtrumentum, quo teterrimus hoſtis totum genus humanum ad Dei offenſionem, & ad ipſum denique infernum detrahere conatur. Vt vtilitatis cauſſa, inquit Baſilius, conſultò aliquis mentiatur, ſententia Domini non permittit, à quo ſic præcisè dictum eſt, mendacium ex Diabolo eſſe, neq; mendacii vllam adhibitam eſſe diſtinctionem. *In Reg br. q. 76.*

Et

In Proœm. Lib. de Spir. San. Et: Rerum omnium potentiſſima eſt veritas, & extrema malitiæ linea mendacium. Auguſtinus: *De Verb. Ap.* Cùm humilitatis cauſsâ mentiris, ſi nō eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris, quod euitaueras. D. Anſelmus: *In Ep. ad Corinth.* Qui veritatem occultat, & qui mēdacium profert, vterque reus eſt: ille, quia prodeſſe non vult; iſte, quia nocere deſiderat. Iſidorus: *De conſt. Vir. & Vit.* Nec artificioſo genio, nec ſimplici verbo oportet decipere quenquam, quia quolibet modo mentiatur quis, offendit. Et: Omne genus mendacii ſummopere fuge, nec caſu, nec ſtudio loquaris falſum, caue mendaciū in omnibus. Remedium tertiū ſuppeditant Philoſophi, hoc ipſo, quo mendaciū culpant, veri-

veritatem autem in cœlum tollunt. Ariſtoteles omne genus mendacii, quale quale fuerit, vituperans, memorabilem illã ſententiã pronunciauit: Mendacium per ſe improbum, & vituperabile eſt: verum autem probum ac laudabile. Eſt in vnoquoque opus ſapientis, non mentiri de quibus nouit, & mentientes alios manifeſtare. Interrogatus etiam aliquando: Quid nam mentientes lucrarẽtur? reſpondit: vt cùm vera dixerint, eis non credatur; ab eodem enim ore vera falſaqué cùm proficiſcantur, eandem cenſuram merentur. Seneca: Turpe eſt aliud loqui, & aliud ſentire. Refert Ælianus Pythagoram dicere ſolitum, duo hęc præclara data eſſe hominibus à Deo, vera dicere, & beneficia

7. Ethic. c. 7.

Diogen. Laer. l. 3.

Ep. 24.

Lib. 2. var. hiſt.

Lib. 2. de Ira.

in alios conferre; hæc enim & maximè propria eſſe Dei, & propter hęc ſimillimũ Deo hominem eſſe. Interrogatus etiam: Quid Deo ſimile facerent homines? cùm veritatẽ, reſpondit, loquuntur. Homerus grauiter:

Penè mihi eſt Orci portis inuiſior ipſis.
Cuius verba ſonant aliud, quàm mente recondant.

Et Homericus Achilles:

Odi etenim ceu clauſtra Erebi, quicunq; loquuntur
Ore aliud, tacitoq; aliud ſub pectore volunt.

Demoſthenes rebatur haud minori ſupplicio dignũ verba peruertentem, quàm nummos falſificantẽ. Remedium quartum prębent ſupplicia de mendacibus ſumpta; Exploratores, Num. 13. quos miſerat Moyſes ad explorandam terram promiſſionis, reuerſi

reuerſi terruerunt populũ ſuis mendaciis, ideòq; ſubitâ morte correpti fuerunt. Ananias mentitus Spiritui ſancto, mox ad pedes Petri cecidit & expirauit; vt & eius vxor, eâdem de cauſsâ. Mendicus mortuum ſe mentiens, mortuus verè inuentus eſt. Auriga item ſe mortuũ ſimulans apud B. Iulianum, verè mortuus deprehenſus eſt. Impudens ſcortum incredibilia quædam de Daniele Stylitâ mendacia confinxit, cum Mænade enim ea dicebat, quæ probare non poterat. Hinc malus ſpiritus ſtatim mittitur ad malam & mendacem fœminam, & inuitam coegit ſuum effari mendaciũ, & hæreticorum machinationem. Mendacium quoq; periurio firmatum, ſacro Antonii

Act. 5.

In ſuis Philipp.

Niceph. l. 2. c. 46.

Ex Annal. Coll. Burdegal. anno 1596. Mart. Polon. in prompt. Explic. c. 18.

igne purgatum fuit. Adoleſcẽtes duo Regi operam dabant, quorum alter ingenuus ſanè, & virgini matri addictiſſimus; alter improbus, & æquali, neſcio quam ob cauſſam infenſus. Extimulatus itaque inuidiâ hic, mendaciis & fraudibus, apud Regem tantùm effecit, vt innocentem illum morti addiceret. Ac quò res occultiùs ageretur, negotium datum viris, qui in furnis calcem excoquebant, vt omnium primum manè ad ſe ventitatem, indictâ cauſsâ, poſthabitis omnibus, ſeu appellationibus, ſeu execrationibus, in caminum abiicerent & concremarent. Summo mane mittitur ad furnos inſons ille adoleſcens, periculi ignarus, cum mandato, vt interrogaret, num effectui dediſ-

ſent

ſent operæ, quod fieri Rex voluiſſet. In ipsâ viâ Deiparæ virginis ædicula fortè conſpecta, admonuit adoleſcentem conſuetudinis, quà diebus ſingulis intereſſe rei diuinæ ſoleret. Eo itaq; in templum ingreſſo, & ſacrificanti intento, ſecutus ille alter eſt, qui inuidioſiſſimo mendacio iſtum ad rogum præmiſerat, quæſiturus num furnarii Regis voluntati ſatisfeciſſent. Quem illi mox apprehenſum, membris licet omnibus obnitentem, Regis minas intentantem, ſuperos omnes obteſtantem, in fornacem intruſerunt atque combuſſerunt. Pòſt paulò ille quoque adfuit, qui prior miſſus, in templo moram fecerat, & num imperata Regis executi fuiſſent, interrogauit: quibus annuentibus

buſad Regem venit, reſpon-ſum nunciat. Quo viſo, intel-ligere Rex cœpit falſam illam accuſationem fuiſſe, & men-dacium in ipſius auctoris ca-put redundaſſe. Poſt D. Hie-ronymi obitum hæreſiarcha Sabinianus opuſculum exe-crandi dogmatis à ſe confectũ, quò errori ſuo aſciſceret au-ctoritatem, ab Hieronymo editum aſſeuerabat. Eum au-tem falſitatis palàm arguens Syluanus Nazarenſis Epiſco-pus, propoſuit conditionem, vt niſi librum illum die craſti-no, ipſe Hieronymus oſtento manifeſto reprobaſſet, tum ſe pœnam capitalem ſubiturum: Sin contrà, idem ſuppli-cium pro mendacio Sabinia-nus referret. Qui cùm talé miraculum nunquam euen-

Tymp. in Trium.

turum

Digitized by Google

turum timeret, ſed magis ſperaret Syluani exitio ſuam ſententiam firmam fore, accepit conditionem. Dies præſtituta venit, ad Eccleſiam frequentes conueniunt, ſignum nullum apparet. Syluanus ex pacto ad ſupplicium poſcitur, præbet ceruicem, mori pro veritate paratus. Sed præſtò illi fuit Hieronymus, cunctiſque cernentibus tenuit ſpiculatoris manum, iam ad feriendum erectam; mox ad hæreticum conuerſus, acerrimè illum increpuit; doli & mendacii accuſans. Abiit viſio, & maius ſecutum eſt miraculum; Sabiniani caput, nemine percutiente, ab humeris auulſum, in terram procidit; denique qui aderant Orthodoxi, pro victoriâ, quam paulò ante

deſperauerant, Deo, & D. Hieronymo gratias egerunt. Reliqui ad Syluanum confugientes illius fidei ſe dedidêre: & perniciosiſſimus error, qui iam latè manare cœperat, vnâ cum ſuo Auctore extinctus defecit.

Spartianus. Facit & illud ad inſtitutum noſtrum, quod de Pamphilo quodam Romæ mortuo refertur; Eius enim cadauer, Claudius Imperator, quia nunquam totâ ſuâ vitâ verum dixerat, ſed falſum ſemper, vel mendaciũ, curauit insepultum canibus obiici, volucribuſque, eiuſdẽ bona fiſco addici, ædes illius dirui, vxorem & liberos procul extra vrbem deportari. Remedium quintum exemplis eorum continetur, qui acerbiſſimos cruciatus ſubire; & verò mori quoque maluerunt,

quàm

quàm vnicum proferre mendacium. Illuſtre huius rei extat apud B. Hieronymum, de muliere ſepties ictâ, quæ falsò accuſata de adulterio, ſexu fortior ſuo, cùm eculeus corpus extenderet, & ſordidas fœtore carceris manus pòſt tergum vincula cohiberent; oculis, quos tantùm tortor alligare nō poterat, ſuſpexit ad cœlum, & ſolutis per ora lachrymis: Tu, inquit, teſtis es Domine IESV, cui occultum nihil eſt, qui ſcrutator es renis & cordis, nō ideò me negare velle; ne peream, ſed ideo mentiri nolle ne peccem. At tu miſer homo (alloquitur adoleſcentem, de eodem ſcelere falsò accuſatum, qui mentitus erat ſe reū, & illam, vt tormenta effugeret) ſi interire feſtinas, cur duos Ep. 43.

Digitized by Google

interimis innocentes? Equidē & ipſa cupio mori, ſed non quaſi adultera: prȩſto iugulum micantem intrepida excipio mucronem; innocentiam tamē mecum feram. Cùm autem Conſularis duplicari tormenta iuberet; vna interim vox erat: Cæde, vre, lacera, non feci. Si dictis tollitur fides, veniet dies, quæ hoc crimen diſcutiat. Poſtea miſerrimi caput vno ictu amputatum eſt. Mulieris verò tangi quidem, ſed truncari nō potuit, nec ſepties quidē, repetito à diuerſis carnificibus ictu. Ita clam erepta è manibus carnificum, ſanitati reſtituta eſt, & libertate à Cæſare donata, vt fuſè proſequitur D. Hieronymus. Alterum exemplum
27. Apr eſt apud Surium de Anthimo Nicomedienſi Epiſcopo &
mar-

martyre; qui, cùm ſæuiente Maximiniani Cæſaris perſecutione, à viginti ſatellitibus, ad cædem quærere- tur, ipſos ſatellites hoſpitio excepit, menſamque prælautam eis appoſuit, ac ſimul addixit ſe breui Anthimum in eorum conſpectum adductu- rum. In medio verò ciborum apparatu exurgens, palàm prodidit ſe eſſe, quem tam ſtudiosè quærerent; hîc illi ſtupore attoniti, & venerandos illius canos reueriti, ob beneuolentiam, & charitatem, quâ illos exceperat, vnâ ſponderunt ſe Imperatori renuntiaturos Anthimum diu quæſitum non eſſe inuentum. Ille verò contrà obtendit ſe id non permiſſu-

rum ; fas non eſſe Chriſtianis pro vitâ cuiuſque mentiri. Itaque vltrò ſe captiuum illis adiunxit, & pòſt diuturnos acerboſque cruciatus ; martyrii coronâ potitus eſt. Affine huic eſt illud Gordii martyris ; ſuadentibus enim quibuſdam, vt linguâ negaret Fidem , quam corde retineret. Mox ille : Negem ego Deum meum , in cuius cultu ſum educatus ? Nonne cœlum, Sol, & Luna lumen mihi clauderent ſuum ? Credo profectò humum, quam pedibus tero, mihi ruituram. Nolite errare, Deus nequaquam irrideri poteſt. Ex ore noſtro nos iudicat, ex noſtris inquam verbis ſeruat & damnat. Nonne tremendam Domini audiuiſtis ſententiam : Qui negauerit me coram hominibus , negabo & ego

Baſil. in ber. Max.

Matt. 10. 33.

ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. Negant verò plurimi; ſed audiant illud: Foris canes & venefici, & impudici, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium, ait D. Ioannes. *Apoc. 22.*

CAPVT XLI.

Mala murmurationis.

MVrmuratio vitium eſt, quo quis alicui impatienter & occultè muſſitando obloquitur. Monſtro hoc non caruit prima Angelorum congregatio. Quid enim Apoſtatæ illi ante apoſtaſiã aliud fuerunt, quàm amaræ mentis murmuratores, pleni rancore aduersùs Deum & inuidiâ? Eidem Cain quoque his verbis oblocutus eſt: Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tuà abſcondar, *Eſ. 14. 13.* *Gen. 4. 14.*

& ero vagus, & profugus in
terrâ; omnis igitur qui inuene-
rit me, occidet me. Filii etiam
Iſraël contra Dominum mur-
murauerunt, vt ipſemet,
cùm ſic loquitur, teſtatur:
Num. 14. 27. Vſque quò multitudo hæc
peſſima murmurat contra
Num. 16. me? Core, Dathan, & Abi-
ron ſuis Antiſtitibus impuden-
ter his verbis inſultarunt: Suf-
ficiat vobis, quia omnis mul-
titudo Sanctorum eſt, & in i-
pſis eſt Dominus: cur eleua-
mini ſuper populum Domi-
Ioſ. 17. 14. ni &c. Manaſſenſes & Ephra-
imitæ, compoſitâ querelâ Io-
ſue adorti ſunt, cumq; iniqui
iudicii accuſare, auaritiâ & in-
uidiâ ſtimulante, non ſunt
veriti. Quare, inquiunt, de-
diſti nobis poſſeſſionem ſortis
& funiculi vnius &c. quaſi

ſors illa à Ioſue in arctam hæreditatem illis, non à Deo ipſo fuerit adducta. Murmurârunt quoque contra Christum Dominum Phariſæi & Scribæ dicentes: Hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et Iudas proditor contra effuſionem vnguenti pretioſi. In Eccleſiâ primitiuâ ortum eſt murmur Græcorum, ad fidem ſcilicet conuerſorum, contra Hebræos, eò quòd viduæ eorum in miniſterio quotidiano deſpicerentur. Murmurârunt & illi, qui totâ die laborauerunt, cõtra eos, qui per horã tantùm opus in vineâ fecerunt, & eandem mercedem acceperunt. Murmurauerunt olim multi, murmurant & hodie nõ pauciores, cùm vident iuſtos aduerſis omnibus pre-

Luc. 15. 2.

Act. 6. 1.

Matt. 20. 12.

premi; impiis contrà proſpera euenire cuncta; bonis plus requiei non concedi quàm Euripo, prædonum autem abundare tabernacula, promptuariaque eorum eſſe plena, eructantia ex hoc in illud; oues eorum eſſe fœtoſas, abundantes in egreſſibus ſuis. Epicuri, vt & aliorum quorundam animos, iuxta Lactantium & D. Ambroſium, hæc ſic torſerunt, vt Dei prouidentiam negarint, ſibiq; finxerint Deum otiantem, araneum ſopore æterno ſopitum, ſiue Deum mortuum. Alii in dubium vocarint. In quibus Claudianus ſic habet:

Iob. 12. *Pſal. 143.* *Lib. 3. Inſt. cap. 3.* *Lib. 1. Offic. c. 12.*

Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem,
Curarent Superi terras: an nullus ineſſet

Rector,

Rector, & incerto fluerent mortalia caſu.
Cùm res humanas tantâ caligine volui
Aſpicerẽ, lætoſq; diu florere nocentes,
Vexarique pios &c.

Et alius:

Cùm rapiant mala fata bonos, ignoſcite faſſo,
Sollicitor nullos eſſe putare Deos.

Quidam etiam antiquior, ſed nihilò ſanior, quaſi magnam controuerſiam dirimere volens: Ego, inquit, Deûm genus ſemper eſſe dixi, & dicam cœlitûm; ſed eos curare non opinor, quid agat genus humanũ. Ariſtoteles etiam, iuxta D. Ambroſium, aſſerit vſque ad Lunam deſcendere Dei prouidentiam, non vltra. Dura item hæc viſa ſunt Prophetis. Hieremiæ, cùm ſic loquitur: Iuſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum; veruntamen iuſta loquar-

Lib. 1. Offic. c. 3.

Hierem 12

premi ; impiis contrà proſpera euenire cuncta ; bonis plus requiei non concedi quàm Euripo, prædonum autem abundare tabernacula, promptuariaque eorum eſſe plena, eructantia ex hoc in illud ; oues eorum eſſe fœtoſas, abundantes in egreſſibus ſuis. Epicuri, vt & aliorum quorundam animos, iuxta Lactantium & D. Ambroſium, hæc ſic torſerunt, vt Dei prouidentiam negarint, ſibiq; finxerint Deum otiantem, araneum ſopore æterno ſopitum, ſiue Deum mortuum. Alii in dubium vocarint. In quibus Claudianus ſic habet:

Iob.12. *Pſal.143.* *Lib.3. Inſt. cap.3.* *Lib.1. Offic. c.12.*

Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem,
Curarent Superi terras : an nullus ineſſet

Rector,

Rector, & incerto fluerent mortalia
caſu,
Cùm res humanas tantâ caligine
volui
Aſpicerē, lætoſq; diu florere nocentes.
Vexarique pios &c.

Et alius:

Cùm rapiant mala fata bonos, igno-
ſcite faſſo,
Sollicitor nullos eſſe putare Deos:

Quidam etiam antiquior, ſed nihilò ſanior, quaſi magnam controuerſiam dirimere volens: Ego, inquit, Deûm genus ſemper eſſe dixi, & dicam cœlitûm; ſed eos curare non opinor, quid agat genus humanū. Ariſtoteles etiam, iuxta D. Ambroſium, aſſerit vſque ad Lunam deſcendere Dei prouidentiam, non vltra. Dura item hæc viſa ſunt Prophetis. Hieremiæ, cùm ſic loquitur: Iuſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum; veruntamen iuſta loquar-

Lib. 1. Offic. c. 3.

Hierem. 12.

loquar ad te: quare via impiorùm proſperatur, benè eſt omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agunt? Plantaſti eos & radicem miſerunt, & faciunt fructum: prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Et Dauidi; ſic enim habet: Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei. Quia Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns &c. Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias: Iobo patientiſſimo: Quare impii viuunt, ſubleuati ſunt, confortatique diuitiis? Et Abacuc: Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio iuſtiorem ſe? Et Eccleſiaſtico: Vidi ſeruos in

Pſal. 72.
Iob. 21.
Abac. 1.
Eccl. 10.

in equis, & principes ambulantes quaſi ſeruos ſuper terram. Abel fuit iugulatus, Noe irriſus, Iſaac immolationi expoſitus, Moyſes fugatus, Loth iniuriâ affectus, Ioſeph venditus, Tobias excœcatus, Iob lue peſſimâ percuſſus, Eſaias diſſectus, Hieremias vinculis alligatus, Ezechiel cœſus, Michæas alapis percuſſus, Daniel leonibus obiectus, pueri in fornacem ardentem coniecti &c. Murmurant alii de aëris intempetie. Nonnulli, quòd orantes à Deo non exaudiantur. Quidam quòd à Deo, propter peccata flagellentur. Verbo: Murmurantium plena ſunt omnia; vt & murmurationum. Murmurant ſeculares, murmurant

Reli-

Religioſi; murmurant ſubditi contra Superiores, & contrà: æquales contra æquales. Murmurandi conſuetudinem iniquam, in quocunq; hominum cœtu cernimus & conuentu; atque quò auctior eſt coeuntiũ in vnam ſocietatẽ multitudo, eò murmuratio maior animaduertitur. Eſt verò murmuratio peccatum ad reſtitutionem obligans; malorum item ac damnorum plurimorum fons & origo; charitatem enim diſſuit, amicitiam diſſoluit, vnionem diſcindit, perturbationem cauſſa exiſtit, inteſtinis ſeditionibus omnia confundit. Bona etiam ſua inficit murmurator, omnemq; eorum maſſam corrumpit. Diffundit & ſuum in alios malum, eiſque

Digitized by Google

eiſque idem faciendi anſam & occaſionem præbet.

CAPVT XLII.

Remedia Murmurationis.

PRimum ſuppeditat S. Scriptura, hoc ipſo, quo nos hortatur ne murmuremus. Cuſtodite vos, inquit Sapiens, à murmuratione, quæ nihil prodeſt. Et Dominus noſter apud Ioannem: Nolite murmurare in inuicem. Et B. Paulus: Neq; murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Et ad Philippenſes: Omnia facite ſine murmurationibus, & hæſitationib⁹, vt ſitis ſine querleâ, & ſimplices filii Dei. Et B. Petrus: Hoſpitales inuicem ſine murmurationibus. His, in remedium ſecundum, accinunt Sancti

Sap. 1. 11. *Ioan. 6. 43.* *1. Cor. 10. 10.* *Phil. 2. 14.* *1. Petr. 4. 9.*

Sancti Patres: Baſilius M. *In qq br q. 39.* Alienus ſit à fratrum vnitate qui murmurat, & opus eius abiiciatur; manifeſtum eſt enim iſtum, qui talis eſt, quia in infidelitate ægrotat, & certam ſpei fiduciam non gerit. D. Chryſoſtomus in *Hom. 8. ad Philip. 2.* illa verba: Omnia facite ſine murmurationibus. Vides, inquit, quòd eos erudiat, ne murmurent? Eſt enim ſeruorum improborum & inſenſatorum murmurare. Cogita quòd tibi ipſi laboras, quòd tibi ipſi colligis: Illorum proprium eſt murmurare, qui aliis laborant. Qui verò ſibi ipſi colligit, cuius gratiâ murmurat? Meliùs fuerit nihil operari, quàm cum murmuratione. Grauis enim, grauis inquam, eſt murmurator, & vicinus

blaſ-

blaſphemiæ; alioqui cuius gratiâ illi tantum ſupplicii dederunt? Ingratitudo eſt res iſta. Qui murmurat ingratus eſt Deo; qui autẽ ingratus Deo eſt, blaſphemus quoq; eſt. S. Auguſtinus: De nullâ re magis Deum offendiſſe, populus ille Iudaic⁹ legitur, quàm contra eum murmurando. S. Gregorius: Qui cõtra ſupra poſitam ſibi poteſtatẽ murmurat, liquet quòd illũ redarguit, qui eandem poteſtatẽ dedit. De Religioſis quidẽ id dici poteſt: Ecce homines pleni murmurationibus, ventris ſui cultores: Vaſa à gratiâ vacua, dũ murmur in eis contra Præſides reſonat, & ad ignẽ tribulationis crepat. Domino certè ꝓ eſca hilaritatis, fel murmuris apponunt, acetumq́; felle mixtũ; authoritate propriâ, contra omnia

In Sentent.

Super Ioann.

Digitized by Google

omnia iura ſecum de cruce religionis, quam aſſumpſerunt, diſpenſantes; diſcipulos Galeni ſe facientes, medicos non monachos, de complexione, non profeſſione iudicantes. Deo tergum, ad iumentum autem corporum ſuorum facies conuertentes, feruorem damnantes, diſciplinæ rigorem ſoluunt, regularum obſeruationem ſpernunt, tepiditatem autem & ignauiam complectuntur. S.Bernardus: Nemo proximum ſuum iudicet, nemo propter aliena opera murmuret; nam adeò abominabilia ſunt murmura, vt non rarò murmurans propter opus alterius grauiùs peccet, quàm ipſemet operis patrator. Et: Ante omnia ſine murmuratione ſint fratres. Fortè aliqui leue peccatum

Ad Rober. Abb. In Moral.

tum æſtimant murmurare, ſed non hic, qui ante omnia monet eſſe cauendum. Puto autem ne illum quidem leue reputaſſe, qui murmurantibus dicebat: Non contra nos eſt murmur veſtrum, ſed cõtra Dominum; nos enim quid ſumus? Sed ne illum quoque, qui dixit: Non murmuraueritis, ſicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore; illo nimirũ, qui poſitus eſt in hoc ipſum, vt à terminis beatæ illius ciuitatis arceat murmurantes, & longè faciat à finibus eius, cui dicitur: Lauda Hieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, qui poſuit fines tuos pacem. Nihil enim commune habet murmur & pax. Exempla tertiò facere poſſunt ad deteſtationem huius vitii. Chriſti quidem

Phil. 2. 14.
Exod. 16. 8.
1. Cor. 10. 10.
Pſal. 147. 14.

dem Domini, de quo Eſaias: Quaſi agnus corā tondente ſe obmuteſcet. Sanctorū deinde, de quibus canit Eccleſia: Non murmur reſonat, non querimonia. De Zacharia & vxore eius legitur eos inceſſiſſe in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querelà. Supplicia quartò de murmuratoribus ſumpta, ſanare eos poſſunt. S. Michaël & Angeli eius, murmuratores Spiritus in cœlo ferre non potuerunt. Immiſit & Deus in murmuratores olim ignitos ſerpentes, qui extremam partem caſtrorum deuorârunt. Maiorem item partem filiorum Iſrael in deſerto perdidit, ingreſſuqué terræ promiſſionis excluſit. Varii & alios caſus ſuſtulerunt. Religioſos eodem vitio labo-

Num. 11. 33.

Num. 14. 30.

laborantes, plagæ aut excluſiones, iuxta Caſſianum, purgant, & tunc fit ſalus, & virtus, & regnum Dei, & poteſtas Chriſti eius. De pœnâ futurâ ſic habet Iudas: Hi ſunt murmuratores, queruloſi ſecundùm deſideria ſua ambulantes: pœnam autem præmittit dicens: Quibus procella tenebrarum ſeruata eſt. Regnum certè cœlorum, vt Gregorius ait, nemo qui murmurat accipit, nemo qui accipit murmurare poteſt. Hæc de remediis murmurationis in genere. Qui murmurat contra Deum, proſpera impiis, & aduerſa bonis in hac vita dantem, audiat S. Auguſtinum ſic docentē: Neſcimus quo iudicio Dei, bonus ille ſit pauper, malus ille ſit diues: iſte

In Ep. Sua.

In 7. Pſ. pœnit.

Lib. 20. Ciu. c. 2.

gaudeat, quem pro ſuis perditis moribus cruciari debuiſſe mœroribus arbitramur, contriſtetur ille, quem vita laudabilis gaudere debuiſſe perſuadet; exeat de iudicio non ſolùm inultus, verùm etiam damnatus innocens, aut iniquitate iudicis preſſus, aut falſis obrutus teſtimoniis: è contrario ſceleſtus aduerſarius eius non ſolùm impunitus, verùm etiam vindicatus inſultet, impius optimè valeat, pius languore tepeſcat: Latrocinentur ſaniſſimi iuuenes; & qui nec verbo quenquam lædere potuerunt, diuersâ morborum atrocitate affligantur: infantes vtiles rebus humanis immaturâ morte rapiantur, & qui videntur nec naſci debuiſſe diutiſſimè inſuper viuant: plenus criminibus ſubli-

ſublimetur honoribus, & hominem ſine querela tenebræ ignobilitatis abſcondant; & cętera huiuſmodi, quæ quis colligat, & quis enumeret? Saluianus. Quid me, inquit, interrogas, quare alter maior ſit, alter minor; alter miſer, alter beatus; alter fortis, alter infirmus? quâ cauſsâ quidem hæc Deus faciat, non intelligo, ſed ad pleniſſimam rationem abundè ſufficit, quòd à Deo agi iſta demonſtro; Plus eſt Deus, quàm omnis humana ratio. Nihil ergo in hac re opus eſt nouum aliquid audire, ſatis ſit pro vniuerſis rationibus author Deus. Addit his D. Hieronymus: Iudicia Dei abyſſus multa. Bonus eſt Deus, & omnia, quæ bonus facit, bona

Lib. 3. de Proui[d].

Ep 26 a[d] Paul.

ſint neceſſe eſt. Hæc etiam vità Fidei ſtatus eſt, & vt virtutem eam ſedulò exerceamus, neceſſarium eſt, occulta & difficilia eſſe ea, quæ credimus: idque ad maius meritũ noſtrum eſt. Ad-
Lib. 1. de Ciu. c. 8. dit his D. Auguſtinus: Placuit diuinę ꝓuidentiæ præparare in poſterum bona iuſtis, quibus non fruentur iniuſti; & mala impiis, quibus non cruciabuntur boni. Bona temporalia habeant impii, maiora, vtpote ſpiritualia, habent iuſti. Bona etiam temporalia aliquomodo merentur impii, vt
Ezech. 29. Nabuchodonoſor, & obſte-
Exod. 1. trices Ægyptiæ; merentur etiam iuſti aduerſa peccatis, quæ admiſerunt; vt & illa vitentur ab eis, premuntur, & in officio continentur. Iu-
In Mor. dicia Dei iuſta ſunt. Murmuran-

rantem de aduersâ fortunâ ſic conſolatur Seneca: Pecuniam perdidi? Fortaſſe te illa perdidiſſet. Pecuniam perdidi? ſed habuiſti: Pecuniam perdidi? ſed habebis inde periculi minus. Pecuniam perdidi? ſed iam es felicior, quia malo materia ſubducta eſt. Perdidi? & illa quidem quàm multos? Eris nunc in viâ expeditior, domi tutior. Exonerauit te fortuna, ſi intelligis, & tutiore loco poſuit. Damnum putas? remedium eſt. Defles, gemis, miſerum te clamitas quòd opibus excuſſus es. Tuo vitio iſta tibi iactura tam triſtis: non tam moleſtè ferres, ſi tanquam perditurus habuiſſes&c. Oculos perdidi? Quàm multis cupiditatib⁹ via inciſa eſt? quã multis rebus carebis, quas

ne videres, vel eruendi erant? Non intelligis partem innocẽtiæ eſſe cœcitatem. Huic oculi adulterium monſtrant, huic inceſtum, huic domum quam concupiſcat &c. Certè irritamenta ſunt malorum. Quod ad aëris intemperiem pertinet, illud Senecæ conſideretur: Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis, & Deum, à quo authore cuncta proueniunt, ſine murmuratione comitari. Malus enim miles eſt, qui Imperatorem gemens ſequitur. Vbi nulla prudentia eſt, ſubtiles artifices multùm indignantur, & meritò, quando corripiuntur & inſtruuntur ab inſciis & ignaris artis ſuæ. Certè de mundi gubernatione nos ſumus ignari, Deus autem ſolus ſcit, quid omnibus expediat.

Digitized by Google

diat. Itaq; ſtultus eſt qui murmurat contra Deum. Qui murmurat, cùm orans non exauditur à Deo, cum eo, quaſi in iudicium intrat, illiuſque iudicium damnat, quò quid grauius eſſe poteſt? præſertim, cùm quid oret, ſicut oportet, neſcit; & Deus ſæpe iratus concedit quod petitur; ſicut contrà propitius aliquid negat; dedit enim regem petentibus, ſecundùm deſideria cordis eorum, & Apoſtolo negauit petenti. Murmurat & is, qui à Deo flagellatur, ſed ſtolidè; mala enim quæ Deus infligit, eo fine non infligit, vt murmuret adeoque peccet, ſed vt peccare deſinat, de præteritis pœnitentiam agat, Dei gratiã recuperet, ad meliorem vitæ frugem ſe deinceps, cum diui-

1. Reg. 8 5.
1. Cor. 12. 9.

no auxilio recipiat. Mala etiam illa, quæ Deus infligit, bona ſunt, & in beneficiis ſingularibus numeranda; ſoluunt enim, quoad ſe, hominem à creaturâ, & arctè eum creatori coniungunt; ſicqué immortalem gloriæ corollam conſtruunt. *Pſ. 82. 17.* Id indicat regius vates, cùm ſic loquitur: Imple facies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuum Domine. Id factum eſſe, his aliis verbis docet: *Pſ. 77. 34.* Cùm occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculò veniebant ad eum. Et Eſaias: *Eſa. 26. 16.* Domine in anguſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Roboam afflictus, iuſtum eum pronunciauit, *2. Par. 12. 6.* Manaſſes ab exercitu regis Aſſyriorum captus *Ib. 33.*

cate-

catenisque & compedibus conſtrictus reſipuit. Nabuchodonoſor in beſtiam, ratione quadam, transformatus, Deum agnouit, laudauit & magnificauit. Bonum igitur eſt cùm Deus mala infert. Hinc rectè D. Bernardus: Multi cum ſentiunt pœnam, corrigunt culpam. D. Proſper: Adhoc exagitantur homines tribulationibus, vt vaſa electionis euacuentur nequitiâ, & impleantur gratiâ. Iſidorus: Diſcat non murmurare, qui mala patitur, etiamſi ignorat, cur mala patitur. Per hoc quiſque ſe pati iuſtè arbitretur, quia ab illo iudicatur, cuius nunquam iniuſta ſunt iudicia.

Dan. 4. 30

Serm. 48. in Cant.

In Sentent.

Lib 3. de Sum. bono.

CAPVT XLIIII.

Mala Nugarum.

HOmo, quemadmodum *Iob. 5. 7.* Iob ait, ad laborem, vt auis ad volatum, naſcitur. Ad laborem autem, vt corporis, ſic animi. Eſt homo ſiquidem, Tertulliano teſte, carnis & animæ textura. Iam labor, experientiâ magiſtrâ, ſi grauis, vel continuus exiſtat, vires vniuſcuiuſq; imminuere, vel etiam frangere ſolet. Corpori feſſo, vt ad laborẽ deliniatur & reficiatur, quies, rationi conformiter, conceditur. Animo ergo curis exercito, ſua quoque quies dari debet, relaxatio videlicet & recreatio aliqua, quâ rigor & vigor animi remittatur, ſicque homo alacrior, vegetior, & aptior reddatur ad functiones ſuas

ſuas proprias Deiq; obſequiū. Hinc Sapiens aſſignauit tempus flendi, ridendi, plantandi, ſaltandi &c. Id confirmat D. Auguſtinus his verbis: Sapientem decet remittere interdum aciem rebus agendis intentam. Et facto ſuo D. Ioannes Euangeliſta, vt habetur in Collationibus Patrum; ſic enim in illis ſcribitur: Fertur beatiſſimus Euangeliſta Ioannes, cùm perdicem manibus molliter demulceret, quendā ad ſe habitu venatorio venientem ſubitò conſpexiſſe. Qui miratus, quòd vir tantæ opinionis ac famæ, ad tam parua & humilia ſe oblectamenta ſubmitteret. Tu ne es, inquit, ille Ioannes, cuius fama inſignis ac celeberrima, me quoq; ſummo deſiderio tuæ agnitionis

Eccl. 3. 1.

In 2 Muſ. c. Vlt.

Coll. 24. c. 21.

CAPVT XLIII.

Mala Nugarum.

HOmo, quemadmodum *Iob. 5. 7.* Iob ait, ad laborem, vt auis ad volatum, naſcitur. Ad laborem autem, vt corporis, ſic animi. Eſt homo ſiquidem, Tertulliano teſte, carnis & animæ textura. Iam labor, experientiâ magiſtrâ, ſi grauis, vel continuus exiſtat, vires vniuſcuiuſq; imminuere, vel etiam frangere ſolet. Corpori feſſo, vt ad laborē deliniatur & reficiatur, quies, rationi conformiter, conceditur. Animo ergo curis exercito, ſua quoque quies dari debet, relaxatio videlicet & recreatio aliqua, quâ rigor & vigor animi remittatur, ſicque homo alacrior, vegetior, & aptior reddatur ad functiones

ſuas

ſuas proprias Deiq; obſequiū. Hinc Sapiens aſſignauit tempus flendi, ridendi, plantandi, ſaltandi &c. Id confirmat D. Auguſtinus his verbis: Sapientem decet remittere interdum aciem rebus agendis intentam. Et facto ſuo D. Ioannes Euangeliſta, vt habetur in Collationibus Patrum; ſic enim in illis ſcribitur: Fertur beatiſſimus Euangeliſta Ioannes, cùm perdicem manibus molliter demulceret, quendā ad ſe habitu venatorio venientem ſubitò conſpexiſſe. Qui miratus, quòd vir tantæ opinionis ac famæ, ad tam parua & humilia ſe oblectamenta ſubmitteret. Tu ne es, inquit, ille Ioannes, cuius fama inſignis ac celeberrima, me quoq; ſummo deſiderio tuæ agnitio-

Eccl. 3. 1.

In 2 Muſ. c. vlt.

Coll. 24. c. 21.

nis illexit? Cur ergo oblectamentis tam vilibus occuparis? Cui B. Ioannes: Quid eſt, inquit, quod manu tua geſtas? At ille; arcus. Et cur, ait, non eum tenſum ſemper vbique circumfers? Cui ille reſpondit: Non oportet, ne iugi curuamine rigoris fortitudo laxata molleſcat atq; depereat; & cùm oportuerit, vt fortiora in aliquam feram ſpicula dirigantur, rigore iam per nimietatem continuæ tenſionis amiſſo, violentior ictus non poſſit immitti. Nec noſtri, inquit B. Ioannes, animi te offendat, ô iuuenis, tam parua hæc breuiſque laxatio, quæ niſi remiſſione quadam rigorem intenſionis ſuæ interdum releuet ac relaxet, irremiſſo rigore lenteſcens, virtuti ſpiritus

ritus, cùm neceſſitas poſcet, obſecundare non poterit. Nicephorus de S. Antonio ſic habet: In colloquiis gratioſus maximè, atque item acutus erat. Christiana virgo, cernens ſibi parata ad tormentum cunabula ferrea candentia, ſic iocata eſt: Infantula in cunis, & adulta in cunis. S. Laurentius craticulæ impoſitus inſultat Tyranno: Aſſatum eſt, verſa & manduca. Thomas Morus ludens præmonuit carnificem: Quandoquidem ita fert ſententia, præcide caput, ſed barbam caue, neque enim hanc quoque demetas, poteſtatem accepiſti capitis ſolius. Rectè Plutarchus: Laboris condimentum eſt otium; arcus diu tenſus rumpitur; remittitur vt tendatur, non laxatus *In vita.* *In vita.*

tus

tus ſeriendi vim, propter tenſionem, amittit. Tritum illud:

In Herc. Fur. Act. 2.

Interpone tuis interdum gaudia curis.

Pòſt multa virtus opera laxari ſolet, ait Seneca. Et: Danda eſt animis remiſſio, meliores acrioreſque requieti ſurgunt. Vt enim fertiles agros exhaurit nunquam intermiſſa fœcunditas; ita animarum impetus, aſſiduus labor frangit. Rectè Poeta:

Lib. de tranquil. vitæ c. 5.

Ouid. Ep. Her.

Quod caret alternâ requie, durabile non eſt,
Hæc reparat vires, feſſaque membra leuat.

Animi porrò remiſſio relaxatioque tribus continetur, collocutione, luſu, & ambulatione. Collocutio ſola ad præſens inſtitutum noſtrum facit, & conſiſtit in iocis primùm honeſtis & decentibus; congruentibus

tibus deinde perſonæ, loco, & tempori; & moderatis tandē. Ioci honeſti & decentes ſunt, cùm ſermones feſtiui, dulces, venuſti, vrbani, elegantes, rationi, vt verbo dicam omnia, conformes erunt, & ad veram animi lætitiam comparati. Cōgruentes erunt perſonæ, loco, & tempori, ſi iocis aliis vtatur Sacerdos, vel Religioſus, quàm ſecularis; alius in menſa, in ſchola alius, alius in cubiculo &c. exiſtat. Moderati erunt, cùm grauitas debita non ſoluitur, iuxta illud Ambroſii: Caueamus ne dum animū relaxare volumus, ſoluamus omnem harmoniam, quaſi concentum quendam bonorum operum. Et Tullius eixit: Sicut pueris nō omnem ludendi licentiam damus, ſed eam, quæ ab hone-ſtis

Lib. 1 c. 20. Tom. 1.

1. Offic.

ſtis actionibus non ſit aliena; ſic in ipſo ioco aliquod ingenii lumen elucere debet. Collocutionem hanc, vt & animi relaxationem plurimi negligunt; iocularem autem nimiam, intempeſtiuam, ſcurrilem, indecentem, ineptam, illiberalem, ludicram, mordacem, ſpurcã, ad cachinnos & diſſolutiones excitantẽ &c. amant, obuiiſq; vlnis complectuntur, fabellas autem & nugas audire volunt, multâ arte tornatas & ſtultas. Retinuerunt olim etiam Auguſtinum nugæ nugarum, & vanitates vanitatum, antiquæ amicæ, & ſuccutiebant veſtem eius carneam, & ſubmurmurabant: Dimittis ne nos? & à momento iſto non erimus tecum vltra in æternnm? Retinent & iam infini-

finitos: Garriunt enim quidlibet, effutiunt quicquid in buccam venit, nunc hunc, nunc illũ atramento inficiunt maledicentiæ, mendacia, vt nugas ſpargunt, in popinis cachinnantur, ſtultas, & ſine diſciplinâ quæſtiones proponunt, verba, ne Alexandrinis quidem ferenda deliciis, hauſtaque ex mediis Epicuri Scholis, aut ſubmœnianis officinis &c. effundunt; Sermones item futiles, de auribus Midæ, aureo aſino Apulei, Saturni fugâ, Iunonis irâ, Æoli ſceptris, Plutonis triſti veſtibulo, Cerberi triformi capite, Troiæ occupatione, equitibus errantibus, bellis fictis, ſomniatis fortitudinibus, reliquiſque fabularum nugis, commentis & ſtultitiis, Arcadiæ vt pecora vide-

videri poſſint. Diogenem Cynicum imitantes, & cum Græcis riſum in Deorum numerum referentes, interroganteſque cum Apio Homerum ab inferis euocatum, quibus parentibus progenitus eſſet. Sermones porrò hi, rerum inopes, vanitate & inanitate verborum importuni, indecentes, & vitioſi in ſe ſunt, & magnas quoque ſtrages edunt, bonoſque corrumpunt mores. In ore Sacerdotum, inquit D. Bernardus, nugæ ſunt blaſphemiæ, inter ſeculares nugæ ſunt nugæ. Idem Eugenium Summum Pontificem ſic hortatur: Conſecraſti os tuum Euangelio, talibus iam aperire illicitum, aſſueſcere ſacrilegium eſt. S. Baſilius oſtendens quis ſermo ad exhilarandum animũ honeſtè

Lib. 2. de Cõſid. c. 13. Lib 7. Moral. c. 17.

In Conſtit. Mon. c. 14.

honeſtè ſit permiſſus, ſic ſcribit: Ego verò dixerim, vt Herculem parum decebat, exuto leonis exuuio, veſtis Mileſia, cùm ſeruiret Omphalæ; ſic Religioſum fabulas vel nænias non decere, quippe, qui totus ſit obſequio Dei, cui næniæ non placent, deſtinatus. Receptum eſt illud: Aggrauat ordo, locus, peccata, ſcientia tempus. Quò ſtatus eſt altior, hòc caſus grauior, ait S. Gregorius: Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe crimen habet, quantò maior, qui peccat habetur. Idem: Nullum puto ab aliis maius præiudiciũ, quàm à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quas ad aliorum correctionem poſuit, dare de ſe exẽpla prauitatis cernit, quando ipſi peccamus, qui pec-

Hom. 17. in c. 10. Luc.

Digitized by Google

peccata cōpeſcere debuimus. Quàm turpe dici: Sicut tenebræ, ita & lumen eius: Sicut populus, ita Sacerdos.

CAPVT XLIV.

Remedia Nugacitatis.

IDoneum facetiarũ diſſolutionumq; remediũ S. litteræ exhibent, dum gratioſos, ſaleq; ſapientiæ conditos ſermones à nobis requirunt. Sermo veſter, inquit D. Paulus, in gratiâ ſit ſemper ſale conditus. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Iubent eædem ineptas & aniles vt fabulas deuitemus. Et ad Epheſios, nec nominari quidẽ volunt à nobis turpitudinem, ſtultiloquiũ & ſcurrilitatem. Et ad Theſſalonicenſes: Rogamus vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis vt quieti ſitis, & vt hone-

Coloſ. 4. 6. *Phil. 4. 5.* *1. Tim. 4. 7.* *Eph. 4. 29.* *1. Theſ. 4. 12.*

ſtè am-

ſtè ambuletis ad eos, qui foris ſunt. Et ad Philippenſes: De cętero fratres, quæcunq; ſunt vera, quæcunq; pudica, quęcunq; iuſta, quæcunq; ſunt ſancta, q̃cunq; amicabilia, quæcunque bonæ famæ: Si quæ virtus, ſi quæ laus diſciplinæ, hæc cogitate (loquimini.) Neq; enim ſatis eſt tibi bonam habere conſcientiam, ſed etiam neceſſe eſt te tueri bonam famam, ꝙ non poteſt fieri, niſi internis virtutibus externa quoque reſpondeat conuerſatio grauis, à quâ nugæ, facetiæ, leuitates & ſcurrilitates alienæ ſunt, homine vtpote indignæ, cui lugere & flere magis conuenit. Cor ſapientum vbi triſtitia, cor ſtultorum, vbi lætitia. Chriſtianum decet grauitas morum & verborum. Rectè quidam: *Philip: 4.8.* *Eccl.7.*

Ora

Ora dicata Deo, rebus reſerare profanis,
Mentem deſignat lege Dei vacuam.
Signat inane Deo cor talibus eſſe repletum,
Deſignat cor carni eſſe rebelle parum.

Illud memori mente recolendum ſemper: Cùm eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, cùm autem factus ſum vir, euacuaui ea quæ erant paruuli. Labia etiam Sponſus requirit, vt lilia diſtillantia myrrham primam. Vtile etiam eſt cogitare verbis eiuſmodi Deum eſſe præſentem, inſpectorem, iudicem &c. De verbo quoque otioſo reddendam eſſe rationẽ in die iudicii, multoque adeò magis, de verbo ioculari & diſſoluto. Conſideretur item illud D. Auguſtini: Quàm ſuaue mihi ſubitò factum eſt, carrere ſua-

1. Cor. 13. 11.

8. Confeſſ. cap. 11.

ſuauitatibus nugarum, & quas amittere metus erat, iam dimittere gaudium erat; eiiciebas enim eas à me, vera tu, & ſumma ſuauitas, eiiciebas & intrabas pro eis omni voluptate dulcior, ſed non carni & ſanguini, omni luce clarior, ſed homini ſecreto interiori, omni honore ſublimior, ſed non ſublimis in ſe. Et quando facetiæ ad riſum immodicum captandum conferuntur, notet facetus, quid Spiritus Sanctus de riſu loquatur: Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam; vir autem ſapiens, vix tacitè ridebit. Riſum reputaui errorem. Et D. Baſilius: Illud etiam non mediocriter caueri debet ab iis, qui colendę pietati ſtudent, ne in riſum præter modum effuſi ſint, quia intemperantiam

Eccl. 21. 23.

In Reg. fuſ. diſp. q. 17.

Digitized by Google

non abeſſe à ſe ſignificat, & animi motus nequaquam ſedatos declarat. At modicè rictum deducere, eoque animi ſui hilaritatem leniter ſignificare, nõ eſt contra decorum; quatenùs tantùm illud indicatur, quod ſcriptum eſt: Cor gaudens exhilarat faciem. Illud autem: in immanes cachinnos prorumpere, & corpore ſubſultare, nequaquã eſt eius, qui animo cõpoſito ſit; aut planè probo & cõpore ſui. Huiuſmodi genus riſus Eccleſiaſticus etiam damnans, tanquam rem animi conſtantiæ & grauitati maximè cõtrariam, ſic habet: Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti. S. Ambroſius ita etiam loquitur: Ne modum progrediaris loquendi, nequid indecorum ſermo reſonet

Prou. 15. 13.

Eccl. 2. 2.

Lib. 1. Offic.

ſonet tuus; Speculum enim mentis plerumque in verbis refulget. Ipſum ſonum vocis libres modeſtiâ, ne cuiuſquam offendat aurem vox fortior. Et paulò pòſt: Oremus in incorruptione quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt ante Deum locuples, vt ait D. Petrus. Magna igitur modeſtia, quæ cùm ſit etiam iuris ſui remiſſior, nihil ſibi vſurpans, nihil vindicans, & quodammodo intra vires ſuas contractior, diues eſt apud Deum, apud quẽ nemo non diues. Diues eſt modeſtia, quia portio Dei eſt. De Monicâ ſuâ narrat Auguſtinus, ꝙ bis in die, mane & veſperi ad Eccleſiam ſine intermiſſione veniebat, non ad inanes fabulas, & aniles loquacitates, ſed vt te Domine audiret in-

1. Pet. 3. 4.

Lib. 5. Confeſſ. c. 9.

tuis ſermonibus, & tu illam in ſuis orationibus. Et D. Hieronymus loquens de indecorà vrbanitate riſus, ſic ſcribit: Eſt enim hæc à ſanctis noſtris propellenda, quibus magis conuenit flere atq; lugere. S. Anſelmus dicit Apoſtolum nos hortari, vt adeò continenter gratiarũ actionibus occupemur, vt ne vnum quidem momentum ſtultiloquio, vel diſſolutis fabulis inſumatur. Imitetur etiam facetus & ſcurrilis Chriſti Saluatoris exemplum, cuius modeſtiam internam & externam nemo ſuperauit, cùm fuerit ipſa modeſtia. Vnde Apoſtolus ad cõciliandam ſibi Corinthiorum fidem, ſic obteſtatur eos: Ipſe autem ego Paulus obſecro vos, per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti. De hac

In cap. 4. Epheſ.

2. Cor. 10. 1.

hac modeſtiâ agens D. Hieronymus ſic ſcribit: Certè fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana Christi facie relucebat, ex primo ad ſe venientes trahere poterat adſpectu; Si enim in magnete lapide, & ſuccinis hæc eſſe vis dicitur, vt annulos & ſtipulam, & feſtucas ſibi copulet, quantò magis Dominus omnium creaturarum ad ſe trahere poterat, quos volebat. Exemplo item B. Virginis, de qua Ambroſius his verbis: Sit nobis, tanquam in imagine, deſcripta virginitas vitaque Mariæ, de quâ, velut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis. Hinc ſumatis licet exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magiſteria expreſſa probitatis &c. Modeſtia omnino

In c. 9. Matthæi.

Ep. 113? Lib. 1. Offic.

tuis ſermonibus, & tu illam in ſuis orationibus. Et D. Hieronymus loquens de indecora urbanitate riſus, ſic ſcribit: Eſt enim hæc à ſanctis noſtris propellenda, quibus magis conuenit flere atq; lugere. S. Anſelmus dicit Apoſtolum nos hortari, vt adeò continenter gratiarũ actionibus occupemur, vt ne vnum quidem momentum ſtultiloquio, vel diſſolutis fabulis inſumatur. Imitetur etiam facetus & ſcurrilis Chriſti Saluatoris exemplum, cuius modeſtiam internam & externam nemo ſuperauit, cùm fuerit ipſa modeſtia. Vnde Apoſtolus ad cōciliandam ſibi Corinthiorum fidem, ſic obteſtatur eos: Ipſe autem ego Paulus obſecro vos, per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti. De hac

In cap. 4. Epheſ.

2. Cor. 10. 1.

hac modeſtiâ agens D. Hieronymus ſic ſcribit: Certè fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana Chriſti facie relucebat, ex primo ad ſe venientes trahere poterat adſpectu; Si enim in magnete lapide, & ſuccinis hæc eſſe vis dicitur, vt annulos & ſtipulam, & feſtucas ſibi copulet, quantò magis Dominus omnium creaturarum ad ſe trahere poterat, quos volebat. Exemplo item B. Virginis, de qua Ambroſius his verbis: Sic nobis, tanquam in imagine, deſcripta virginitas vitaque Mariæ, de quâ, velut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis. Hinc ſumatis licet exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magiſteria expreſſa probitatis &c. Modeſtia omnino

In c. 9. Matthæi.

Ep. 113

Lib. 1. Offic.

Digitized by Google

mnino veſtis eſt hominis, quâ eius turpitudo exterior tegitur. De ea hæc habet D. Bernardus ad Sophiam Virginem. O quàm cõpoſitum reddit omnẽ puellaris corporalis ſtatũ, diſciplina? Ceruicem ſubmittit, ponit ſupercilia, cõponit vultũ, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguã, gulã frenat, iram ſedat, format inceſſum &c. Habitum item internum mentis, vt vitia non videantur, componit. Iniuriam omnino Deo non leuem irrogat, qui linguam ipſi ſacratam nugis polluit. Tepentis certè & languentis in amore Dei, ſunt eiuſmodi de nugis inſtituta colloquia. M. Tullius genus quoque iocandi illiberale, petulans, flagitioſum non probat. Nugamentis quoq; & fabu-

ſabulis ſtultis tempus, quo nihil ferè eſt pretioſius, perditur. Ac cùm tam multa quoq; ſint in rebus moralibus, naturalib⁹, ſacris, prophanis, quæ cum vtilitate noſtrâ, cũ religione, cum ſtatu, cum profeſſione, cum proximorum virtute & moribus coniunctâ, tractare poſſimus, quid quæſo attinet tẽpus conſumere in ſtultis quæſtiunculis, in amoribus inſanis, nugis, ſcurrilibus. Horum ſermonum Diabolum eſſe auctorem oſtendit Machetes Abbas his verbis: Cùm enim fratrib⁹ quibuſdam de rebus neceſſariis ac ſpiritualibus diſputaret, eoſq; videret Lethęo quodam ſopore demergi, nec poſſe ab oculis ſuis pondus ſomni depellere, otioſam repente fabulã introduxit. Ad cuius oblectationẽ,

Caßian. l. 5. Inſtit. c. 31.

cùm eos euiglaſſe confeſtim, atque erectas aures ſuas habere vidiſſet, ingemiſcens ait: Huc vſque de ſpiritualibus loquebamur, & omnium veſtrûm oculi læthali dormitione deprimebantur: At cùm otioſa fabula intromiſſa eſt, omnes expergefacti torporem ſomni dominantis excuſſimus. Vel ex hoc ergo perpendite, quis nam collationis illius fuerit impugnator, aut quis huius infructuoſæ atque carnalis inſinuator exiſtat. Ille etenim eſſe maniſeſtiſſimè deprehenditur, qui malis adgaudens, vel iſtam fouere, vel illam impugnare
Lib.5.c.29. non deſinit. De eodem ſic ſcribit Caſſianus: Vidimus ſenem Machetem nomine à turbis fratrum eminus commorantem, hanc à Domino gratiam diuini-

diuinitus precibus impetraſſe, vt quotquot diebus ac noctib⁹ agitaretur collatio ſpiritualis, nunquam ſomni torpore penitus laxaretur; ſi quis verò detractionis verbum nugatoriũ & otioſum tentaſſet inferre, in ſomnum protinus concidebat, nec vſque ad aurium quidem eius pollutionem virus obloquii poterat peruenire. S. Ioannes Climacus quendam fratrẽ nugis & loquacitati deditum, ad tempus, è Monaſterio expulit. Vitæ etiam Patrum referunt quendam magnum virum gratiam à Deo obtinuiſſe, vt in colloquiis piis fratrum, quæ de S. Scripturis habebantur, videret Sanctos Angelos aſtantes, & plurimùm ſe colloquiis illius oblectantes: Cùm autem aliud quiduis loquerentur,

Gradu. 4.

Catechiſ. hiſt. Tom. 4. Tit. 81.

Digitized by Google

tur, ſtatim Angeli ſancti longiùs recedebant: Veniebant autem porci ſordidiſſimi, & volutabant ſe inter eos; Dęmones enim in ſpecie porcorum delectabantur eorum vaniloquiis. Beatus autem Senior hæc videns, commonebat per Monaſteria fratres dicens: Cohibete à multiloquio, & ab otioſis ſermonibus linguam, per quã malus interitus animæ generatur. Vincentius Beluacenſis refert Durantum quendam ex Abbate Epiſcopum Tholoſanum, virum cæterà pium, idcircò in purgatoriis ignibus aliquamdiu detentum, quòd ſępiùs verba riſum mouentia incautè vſurpaſſet, indeq; tandẽ ſeptem fratrum Monachorum ſilentio, ad ſeptem dies continuato, fuiſſe liberatum.

Lib. 26. ſpec hiſt. c. 5.

CAP.

CAPVT XLV.

Mala verborum otioſorum.

VErbum otioſum, iuxta D. Gregoriũ, illud apellatur, quod, aut ratione iuſtæ neceſſitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret. Vel, ex ſententia S. Baſilii, quod nullum affert fructum, hoc eſt, quod non ſeruit, vel ad præſtandum cultum diuinum, vel ad procurandam animæ ſalutem. Vel, vt D. Hieronymus deſcribit: quod ſine vtilitate & loquentis dicitur, & audientis. Vt ſi omiſſis ſeriis, de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Verbum porrò otioſum culpâ non caret, ſaltem veniali, eoqué interdum periculoſo, ne homo videlicet otioſè loquens, per im-

Lib. 7. Mor. c. 7.

Reg. breuis q. 23.

prudentiam ad grauius peccatum deuoluatur. Quid arenæ puluiſculo tenuius? potes tamē tantum illorum coaceruare, vt Hercules & Atlas ſub onere fatiſcant, & duriſſima ceruix, velut Olympo impoſito, preſſa frangatur. Grauius autem? grauia multa peccata, quę D. Bernardus alicubi commemorat. Et S. Gregorius his verbis: Dum ab otioſis verbis nequaquam lingua compeſcitur, ad temeritatem quoque ſtultæ increpationis effrenatur. Quibuſdam enim ſuæ ruinæ gradibus deſidioſa mens in foueæ lapſus impellitur; nam dum otioſa verba cauere negligimus, ad noxia peruenimus. Sed mala verbi otioſi particulatim videamus. Spiritum S. cōtriſtat, animam pace, tran-

Serm. de tripl. cuſt. 7. mor. c. 17.

tranquillitate, ſerenitate conſcientiæ, & ſpirituali deuotione priuat, menti affert euagationem, & quaſi peregrinationem à cogitationibus vtilibus, vix vt ad ſe redire deinde queat, intellectum obnubilat, rationem obſcurat, ardorem Deo ſeruiendi perdit, ſenſum pietatis extinguit, compunctionem diſſipat, feruorem minuit, tempus auro pretioſius inutiliter terit. De eodem verba hæç Bernardi licet ſubiicere; & quidem non tam lectione, quàm interna conſideratione digniſſima: Volat verbum irreuocabile, volat tempus irremediabile, nec aduertit inſipiens quid amittat. Libet confabulari, aiunt, donec hora prætereat. O donec prætereat hora? O donec pertranſ-

eat tempus? Donec hora prætereat, quam tibi ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad aquirendam gratiam, ad gloriam promerendam, miſeratio Conditoris indulget? Donec tranſeat tempus, quo diuinam tibi repropitiare debueras pietatem, properare ad Angelicam ſocietatē, ſuſpirare ad amiſſam hæreditatem, aſpirare ad promiſſam felicitatem, excitare remiſſam voluntatem, flere commiſſam iniquitatem? Sic nimirum, ſic agricolæ, cùm diu deſiderata affuerit opportunitas ſeminandi; Sic vinitores, cùm expectatum tempus putationis aduenerit, inueniſſe occupationes, & quaſi irreprehenſibiliter ſine opere diem tranſegiſſe lætantur? Sic inſtantibus

bus nundinis inſtitores nectere moras, occaſiones quærere ſolent, ne quem fortè ſibi ex eis quæſtum prouenire contingat? Sic denique pauperes mendicantes, cum multis laboribus euocatus tandem affuerit eleemoſynarum diſtributor, diuerticula captant, & currentibus ſociis vacuos ambiunt occupare receſſus, & fouere latebras in angulis platearum? Vtinam tandem vel ſolùm tempus vitæ amitteretur in verbis; ſed multi in his etiam vitam æternam amittere comprobantur; nec modò ipſi amittere, ſed adimere quoque & hoc fratribus ſuis. His ſententiam quoque D. Hieronymi libet adiungere, in hæc verba ſcribentis: *In Epiſ. ad Gal. 6.* Breue eſt vitæ iſtius curriculum;

Digitized by Google

culum; hoc ipſum quod loquor, quod dico, quod ſcribo, quod emendo, quod relego, de tempore meo mihi aut creſcit, aut deperit. Titus Veſpaſiani filius, cùm die quadam nihil boni feciſſet, dixit amicis: Hodie diem perdidi; Nos putamus non perire horam, diem, tempus &c. cùm otioſum verbum loquimur, pro quo rationem reddituri ſumus in die iudicii.

CAPVT XLVI.

Remedia otioſorum verborum.

OTioſum vitabit homo verbum, ſi ſuo cum animo illud in primis perpendat, quod Dominus noſter, apud *Matt. 12. 36.* Matthæum, dicit in hæc verba: Amen dico vobis, quoniam omne

mne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. In quâ Domini noſtri ſententiâ, notanda eſt prima eius vox: Amen; eâ enim ſignificatur, verè, fideliter, ſine dubitatione futurũ, quod ſequentibus verbis cõtinetur. Illud deinde de (in die iudicii) intelligendum eſt de iudicio tum priuato, tum publico. Rectiſſimè enim & valde ſalubriter creditur, ait Auguſtinus, iudicari animas, cùm de corporibus exierint, antequam veniant ad illud iudicium, quo eas oportet iam redditis corporibus iudicari, atque in ipsâ, quâ hîc vixerunt carne torqueri ſiue gloriari. Hoc itane tandem

dem ipſe neſciebas? Quis aduersùs Euangelium tanta mentis obſtinatione obſurduit, vt in illo paupere, qui poſt mortē oblatus eſt in ſinū Abrahæ, & in illo diuite, cuius internus cruciatus exponitur, iſta non audiat, vel audita non credat? Sanctorum deinde Patrum dicta docent timenda & vitanda

In reg. bri. c. 4. eſſe verba otioſa. S. Baſilius: Adeò magnum eſt otioſi verbi periculum, vt licet genere ipſo de numero bonorum ſit, tamē niſi ad ędificationem fidei dirigatur, à periculo liber non eſt, qui illud locutꝰ eſt; quippe qui eo, quòd ad ædificationē illud non accōmodauit, contriſtaſſe

Eph. 4. 29. noſcitur Spiritum Sanctū Dei. Hoc enim apertè docuit Apoſtolus, cùm dixit: Omnis ſermo malus ex ore veſtro nō procedat,

dat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiã audientibus. Et ſubiicit illud: Nolite contriſtare Spiritũ Sanctum Dei, in quo ſignati eſtis. Quàm autẽ pernicioſa res ſit, cõtriſtaſſe Spiritũ Sanctum, de hoc verò, quid op⁹ eſt vt dicatur? Ambroſius: Parum periculi nõ eſt de rebus ſecularibus & otioſis loqui, cùm tã mirabilia Dei opera habeamus, de quib⁹ loquamur. Ac ꝑinde ſtatuat iuſtus apud ſemetipſum cũ Sancto Dauide dicere: Pronunciabit lingua mea eloquium tuũ, quia omnia mandata tua æquitas. Auguſtinus: Declinemus ſemper à vitiis, & ad virtutes tendamus; nec ſuperflui ſermones procedant ex ore noſtro, quia pro otioſis ſermonibus reddituri ſumus rationem in die iudicii. Gregorius: Dum

In Pſ. 118: Ser. 22.

Pſ. 118. 7.

Lib. de ſalutar. docum. c. 42.

Lib 7. Mor. c. 17.

dem ipſe neſciebas? Quis aduersùs Euangelium tanta mentis obſtinatione obſurduit, vt in illo paupere, qui poſt mortẽ oblatus eſt in ſinũ Abrahæ, & in illo diuite, cuius internus cruciatus exponitur, iſta non audiat, vel audita non credat? Sanctorum deinde Patrum dicta docent timenda & vitanda eſſe verba otioſa. S. Baſilius:

In reg. bri. c. 4.

Adeò magnum eſt otioſi verbi periculum, vt licet genere ipſo de numero bonorum ſit, tamẽ niſi ad ędificationem fidei dirigatur, à periculo liber non eſt, qui illud locut⁹ eſt; quippe qui eo, quòd ad ædificationẽ illud non accõmodauit, contriſtaſſe noſcitur Spiritum Sanctũ Dei. Hoc enim apertè docuit Apoſtolus, cùm dixit: Omnis ſermo malus ex ore veſtro nõ procedat,

Eph. 4. 29.

dat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiã audientibus. Et ſubiicit illud: Nolite contriſtare Spiritũ Sanctum Dei, in quo ſignati eſtis. Quàm autẽ pernicioſa res ſit, cõtriſtaſſe Spiritũ Sanctum, de hoc verò, quid op⁹ eſt vt dicatur? Ambroſius: Parum periculi nõ eſt de rebus ſecularibus & otioſis loqui, cùm tã mirabilia Dei opera habeamus, de quib⁹ loquamur. Ac ꝑinde ſtatuat iuſtus apud ſemetipſum cũ Sancto Dauide dicere: Pronunciabit lingua mea eloquium tuũ, quia omnia mandata tua æquitas. Auguſtinus: Declinemus ſemper à vitiis, & ad virtutes tendamus; nec ſuperflui ſermones procedant ex ore noſtro, quia pro otioſis ſermonibus reddituri ſumus rationem in die iudicii. Gregorius: Dum

In Pſ. 118. Ser. 22.

Pſ. 118. 7.

Lib. de ſalutar. docum. c. 42.

Lib 7. Mor. c. 17.

Dum ab otioſis verbis nequaquam lingua compeſcitur, ad temeritatem quoque ſtultæ increpationis effrenatur. Quibuſdam enim ſuæ ruinæ gradibus, deſidioſa mens in foueę lapſus impellitur; nam dum otioſa verba cauere negligimus, ad noxia peruenimus. Bernardus: O quantus terror? Iudex ſapientiſſimus, qui numerat omnes pluuiæ guttas, diſcretor omnium tentationum, omnium hominum, à primo Adam vſque ad vltimum, qui erit in fine ſeculi, vult audire rationem verborum omnium otioſorum, cùm ſederit in ſede maieſtatis iudicii ſui, vbi non iam miſericordia, ſed iudiciũ cantabitur Domino. Quid tum miſeri faciemus? ſapientiſſimus es Domine, falli non potes;

tes; iuſtiſſimus es, corrumpi non potes. Tempus miſerendi tunc præteritum erit, quia iudicabis orbem terræ in æquitate, iudicabis populos in iuſtitia, qui priùs per miſericordiā pepercisti. Et: Sermo otioſus non erit abſque iudicio. Vnuſquiſque rationem redditurus eſt ſermonum ſuorum; ante vniuſcuiuſque faciem, verba ſua ſtabunt in die iudicii. Otioſum præterea verbum otioſæ mentis index eſt: Otium autem ſentina eſt omnium tentationum, ad vniuerſitatem iniquitatis, quam in lingua ſedem collocaſſe S. Apoſtolus dicit, aditus, puluinar Diaboli, nouerca virtutum, vitiorū magiſter, & ad infernū via. Beata lingua, q̄ nō nouit niſi de bonis & diui- *Sermo. 30 ad Soror.*

Digitized by Google

diuinis ſermonem texere. Remediũ & illud eſt, ſi quis rectè vtiliterq; loquatur: Sic autem loquetur, ſi circumſtantias eas in loquendo adhibeat, de quibus ſupra diſputatum eſt. In remedium & illud affero: Pictus Philoſophus, tempore Octauii Imperatoris interrogatus: Quis eſſet ſtultiſſimus? Reſpondit, eum, qui otioſè loquitur; Sicut ſtultus eſt qui lapidem de loco in locum proiicit. At dicat quis: Leue eſt verbum otioſum, leuiter igitur nocet, leuique adeò remedio curatur? Stillicidium molle eſt, caſu tamen ſuo lapidem cauat. Tenues ſunt roris guttulæ, doliare tamen vas implent. Minimus fuit lapis è monte ſine manibus abſciſſus, columnam tamen

magnam eamqué fortiſſimam proſtrauit & comminuit. Vulpeculæ paruulæ demoliuntur vineam Dei Sabaoth, & validiſſimarum fundamenta vrbium non ſemel à muribus euerſa legimus; etiam à formicis. Tineæ quanta robora exedunt, ærugine ferrum abſumitur, quod in ignibus ſtabat illæſum. Exiguus clauus impactus, inutile reddit tormentum bellicum. Animalcula vniuerſam afflixerunt Ægyptum. Minima, iuxta D.
Auguſtinum, ſi negliguntur, *Lib. 3. in S.*
occidunt. In pigritiis hu- *ad Galat.*
miliabitur contignatio, & in *Tract. 12.*
infirmitate perſtillabit domus. *in Ioan.*
Eccl. 10.
Modicum fermentum totam *18.*
maſſam corrumpit. Pomum *1. Cor. 5. 6.*
eiecit primos parentes ex

Para-

In Dial.con. Lucifer. Paradiſo. Arrius in Alexandria ſcintilla vna fuit, infit D. Hieronymus, ſed quia ſtatim extincta non fuit, totum orbem fermè eius flamma depopulata eſt. Sic Lutherus parua quædam ſcintilla fuit, quæ neglecta incendium magnum excitauit. Littera vna religionem Christianam turbauit, vel, vt D. Hieronymus loquitur, iugulauit. *Ep. ad Celand.* Et loquens de differentiâ grauitatis peccatorum, ſic ſcribit: Nos verò etſi multùm inter peccata diſtare credimus, tamen ſatis prodeſſe ad cautionem ducimus, etiam minima pro maximis cauere. Primò, quia tantò faciliùs abſtinebimus à quocũq; delicto, quantò illud magis metuimus. Secundò, nec citò progrediemur ad maiora, cùm parua etiã

ſer-

formidamus. Tertiò, quia non tam conſiderandum quod iuſſum eſt, quàm ille qui iuſſit; nec cogitanda imperii quantitas, ſed imperantis qualitas, dignitas nempe. Res eſt parua, Deus autem eſt magnus, eiuſque magnitudinis nullus finis. Quartò, neſcio ſanè an poſſimus leue aliquod peccatum dicere, quod contra Deum admittitur. Bernardus: Nemo dicat in corde ſuo, leuia ſunt iſta, non curo corrigere, non eſt magnum ſi in his permaneo venialibus peccatis: hæc eſt Chariſſimi impœnitentia, hæc blaſphemia in Spiritum Sanctum irremiſſibilis. Chriſtus Dominus iota vnum & apicē legis non præteriuit. Docuit etiam minimum, hoc eſt, nullum futurum in rego cœlorũ, *Serm. de Conuerſ. Pauli.*

Digitized by Google

qui ſoluerit vnum de mandatis minimis. De genere etiam peccati difficile aliquando eſt iudicium, ſit ne mortale, an veniale, ne ergo mortaliter quis peccet, vitandũ omnino illud eſt, de quo ſic dubitatur. Nihil natura, vel illius auctor Deus fruſtra facit. Quid dico Deum, vel naturam? nihil bruta, nihil inanima mixta, nihil elementa operantur, aut quôquam mouentur, niſi ad certum fine ſuæ cõſeruationis, ſolus homo ſublunarium Dominus omniũ quæ illi ad propriam ſalutem & Dei gloriam data eſt, partem nobiliſſimam linguam, fruſtra mouet, exerit, impendit quodq; tetrius & inſanius eſt quod ad vitam accepit, in exitium ſuum conuertit. O ſtultitiam mille egentem Anticyris

Se

Sed potiùs, ô malitiam nullis ſuppliciis condignè puniendã? Quid ad hæc Deo rationem poſcenti poterimus reſpondere? Quâ nos argumentorum ſubtilitate expedire? quo colore vel prætextu excuſare? Plena monitis Scriptura S. Pleni conſiliis orthodoxi Patres; Ratio ipſa idem clamat. Quid in tantâ luce queat ignorantiæ patrocinari? nihil, nihil omnino. *Delr. de B. Virg. Lect. 15.* Sed otioſum verbum leue eſt? eſt, aditum tamen facit ad grauia magna. Qui modica ſpernit, paulatim decidet. *Eccl. 19, 1.* Dicamus obſecro, cum Pſalmiſta ſinguli: Non dominetur mihi omnis iniuſtitia, hoc eſt nulla. *Pſ. 118, 133.*

CAPVT XLVII.

Mala Periurii.

In Serm. 4. ad 39. q. 4. PEriurium, iuxta D. Auguſtinum, iuramentum eſt falſum; vel, vt D. Thomas docet, mendacium iuramento firmatum. Eſt verò peccatum omnino graue & enorme, ſiue materia grauis ſit, ſiue leuis, eò quòd ſumma veritas aſſumatur ad confirmationem falſi. *Leuit. 19.* Non peierabis in nomine meo, ait Dominus, nec polluès nomen Domini Dei tui. Non vſurpabis nomen Domini Dei tui fruſtra, *Deut. 6.* quia non erit impunitus, qui ſuper re vanâ (multò magis falsâ) nomen eius aſſumpſerit. Iurabis, inquit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iuſtitiâ. *Hier. 4. 2.* Hinc colligitur, vt iuramẽtum rectè fiat, tres ei neceſſarias

Digitized by Google

rias conditiones eſſe. Primò, vt verũ ſit, quod iuratur, ſi aliter ſe habeat, iuramentum ſit falſum, in aſſertorio, ſi in re non ita ſit, dum quis iurat; in promiſſorio, ſi non ita ſit in voluntate iurantis, vt dicit; & poſtea in executione, niſi ſubſit ratio cur non impleatur. Secundò requiritur, vt iuſtum ſit, bonum & licitum quod iuratur. Tertiò requiritur iudiciũ, vt non fiat ſine cauſſa, ſine neceſſitate, aut vtilitate. Iam periurio prima deeſt conditio, malum igitur eſt & peccatum. Verùm locus hic ſcripturæ cõtrarius huic alteri videtur: Ego autem dico vobis, non iurare omnino. Si omnino iurandum non eſt, neque conditionibus his, neque periurio locus erit. Verùm id ſic intelligendum *Matt. 5* non

non eſt, quaſi omne iuramentum prohibeatur; ſupplenda enim eſt altera vox in textu, nempe falſum; vel iurare pro periurare reponendum, vt ſæpe in Scriptura fit; vt: omnis
Zach. 5. 4. iurans iudicabitur. Vbi Propheta manifeſtè de periurio loquitur; vnde ſubditur, ad domum iurantis mendaciter.
Eccl. 9. Et apud Sapientem, iuxta Septuaginta. Vt iurans, ita & ille, qui iuramentum timet, id eſt, vt peierans, aut periurus, vt noſter textus. Deinde ſi quis propriè accipiat iurare, intelligat illud ſimpliciter prohiberi à Chriſto, propter periculum periurii. Sicut
Eccl. 42. ſimpliciter dicitur: In medio mulierum noli commorari, propter periculum libidinis. Ergo libido per ſe prohibetur, con-

conuerſatio cum mulieribus propter finem; ſic per ſe prohibetur periurium; iuramentum propter finem. Periurii peruerſitatem indicat his quoque verbis D. Auguſtinus: Ille, qui hominem prouocat ad iurationem, & ſcit eum falſum iuraturum eſſe, vincit homicidam, quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam: imò duas animas, & eius animam, quem iurare prouocauit, & ſuam. Scis verum eſſe quod dicis, & falſum quod ille dicit, & iurare compellis, ecce iurat, ecce periurat, tu quid inueniſti? Imò & tu periſti, qui de illius morte ſatiari voluiſti. Ratio eandē demonſtrat; præterquā enim quòd virtuti Religionis aduerſatur, adducit etiam Deum, qui prima eaque ſum-

In Decoll. Io. Bap.

ſumma eſt veritas, quantum in ipſo eſt, in falſitatis ſuæ teſtem, auctorque eſt, ſuo vt quaſi nomine ei ille ſubſcribat, falſumque approbet, quod in irreuerentiam ſummam contemptũque diuinæ Maieſtatis cedit. Si graue eſt delictum, Summorũ Pontificum diplomata, piſcatoris annulo ſignata, Regumq; ſigilla falsò ſupponere, eorumque auctoritate roborare, grauius infinitis partibus erit periurium, quo quis ſummi cœleſtiſque Pontificis, & regis regum diploma & ſignum diuino nomine inſcriptum, falsò affert, auctoritatemque & firmitatem falsò conciliat. Si graue eſt parentem offendere, grauius multis paraſangis erit Deum Patrem periurio lędere. De Crœſi filio traditum eſt,

tanta

tanta in parentem eum pietate affectum fuiſſe, vt licet à primâ natiuitate mutus, hæc tamen prolocutum: Ne patrem meũ Croeſum occidas, cùm vidit militem in patrem ſuum gladio ruere. Par omnino foret, hominem omnem, cùm audit Patrem ſuum Deum periurio dehoneſtari, teloque periurii appeti, in talem inſurgere, ſicq́; pium ſuum erga eum animum affectumq́; declarare. Si adulterare deinde monetam crimẽ eſt læſæ Maieſtatis, quid iudicandum de illo, qui rem adeò ſacram, quale eſt iuramentum, falsò vſurpando adhibet? Certè in homuncionem nemo tale quid committeret ſine magnâ iniuriâ, ſi is eſſet, cui falſum diſpliceret: Deo autem ſummè illud diſplicet. Spiritus etiam ipſe

ipſi immundi, ſolo IESV nomine audito, veritatem proferre coguntur. Periuri verò illis peiores, nomen id flocci faciunt, Deumque adeò, atque ſi ex ligno eſſet formatus, vt vana olim gentium ſimulachra, aſpernantur. Quid de tam vecordibus, & deſperatæ conſcientiæ hominibus dicemus, niſi eos videri numero reproborum adſcriptos, & ſtigmate perditionis ac mortis æternæ notatos? Natura rurſus ipſa quoque videtur odium ſuum in peſtilens hoc vitium indicare voluiſſe, ſiquidem, vt refert Philoſophorum coryphæus, in Cappadociæ vrbe Tana, fons olim fuit eius proprietatis, vt ſi, qui peierârat, fonti aſſiſteret, protinus aduersùs eum, quaſi indignatus,

In Lib. de mirab.

com-

commoueretur, & faciem eius aqua perſunderet. Solinus narrat in Sardinia fuiſſe quoq; fontem, cuius aquis peierantis oculi attrectati cæcarentur, iurantis verum, clariùs cernerent. De alio meminit prope Thyanam Philoſtratus, qui pariter periuro procrearet puſtulas vomicaſq; noxias, efficeretque ne poſſet inde diſcedere, ſed veluti affixus corã ipſo deploraret calamitatem, periuriumq; palam profiteretur. Lumine præterea naturę ſolo ducti gentiles Romani, vt refert Pauſanias, cùm in ludis olympicis concertaturi erant, iureiurando ſe aſtringebant, gladio quoq; animal aliq̃ mediũ ſecãtes, innuebant, illius, qui fraudẽ aut dolũ in certãine Olympico machinaretur; ita etiã viſcera

In Polyb. c. 10.

In Vita Apoll. l. 1. c. 4.

proſcindenda. Iidem periuros è loco ſuperiore pręcipitabant. Vel, iuxta Strabonẽ, digitos extremos manuum pedumque illorũ decurtabant. Diodorus refert Siculos Ægyptios capite multaſſe. De quodam Galliæ rege hiſtoriæ memorant, tuliſſe aduerſus periuros legem, quâ cauebatur, vt qui falsò iuraſſe compertus fuiſſet, cauterio in fronte notaretur. Quod ſupplicii genus magni doloris, & non minoris ignominiæ, ſi noſtrâ ætate ſeruaretur, crediderim profectò, & flammigerum Ætnæ ignem, & Cantabriæ ferrum defuturum, ſi omnium peierantium frontes eo ſtigmate, ignitâque notâ inſigniri deberent; adeò hic morbus, proh dolor, inualuit, & mortiferâ

Lib. 15.
Gell. l. 11. c. 18.
Lib. 2. c. 3.
Carthag. l. 5. hom. 11.

hæc

Digitized by Google

hæc conſuetudo innumerabilium mortaliũ animos preſſit.

CAPVT XLIIX.

Remedia Periurii.

REmedium primum frequenti accuratâque meditatione eius continetur, quòd periurus cõtra omnem legem, naturalem, ſcriptam, euangelicam, canonicam & ciuilem peccet. Contra legem quidem naturalem; hęc enim omni homini dictat Deum vt ſuum honoret & reuereatur; rebus deinde vtatur, adquod à naturâ inſtitutæ ſunt. Neutrum autem periurus facit; pugnat enim è diametro periurium cum honore & reuerentiâ Dei; cum linguæ etiam recto legitimoq; vſu, qui eſt vt cordis conceptũ exprimat. Cõtra legem deinde

ſcriptam ; legitur enim in veteri teſtamento : Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, quod idem eſt cum eo, quod habetur
Exod. 20. 7. in Leuitico : Non peierabis in
Leuit 6. 6. nomine meo. Zacharias etiam
Zach. 8. 17. Propheta ſic habet : Vnuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentum mendax ne diligatis ; omnia enim hæc ſunt, quæ odit Dominus.
Zach. 5. 3. Et alibi : Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ, quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur; & omnis iurans ex hoc ſimiliter iudicabitur. Educam illud, dicit Dominus exercituũ, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, &

con-

Digitized by Google

conſumet eam, & ligna eius & lapides. Dicitur etiam: Iurabis, viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia. Contra legem Euangelicam quoq; peccat periurus; Eius enim ſermo non eſt, eſt; non, non, vt Chriſtus ſeruator noſter fieri præcepit. Ad vitandum etiam periurii periculum dicitur: Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Et illud: Ego autem dico vobis non iurare omnino, neq; per cœlum, quia thronus Dei eſt; neque per terram, quia ſcabellum pedum eius eſt. D. Baſilius iuramentum ideò prohibitum eſſe affirmat, ne periurii detur occaſio; qui enim vel rectè iurat, fortè & ma-

Hier. 4. 2.

Mat. 5. 37.

Iac. 5. 12.

Mat. 5. 34.

In Pſ. 14.

& malè aliquando iurabit; qui verò omnino non iurat, periculum vitat periurii. Contra legem canonicam peccat etiã periurus; Vnde iure canonico illi primùm pænitentia iniungitur, quæ pro fornicatione, aut adulterio, aut homicidio imponitur. Ex c. fin. 21. q. 1. Eratq; eiuſmodi pænitentia, ex c. Quicunque 6. q. 5. Et ex c. 1. aliquot ſequentibus 22. q. 5. quòd qui peierauerat deberet ieiunare in pane & aqua quadraginta diebus, ſi erat liber; ſin erat ſeruus, debebat ieiunare per tres quadrageſimas, & deinde ſeptem annis agere pœnitentiam; nec vnquam admittebatur ad communionem, niſi in hora mortis. Secundò, vt priuaretur beneficiis, nempe ſi eſſet electus ad beneficium, non

Digitized by Google

non confirmaretur, ſed irritaretur eius electio, ex cap. finali De iureiurando in 6. Sin autem beneficium haberet, priuaretur illo ex cap. querelam, extra eodem titulo. Nec tantùm priuandus eſt omni beneficio, ſed debet etiam inhabilis reddi ad omne beneficium obtinendũ in poſterum, ex proximè ſequenti capite: Tua nos. Veruntamen pænæ iſtę non incurruntur ipſo iure, ſed ſunt per ſententiam imponendæ. Periuri redduntur etiã infames. 6. q. 1. Infames, & conuicti ad teſtimonium non admittuntur, etiamſi egerint pœnitentiam. In ciuilem tandem legem peccat periurus. Vnde & in eo foro variè punitur. Sed & Deus, iudicio ſuo terribili horrorem & peruerſitatem huius pec-

peccati, ſuppliciis inflictis ſæpiſſimè olim declarauit, vt & hodie; id quod remedii ſecundi loco conſiderandum eſt. Fames, tẽpore Dauidis, tribus
2.Reg. 21. 1. annis durauit. Eius cùm flagelli ille cauſſam eo fine quæſiſſet, illi vt remedium, ſi poſſet, afferret, reſpondit Dominus, ob violationem iureiurandi Gabaonitis à Ioſue & ſenioribus Iſraelis dati, id malum ortum eſſe.
Ver. 9. Dauid, vt illud amoueret, ſeptem Saulis filios, auctore facinoris iam dudum mortuo, patibulis affixit. Quâ ſatisfactione placatus eſt Deus, fameſq; ceſſauit. Quo ex facto ſatis intelligi poteſt, quantùm gloriæ ſuæ atque honoris tenax ſit Deus, & quã acerbas pœnas ab eis exigat, qui iuratam fidẽ fefellerunt, quam vel à ſe, vel

ab alio datam ſeruare debuerunt; quantumuis ii, qui ſacramentum dixerunt, reges ſint, & quibus fides datur, obſcuri & rerum inopiâ abiectiſſimi Sedechias rex in Babylonē abductus ideò, Hieroſolymaq; deſtructa fuit, quia iuramentum, quo Regi Babylonis obſtictus erat, violauit. Peierantes à Dæmonibus obſeſſos ante corpora S. Felicis Nolani, & aliorum Sanctorum, narrat Auguſtinus. Quidam mendaciter iurans in templo, è veſtigio ſenſit ſibi ligatam linguam. Elfredus, qui conſpirationis contra Elſtanum Angliæ regem princeps habebatur, dū Romæ ad altare S. Petri, præſente Ioanne Pontifice, ſui purgandi gratiâ iurare cogeretur, corruit, & poſt triduum mortuus eſt. In Narciſſum Hiero-

Epiſt. 137. Euſeb. l. 6. c. 8.

Gregor. Turonem. l. de glor. Coſeſſ. c. 29.

Hieroſolymum Epiſcopum tres improbi turpem quandam criminationis calumniam cum iuramento coniecerant; Vnus ſic deierauit; Si verum non dixero, igne diſpeream. Alter ſic: Si mentior, corpus ſæuo morbo abſumatur. Tertius autem: Si verum non dicam, opto vtroque orbari lumine. Narciſſus verò ob indignitatem calumniæ, cùm eſſet innoxius, in eremum ſe ad multos annos recepit. At Deus non obdormiit. Primus enim, cùm noctu ignis ſcintilla in eius ædes incidiſſet, cum totâ familiâ omnino conflagrauit. Alter verò, morbo, quem ſibi imprecatus erat, ab imis pedum digitis, vſque ad verticem capitis contabuit. Tertius hoc euentu in ſociis conſpecto, palàm maleficium

Vincent. l. 24. c. 63.

cium ſuum confeſſus eſt, cum tantâ lachrymarum profuſione, vt oculos amiſerit. Aiſtulpus Longobardorum rex, initio regni ſui pacem cum Zacharia Pontifice Romano, deinde cum eiuſdem ſucceſſore Stephano ſecundo innouatam iuramento confirmârat; ſed quoniam ambitio, & imperii latiùs propagandi cupiditas tãtum iuris in animis Principum habet, iureiurando per ſummum facinus contempto, & exarchatu Rauennate in ſuam poteſtatem redacto, Romam armis laceſſere cœpit, vt eam, ſi poſſet, ſuæ ditioni adiungeret, cùmque multis tentatis, ad fidem ſeruandam induci placarique non poſſet, Sanctiſſimus Pontifex Stephanus ad Deum ſupplex confugit, vt oratio-

Sigonius l. 9. de reg. Ital.

rationibus & lachrymas obti-
neret, quod ab impio Rege im-
petrare non poterat. Mandat
ergo iuſiurandi ab illo præſtiti
formulã, tabulis exceptam, ad
crucem prælatam affigi, ipſe
verò cum populi Romani cle-
riq; inſtructo agmine in ſolen-
ni publicę ſupplicationis pom-
pânudis pedibus in cedens,
multis Antiſtitum comitanti-
bus, Seruatoris imaginem mira-
culis illuſtrem humeris geſta-
bat. Tam religioſas preces ſic
exaudiit Deus, vt, armis Pipini
Gallię Regis coactus Aiſtulph',
reddiderit Eccleſię quicquid p
vim abſtulerat, & non multò
pòſt miſerandum in modum è
viuis excęſſerit, excuſſus & ab
equo præceps lapſus; vel, vt a-
lii narrant, ab apro dilaniatus.
Ep. 137. S. Auguſtinus: Nos nouimus,
ait.

ait; Mediolani apud memoriã Sanctorum, furem quendam, quia ad eum locum venerat vt falſum dicendo deciperet, à Dæmone compulſum fuiſſe furtum vt confiteretur, & redderet ꝙ abſtulerat. Narrat Delrius noſter Goluinum comitem, cùm periurio ſibi eſſet necem imprecatus, ſubitò panis bolo fuiſſe ſuffocatũ. Ludouicus Boſonis filius, ortus ex Caroli Magni ſtirpe; regnabat in Prouinciâ. Hic à quibuſdam Italiæ Principibus Berengario infenſis ſolicitatus, & potiſſimùm ab Adelberto Berengarii genero, ſpe Italici regni illectus, in eas anguſtias à potentiſſimo hoſte redactus eſt, vt eius poteſtati ſe traderet. Eum Berengarius, ex Italia excedere cupientem, pro ſuâ clementiâ libe-

Ex Virgil. Pol. l. 8.

Sibon. l. 6. de reg. Ital.

Digitized by Google

liberum atque incolumem in patriam redire permiſit, iureiurando tamen adactum, ſe Italicis rebus temperaturum, nec deinceps arma moturum. Sed Ludouicus iuriſiurandi immemor, & clementiæ ac benignitatis, quâ in eum vſus fuerat Berengarius, oblitus, deceptus cupiditate regnandi, & vanâ quadam ſpe, quam ex Primatibus Italiæ quidam oſtentabant, deluſus, in Italiam reuertit, & poſt varios incerti Martis euentus, cùm eſſet Veronæ, in hoſtis manus iterum incidit, à quo in perfidiæ & ingrati animi pœnam, nõ oculis tantùm, ſed vſurpato per iniuriã regno quoq; priuatus eſt. Tam graue crimen habitum etiam olim fuit apud Ægyptios, vt periuri omnes capite damnarentur, vt qui

qui pietatem in Deos violarent, & fidem inter homines tollerent. M. Attilius regulus, qui ex inſidiis captus à Carthaginienſibus, & Romam iuratus ad ſenatum miſſus, vt niſi captiui redderentur, ipſe Carthaginem rediret. Romam quidē ipſe venit, nec tamen cenſuit è Republica eſſe captiuos reddere, maluitque ad ſupplicium redire, quàm iuriſiurandi fidem hoſti datam infringere. Quidam à ſuo compatre mutuò acceperat argenteū nummum. Repoſcenti nummum, accepiſſe negabat. Tum creditor: Iura mihi, inquit, per S. Audomarum quòd non acceperis, & ego acquieſco. Cùmque iſte manum ad iurandum eleuaret, illico vtroque oculo orbatus, tertiò poſt die expirauit.

rauit. Anno 1581. mulier quædam ad purgandum ſe de vero aliquo crimine ſibi obiecto, coram Cruce peierauerat, Deū orans ſibi vt horrendum quendam morbum, niſi vera loqueretur, immitteret; vnde poſtridie morbo illo corripitur.

Spec. hiſt. Vincent. Larric. l. 21. 4, 4 0. Porrò licet hæc, & alia à nobis enumerata ſupplicia magna grauiaq; ſint, mitiora tamen & minora ſunt prę eo, quod Deus infligere interdum ſolet, hiſq; verbis, pro antidoto periurii tertio, indicatur. Vir multùm *Eccl. 23. 12.* iurans (falsòq; adeò iurans) iniquitate implebitur. Deus enim peccantis animam grauiori ſupplicio punire non poteſt, quàm ſi in alia plura peccata, ad periurii vindictam, illum prolabi, adeòq; per vltimum impænitentiæ peccatum properare

perare permittat, ad eum vltimum diem, quo Dominus ei, vt & fatuis virginibus dicet: Clauſa eſt ianua, cœli ſcilicet. Hinc Iuſtinianus Imperator rectè ait: Iuriſiurandi contemptam religionem, ſolũ Deum habere vltorem, ſummum nimirum.

CAPVT XLIX.

Mala Querimoniarum malarum.

QVerimoniæ malæ, iniquæ ſunt expoſtulationes, nullo ſcilicet iure factæ. Illis, ceu harpyiis quibuſdam, mortales omnia cõſpurcant, Deum, Cœlum, ſuperiores, inferiores, mũdum, carnem, diabolũ. Deum quidem, cùm lamentantur durum eum & aſperum in hominem eſſe, in alias autem animãtes pium & blandum. Miſe-

ram eum ab illo & infelicem animam ſortitum eſſe, intellectum Cymmeriis tenebris obductum, rationem è ſuâ ſede deturbatam, conſilium exterminatum, iudicium profligatum, conſcientiam laceratam, voluntatem dominio, virtutibuſque omnibus ſpoliatam, &, ceu ſeruam, arctis ac validis cippis conſtrictam, imaginem Dei deformatam, characteresſque eius oblitteratos, ſimilitudinem Dei penitus abraſam, memoriam fluxilem, potentiā effectricem ad bonum agendū retuſam, ſenſuum internorum officia intercluſa, ſenſus exteriores ſpiritus proditores, cordis lenones, inferni prodromos, maliſque omnibus proſtitutos, appetitum cōcupiſcentem interno irrequietoq; bello in

in ſpiritum inflammatum, iraſcentem in feram conuerſam. Corpus deinde miſeriarum theatrum eſſe, & vile iumentorum ſtabulum, caput hydram Lernenſem, faciem ignis ſuffoſſionem, frontem meretricem, nares præſumptionem, oculos feneſtras mortis, aures curioſitatem, maxillas aſini malas, os impudentiā, dentes arma & ſagittas, linguā gladium acutum, labia venenum aſpidum, guttur ſepulchrum patens, collum inſolentiam, ſcapulam auerſionem à Deo, humeros impatiētiam, pectus furorem, dorſum inclinationē ad terram, brachia tenacem auaritiam, manus cruentam carnificinam, cor Draconum cubile, fel amaritudinem, viſcera crudelitatē,

ſplenem choleram, iecur concupiſcentiam, pulmonem tepiditatem, neruos odium, ventrem gulam, lumbos illuſionem, femur nominis maculam, crura rigorem, pedes curſum ad malum, veſtem maledictionem, corpus denique infinitis miſeriis implicatum, fame, ſiti, æſtu, frigore quaſſatum, ætate conſumendum, tempore mutandum, morbo corrumpendum, morte conficiendum, Sataneque tandem tributarium eſſe, à beatorum gloria excludendum, & profundè in barathro inferni profundo demergendum, morteque ſecundâ, quæ peſſima eſt, æternùm mactandum. Cœlum queruli deinde, vt & eius ſidera lamentantur peccati cauſſas eſſe, hominemque

que

que ad peccatum impellere. De Superioribus quærimoniam inſtituunt, quòd ſint duri, rigidi, nimiùm exacti, ſtricti, ſeueri, acerbi, nodum in ſcyrpo quærentes. De ſociis item conqueruntur, peccatorum eos eſſe auctores, tum colloquiis prauis, tum exemplis peſſimis. De mundo item, rebuſque adeò creatis omnibus in eo contentis queruntur, quòd bonæ admodum, ſuaues, oblectationumq; omnium plenæ ſint, ſicque à ſtudio virtutis & Deo abducant. De carne tandem, & mortalitate cum gentilibus communi & Dæmone conqueruntur, quòd ab illis quietem habeant nullam, illiſque ad peccatum calamitateſque innumeras inflam-

mentur. Querimoniæ hæ omnes in grauiſſimis peccatis meritò numerantur, multorumque malorum fontes & origines, vt per ſe liquet, exiſtunt.

CAPVT L.

Remedia malarum querimoniarum.

QVæ de Deo inprimis impiè blaſphemèque à quibuſdam iactantur querelę, in remediũ ordine ſic excutiuntur. Deus hominem initiò, quemadmodum Sapiens ſcripſit, rectum fecit; animâ quidem primùm; eam enim iuſtitiâ originali exornauit, quà homo, quò ad partem rationis participem, Deo; quò ad appetitum ſentientem, rationi; & quo ad corpus, animæ, planè

Eccl. 7. 30.

Digitized by Google

planè perfectèq; ſubiectus fuit. In intellectum illius, ab eâ iuſtitiâ, rara etiam quædam & occulta vis ſapientiæ defluxit, quâ Deum, vt ſui, cæterarumq; rerum naturâ conſtantium, ſuâ cauſsâ conditarum auctorem finemque vltimum perfectiùs quidem quàm nos in ænigmate, minùs tamen perfectè, quàm Angeli, vel etiam beati Deum vident, ipſe initiò cognouit. Ei adiuncta fuit ſcientia præclara, vt & prudentia ſingularis, quâ, cùm de iis, quæ naturaliter agenda erant, ex tempore conſilium conſultiſſimum capiebat, tum de inuentis, ex lege rectè iudicabat, ac demum id quod iudicio cōcluſum erat, executioni per imperium efficaciter mandabat. In voluntatem, eæ ex illâ

virtutes profluxerunt, quarum rectitudo ſita eſt in commenſuratione quadam ſiue habitudine erga alterum. Eiuſmodi verò ſunt, Religio, Iuſtitia, Fortitudo, cæteræ morales, iis duntaxat exceptis, quæ vel peccatum ponunt, vel cum aliquâ pænâ coniuncta ſunt. Iuſtitia, deinde originalis (vt ad ſecundum eius munus accedamus) virtutibus à ſe in appetitum ſenſitiuum promanantibus id efficiebat, vt appetitus, qui cognitionem ſenſus ſequitur, ſiue cōcupiſcens, ſiue iraſcens ille fuiſſet, nunquam niſi ſecundùm rationis præſcriptū moueretur, promptiſſimèque illi citra rebellionem atq; difficultatem vllam, in omnibus ſemper obtemperaret: Animæ poſtremò (quod ter-

tertium originalis iuſtitiæ donum erat) ita ſubiiciebatur corpus, vt quod ſuâ naturâ pati ac mori poterat, impatibile ac immortale efficeret, non quâ pati ac mori non poſſet, ſed quâ non pati, & non mori poſſet. Ad eam porrò perfectionem reuocari debet hominis dignitas, immortalitatis ſpecies, ſenſuum integritas, virium robur, vegetatricũ potentiarũ firmitas, &, vt verbo dicãtur omnia, ſumma corporis perfectio, quam non fames, non ſitis, non frigus, non æſtus, non fatigatio, non morbus, nõ periculum, non moleſtia aliqua omnino vlla afflixiſſet, aut mors terribilium omnium maximè terribile tandem extinxiſſet. Tria verò illa iuſtitiæ originalis hactenus à nobis enumerata munera, vt Deo

ſupernaturaliter dilectus eſſet, finemq; adeò ſuum ſupernaturalem, qui æterna ſupremaqúe beatitudo eſt, conſequeretur, non ſuffecerunt, diuina quædam natura, & ſupernaturalis illi neceſſaria erat, ad actiones meritorias atque adeò ſupernaturales eliciendas, & hanc homini Deus liberaliter communicauit. Quæ omnia admirabilem hominis felicitatem & opulentiam, cum Deo Op. Max. ſimilitudinem, animiq; & corporis eius ſanitatem ac venuſtatem extitiſſe clarè ac diſertè teſtantur. Quibus ſi homo rectè, quemadmodum & potuit & debuit, vti, & præcepto diuino, vt par erat, obtemperare voluiſſet, ampliſſimas illas dotes, quibus velut ſponſa in veſtitu deaurato, circun-

Digitized by Google

cundatâ varietate, gloriosè condecorata fulgebat, non ſibi tantùm ad futuram in cœlo gloriam reſeruaſſet, verùm etiam maximâ ex parte cum poſteris, quos ipſe genuiſſet, feliciſſimè communicaſſet. Cæterùm inuidiâ Diaboli (ab initio enim homicida fuit) & ipſe peccauit, & peccatum in vniuerſum orbem, per peccatum autem, ab homine liberâ eâque impiâ voluntate perpetratum, mors, cum innumeris malis, intrauit. Sibi ergo homo imputet miſerias omnes, quibus conficitur; ipſe intriuit illas, exedat ergo oportet. Rectè Auguſtinus: Mentis & carnis Deus eſt artifex. Ipſe quando hominem creauit, vtrumque fecit, vtrumque coniunxit, carnem animæ ſubdi- *Ioan.8.* *Lib.2. de pecc mer. c.22.*

dit, animam ſibi. Si ſemper illa ſtaret ſub Domino ſuo, ſemper & iſta obediret Dominæ ſuæ. Noli ergo mirari, ſi ea quæ deſeruit ſuperiorem, pœnas patiatur per inferiorem. Eas deinde propterea quoque ſibi imputet, quòd, adiutore Deo, illas, mediis ac remediis debitis, oratione, mortificatione, Sacramentorum vſu, virtutum ſtudio &c. non depellat; vt multi ex Sanctis, maximam partem, fecerunt, memores illius D. Pauli: Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitiâ, & ſanctitate veritatis. Adiuuante tamen Seruatoris noſtri gratiâ id fecerunt, ſicque quod in

Digitized by Google

in primo Adamo cecidit, in ſecundo erexerunt. Fruſtra igitur eſt cum querelis illis homo: Nemo læditur niſi à ſeipſo. Queritur deinde de cœlo aſtriſque cœleſtibus; ſed immeritò quoque; facta enim tantummodò ſunt in tempora & ſigna hominibus, non verò vt cauſſæ etiam ſint effectrices humanarum actionum, adeòque peccatorum. Sapiens dominatur aſtris. Cùm de ſociis malis etiam queritur, ſtultè queritur, cur eos non fugit, vt in S. litteris facere iubetur? cur non conquirit bonos, à quibus iuuetur? cur ſe Chriſto non adiungit & Sanctis? cur remediis debitis non vtitur, ne ab illis euertatur? Quid quòd mali bonos interdum etiam efficiunt. Ephes. 4

Rectè

In Pſal. 64. Rectè D. Auguſtinus: Malus omnis, aut ideò viuit, vt corrigatur, aut ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur. Non fuiſſet Abel patiens, ſi Cain nō fuiſſet. Non ſciretur humanitas Ioſephi, ſi fratres non fuiſſent inhumani. Oportet hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt, *1. Cor. 11. 19.* manifeſti fiant in nobis, ait Apoſtolus. Deus etiam, cùm ſummè bonus ſit, nullo modo ſineret aliquid mali eſſe in operibus ſuis, niſi eſſet adeò omnipotens & bonus, vt benefaceret etiam de malo. Vnde *Aug in Enchir. 1. c.* exclamat Gregorius: O felix culpa. Mundum, vt & res creatas iniquè ſcelerum quoque cauſſam eſſe queritur homo; *Sap. 1. 14.* In rebus enim creatis, vt Sapiens ait, medicamentum exterminii non eſt, hoc eſt, res

creatæ

creatæ non ſunt per ſe cauſſa peccati, adeòque exterminii à cœlo; quin factæ ſunt à Deo, vt à nobis ille cognoſcatur, iuxtà illud Sapientis: A magnitudine ſpeciei & creaturæ, cognoſcibiliter poterit creator hominũ videri. Et huius D. Pauli: Inuiſibilia ipſius (Dei) à creaturâ mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Per creaturas excitatur homo ad Dei amorem; quomodo enim homo eum nõ amabit, quem infinitè bonum eſſe cognoſcit? Ad honorem deinde Deo debitum impendendum, quandoquidem id ſuà ratione ipſæ creaturæ faciunt, & vt faciant à pueris illis ſanctis in fornace Babylonica, monentur. Ad obedientiam, cùm

Sap. 13. 5.

Rom. 1. 20.

Roſigno l. de action. Virt.

meditatione ingrediatur, ne reipſa aliquando ingrediatur, & exitum nunquam inueniat. De carne iniuriâ queritur etiã aliquis, ſus ſcilicet in volutabro luti, & ſcarabæus in ſtercore. Cogitet quæſo carnem, eiuſque voluptates, animi & corporis partes omnes expugnare, virtutes eneruare, ipſamq; arcem in ſublimi conſtitutam rationem, euertere. Carnem inſuper vitiorum omnium lenam eſſe; alteram, Euam, Adamum (animam) perdentem, Agar ancillam, in filio Iſmaele, cum Saræ Dominæ filio Iſaac periculosè ludentẽ, Putipharis vxorem Ioſephum ad intemperantiam excitantẽ, Iahel, Siſaram ducem, per caput, clauo adacto, interficientem, Dalilam in ſinu quidem Samb-

Sambſonem fouentem, hoſtibus tamen Philiſtæis prodentem, puellam ſaltatricem; caput Ioannis Baptiſtæ petentẽ, ancillam oſtiariam Petrum ad negationem inducentem, & remedium contra carnem inuenies, apprehendeſque arma & ſcutum contra eam. Conqueritur de mortalitate cum gentilibus communi; Sed perperam: Non ad hoc credidit Chriſtianus, ait Cyprianus, vt immunis à contactu malorum, mundo feliciter fruatur, ſed vt omnia hîc aduerſa perpeſſus, ad futuram lætitiam & beatitudinem reſeruetur. Quamdiu in hoc mundo ſumus, cum genere humano, carnis ęqualitate coniungimur, ſpiritu autem ſeparamur. Conqueritur tandem homo impius de Diabolo, *De mortal.*

ſupernaturaliter dilectus eſſet, finemq; adeò ſuum ſupernaturalem, qui æterna ſupremaqúe beatitudo eſt, conſequeretur, non ſuffecerunt, diuina quædam natura, & ſupernaturalis illi neceſſaria erat, ad actiones meritorias atque adeò ſupernaturales eliciendas, & hanc homini Deus liberaliter communicauit. Quæ omnia admirabilem hominis felicitatem & opulentiam, cum Deo Op. Max. ſimilitudinem, animiq; & corporis eius ſanitatem ac venuſtatem extitiſſe clarè ac diſertè teſtantur. Quibus ſi homo rectè, quemadmodum & potuit & debuit, vti, & præcepto diuino, vt par erat, obtemperare voluiſſet, ampliſſimas illas dotes, quibus velut ſponſa in veſtitu deaurato, circun-

Digitized by Google

cundatâ varietate, glorioſè condecorata fulgebat, non ſibi tantùm ad futuram in cœlo gloriam reſeruaſſet, verùm etiam maximâ ex parte cum poſteris, quos ipſe genuiſſet, feliciſſimè communicaſſet. Cæterùm inuidiâ Diaboli (ab initio enim homicida fuit) & ipſe peccauit, & peccatum in vniuerſum orbem, per peccatum autem, ab homine liberâ eâque impiâ voluntate perpetratum, mors, cum innumeris malis, intrauit. Sibi ergo homo imputet miſerias omnes, quibus conficitur; ipſe intriuit illas, exedat ergo oportet. Rectè Auguſtinus: Mentis & carnis Deus eſt artifex. Ipſe quando hominem creauit, vtrumque fecit, vtrumque coniunxit, carnem animæ ſubdi-

Ioan. 8.

Lib. 2. de pecc mer. c. 22.

dit, animam ſibi. Si ſemper illa ſtaret ſub Domino ſuo, ſemper & iſta obediret Dominæ ſuæ. Noli ergo mirari, ſi ea quæ deſeruit ſuperiorem, pœnas patiatur per inferiorem. Eas deinde propterea quoque ſibi imputet, quòd, adiutore Deo, illas, mediis ac remediis debitis, oratione, mortificatione, Sacramentorum vſu, virtutum ſtudio &c. non depellat; vt multi ex Sanctis, maximam partem, fecerunt, memores illius D. Pauli: Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitiâ, & ſanctitate veritatis. Adiuuante tamen Seruatoris noſtri gratiâ id fecerunt, ſicque quod in

in primo Adamo cecidit, in ſecundo erexerunt. Fruſtra igitur eſt cum querelis illis homo: Nemo læditur niſi à ſeipſo. Queritur deinde de cœlo aſtriſque cœleſtibus; ſed immeritò quoque; facta enim tantummodò ſunt in tempora & ſigna hominibus, non verò vt cauſſæ etiam ſint effectrices humanarum actionum, adeòque peccatorum. Sapiens dominatur aſtris. Cùm de ſociis malis etiam queritur, ſtultè queritur, cur eos non fugit, vt in S. litteris facere iubetur? cur non conquirit bonos, à quibus iuuetur? cur ſe Chriſto non adiungit & Sanctis? cur remediis debitis non vtitur, ne ab illis euertatur? Quid quòd mali bonos interdum etiam efficiunt. Ephes. 4.

Rectè

In Pſal. 64. Rectè D. Auguſtinus: Malus omnis, aut ideò viuit, vt corrigatur, aut ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur. Non fuiſſet Abel patiens, ſi Cain nõ fuiſſet. Non ſciretur humanitas Ioſephi, ſi fratres non fuiſſent inhumani. Oportet hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt, *1. Cor. 11. 19.* manifeſti fiant in nobis, ait Apoſtolus. Deus etiam, cùm ſummè bonus ſit, nullo modo ſineret aliquid mali eſſe in operibus ſuis, niſi eſſet adeò omnipotens & bonus, vt benefaceret etiam de malo. Vnde *Aug in Enchir. 1. 6.* exclamat Gregorius: O felix culpa. Mundum, vt & res creatas iniquè ſcelerum quoque cauſſam eſſe queritur homo; *Sap. 1. 14.* In rebus enim creatis, vt Sapiens ait, medicamentum exterminii non eſt, hoc eſt, res

creatæ

creatæ non ſunt per ſe cauſſa peccati, adeòque exterminii à cœlo; quin factæ ſunt à Deo, vt à nobis ille cognoſcatur, iuxtà illud Sapientis: A magnitudine ſpeciei & creaturæ, cognoſcibiliter poterit creator hominũ videri. Et huius D. Pauli: Inuiſibilia ipſius (Dei) à creaturâ mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Per creaturas excitatur homo ad Dei amorem; quomodo enim homo eum nõ amabit, quem infinitè bonum eſſe cognoſcit? Ad honorem deinde Deo debitum impendendum, quandoquidem id ſuà ratione ipſæ creaturæ faciunt, & vt faciant à pueris illis ſanctis in fornace Babylonica, monentur. Ad obedientiam, cùm

Sap. 13. 5.

Rom. 1. 20.

Roſigno l. de action. Virt.

cùm omnes etiam creaturæ ſuo modo eius voluntatem faciant. Creaturæ inſuper inuitant, vt peccatis homo mortuus iuſtitiæ viuat, vt bonarum actionum negotiatione, meritorum ſuorum theſaurum amplificet, fide de mundo triumphet, ſpe bonis operibus ſuſtentatâ ad cœlum nicatur, charitate Deo adhæreſcat. Honores docent, ne ſimilis illi ſit homo, qui, cùm in honore eſſet, non intellexit, ideòque comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Dominium, eum in cœlis habere Dominum. Nobilitas, quæ ex ſanguinibus eſt, & ex volunte carnis, nobilius eſſe ex Deo naſci, virtutibuſque præditum eſſe. Diuitiæ, illis vt faciat amicos, de

mam-

nammona iniquitatis, cœ-
umque mereatur. Bona cor-
poris, vt iis glorificet, & portet
Deum in corpore ſuo. Pulchri-
tudo, animum peccato tur-
pem eſſe. Sanitas, ſpiritum in-
firmum. Robur, fragilem eum
ſpiritu eſſe non debere. Homo,
maledictũ eum eſſe qui in ho-
mine cõfidit. Amicus, Dei ami-
citiam quærendã. Domeſticus,
inimicos domeſticos eſſe ſole-
re. Hoſtis & inimicus, eos vt di-
ligat, & pro iis oret. Succeſſus
rerũ omnium felix, beatũ eſſe
populum, cuius Dominus ſit.
Tribulationes, magnas virtutũ
eſſe occaſiones. Si Deus occi-
dat, quærendum nihilominus
eſſe, & diluculo ad eum veniẽ-
dũ. Mors, animæ vt interitũ fu-
giat. Iudiciũ extremũ, vt ipſe ſe
iudicet. Infernus, eũ vt homo,
medi-

meditatione ingrediatur, ne reipſa aliquando ingrediatur, & exitum nunquam inueniat. De carne iniurià queritur etiã aliquis, ſus ſcilicet in volutabro luti, & ſcarabæus in ſtercore. Cogitet quæſo carnem, eiuſque voluptates, animi & corporis partes omnes expugnare, virtutes eneruare, ipſamq; arcem in ſublimi conſtitutam rationem, euertere. Carnem inſuper vitiorum omnium lenam eſſe; alteram, Euam, Adamum (animam) perdentem, Agar ancillam, in filio Iſmaele, cum Saræ Dominæ filio Iſaac periculosè ludentẽ, Putipharis vxorem Ioſephum ad intemperantiam excitantẽ, Iahel, Siſaram ducem, per caput, clauo adacto, interficientem, Dalilam in ſinu quidem

Samb-

Sambſonem fouentem, hoſtibus tamen Philiſtæis prodentem, puellam ſaltatricem; caput Ioannis Baptiſtæ petentē, ancillam oſtiariam Petrum ad negationem inducentem, & remedium contra carnem inuenies, apprehendeſque arma & ſcutum contra eam. Conqueritur de mortalitate cum gentilibus communi; Sed perperam: Non ad hoc credidit Chriſtianus, ait Cyprianus, vt immunis à contactu malorum, mundo feliciter fruatur, ſed vt omnia hîc aduerſa perpeſſus, ad futuram lætitiam & beatitudinem reſeruetur. Quamdiu in hoc mundo ſumus, cum genere humano, carnis ęqualitate coniungimur, ſpiritu autem ſeparamur. Conqueritur tandem homo impius de Diabolo, *De mortal.*

meditatione ingrediatur, ne reipſa aliquando ingrediatur, & exitum nunquam inueniat. De carne iniuriâ queritur etiã aliquis, ſus ſcilicet in volutabro luti, & ſcarabæus in ſtercore. Cogiter quæſo carnem, eiuſque voluptates, animi & corporis partes omnes expugnare, virtutes eneruare, ipſamq; arcem in ſublimi conſtitutam rationem, euertere. Carnem inſuper vitiorum omnium lenam eſſe; alteram Euam, Adamum (animam) perdentem, Agar ancillam, in filio Iſmaele, cum Saræ Dominæ filio Iſaac periculosè ludentẽ, Putipharis vxorem Ioſephum ad intemperantiam excitantẽ, Iahel, Siſaram ducem, per caput, clauo adacto, interficientem, Dalilam in ſinu quidem Samb-

Sambſonem fouentem, hoſtibus tamen Philiſtæis prodentem, puellam ſaltatricem; caput Ioannis Baptiſtæ petentē, ancillam oſtiariam Petrum ad negationem inducentem, & remedium contra carnem inuenies, apprehendeſque arma & ſcutum contra eam. Conqueritur de mortalitate cum gentilibus communi; Sed perperam: Non ad hoc credidit Christianus, ait Cyprianus, vt immunis à contactu malorum, mundo feliciter fruatur, ſed vt omnia hîc aduerſa perpeſſus, ad futuram lætitiam & beatitudinem reſeruetur. Quamdiu in hoc mundo ſumus, cum genere humano, carnis ęqualitate coniungimur, ſpiritu autem ſeparamur. Conqueritur tandem homo impius de Diabolo, *De mortal.*

bolo, ſed iuſtiùs de ſe querelam inſtituere poſſet. Cur ſuper eum, Dei præſidio munitus, ceu aſpidem & baſiliſcum non ambulat? cur leonem & Draconem nō conculcat? Omnia poteſt in eo, qui ipſum confortat Chriſtus. Poteſt perrumpere murum Dæmone profligato, modò velit. Conqueratur ergo queruloſus de ſeipſo, ſeque non, niſi à ſe lædi cum Chryſoſtomo fateatur, & ſalutem, deuictis hoſtibus omnibus, inueniet apud Dominum.

Phil. 4. 13.

CAPVT LI.

Mala Rixarum.

Rixa, vt ad præſens inſtitutum noſtrum facit, verborum eſt pugna pertinax, ex cupiditate orta, vt propria

opi-

opinio ſententiis aliorum præualeat. Deſcriptionem hanc indicat D. Auguſtinus, cùm ſic habet : Verbis contendere, eſt non curare, quomodò error veritate vincatur, ſed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius. Et Ambroſius : Neceſſe eſt vt continuò extorqueat aliquid ; imò multa, quæ dicantur contra conſcientiam, vt intus in animo perdat, foris victor abſcedat. Idque facit, vel vt voluptatem capiat, vel inuidentiſſimæ ſuæ naturæ ſatisfaciat moremque gerat. Nemini parcit, nullum veretur, omnibus aduerſatur, in quoſuis dentes imprimit, aculeoſque infigit. Sunt aliqui pugnaces, & ad iurgia procliues

Lib. 4. de Doct. Chr. c. 28.

In 2. ad Tim.

litem

litem ex lite ſerentes. Qui huiuſmodi ſunt, ſi ſui ſimiles inueniant; ſi ſub auroram rixari incipiant, ante diem clauſo cōponet veſper olympo, quàm à pugna verborum, & interdum à pugnis, & mutuis ſibi temperent iniuriis. Rectè Chryſoſtomus: Semper geſtit humanus animus rixari, atque litigare. Hinc illud Eſaiæ; Ecce ad lites & contentiones ieiunatis &c. Turpis autem & damnabilis hæc pugna eſt, omniq́; modo à cætibus hominum exterminanda, & ad inferos amandanda. Ei enim ſæpiſſimè ineſt peccatum, ſiue impugnetur veritas, ſiue falſitas inordinato modo, vt S. Thomas docet. Vnde intelligimus cur ab Apoſtolo, inter opera carnis numeretur, quæ opera ſunt deteſtan-

Hom. 5. in Ep. 2. ad. Timoth.
Eſ. 58.
2 2. q. 38. ar. 1.
Gal. 5. 20.

teſtanda. Inordinatus hic modus variis intemperiis continetur, vt cùm contenditur in loco non ſuo, in tempore non ſuo; cùm iraſcitur etiam quis ei, qui paratus eſt errorem ſuũ deponere; cùm perturbatâ quis ratione furit, excandeſcit, vociferatur in controuerſiâ, quæ collatione & ſedatâ voce atque animo fieri poteſt; cùm ora ad indignam verborum aſperitatem laxat, faces oculorum accendit, manus complodit, inconditis inordinatiſqué clamoribus aëra complet, humum pedibus pulſat, brachia iactat, mare cœlo miſcet, ineptoſque alios mores & deformitates ab decoro abhorrentes vſurpat. Hos Theophraſtus inter characteres ruſticitatis numerat. Quod quàm verè faciat

Cap. 4. charactr.

faciat ille, nos in rusticis noſtratibus ſenſu ipſo cognoſcimus. Smaragdus eorum impotentiam ad leuitatem. Clemens Alexandrinus ad inſaniam. S. Bernardus ad ſuperbiam refert. Vtriuſque porrò impugnationis auctor eſt Diabolus, qui oues diſpergit, vt eas contrà Dominus noſter colligit. Malitia deinde, iuxta illud: Semper iurgia quærit malus. Peruerſitas; Homo peruerſus ſuſcitat rixas. Superbia: Inter ſuperbos ſemper iurgia. Ira, Olla feruens reiicit fœces. Stultitia, Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocans. Rerum caducarum amor, id quod vel hoc exemplum demonſtrat. Ex familiâ Liminæâ Patauinâ antiquiſſimâ, fuerunt duo

In c. 7. reg. S. Bened. 2. pad. c. 7. lib. de inter. domo c. 41.

Ioan 10. 12.

Prou. 10. 12.

Prou. 13. 10.

Prou 18. 6.

Ex Bern. Scardeon. 13.

Digitized by Google

duo fratres, qui per æſtatem ruri poſt cœnam noctu, cùm ambo ſub dio in atrio domus de diuerſis rebus diuerſa inter ſe loquentes ſtarent, ſtellaſque innumeras ſuſpicerent & contemplarentur, quę tum fortè ſereno cœlo fulgebant, per iocum alter dixit ridendo; precari ſe tot ſibi boues, quot ſtellas micare conſpiceret. Tum alter mox per iocum reſpondit: Vtinam mihi pratum eſſet inſtar cœli latum; & ad fratrem conuerſus, vbi tum, inquit, tuos paſceres boues? Ille, in prato tuo. Rurſus alter, quid ſi nollem ego? Subiecit ille, te etiam inuito. Sic altercando riſus in iram, ira mox in rixam, & in ſerium furorem conuerſa, dum neuter alteri cedere ſuſtinet,

 exertis

exertis vndique gladiis, ſeu pugionibus, quibus fortè ambo accincti erant, ſe inuicem tranſfixerunt. Et hinc vnus, & illinc alter decidentes, exanimes in ſanguine ſuo volutati ſunt, donec à domeſticis, qui eos altercantes audierant delati intra domum, fatali horâ properante extincti ſunt. Rixa, vt verbo dicam, mutuas progignit æmulationes, inuidias, liuores, oblocutiones, depreſſiones, contemptus, detractiones. Charitatem diſſoluit, amicitiam diſcindit, amicitiam diſſipat, diſcipuli Chriſti nomine eximit, *Satanæ* filios reddit &c.

Capvt LII.

Remedia rixarum.

ANimus inprimis adferendus eſt ad ſeriam vigilantemq; Scripturarum ſacrarum conſiderationem, harum, videlicet: Abſtine te à lite, & minues peccata. Sex ſunt quæ odit Deus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, nempe qui ſeminat inter fratres diſcordias, rixæq; adeò ſtudet. Honor eſt hominis, qui ſeparat ſe à contentionibus. Non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio &c. contentiones & rixæ, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Cùm enim inter vos ſit Zelus & contentio, nonne

Eccl. 28. *Prou. 16. 16.* *Prou. 20.* *1. Cor. 14. 33.* *1. Cor. 3.* *Gal. 5. 19.* *Phil. 2.* *2. Tim. 2. 14.*

ne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? Nihil
Gal. 5. 19. per contentionem neque per
Phil. 2. inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores inuicem ſibi arbitrantes. Noli con-
2. Tim. 2. 14. tendere verbis; ad nihil enim eſt vtile, niſi ad ſubuerſionem audientium. Item: Seruum Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes. Qui ſunt ex contentione, & qui non aquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indi-
Iac. 3. 21. gnatio, ſcilicet erit. Quod ſi Zelum amarum habetis, & contentiones ſunt inter vos, ait Iacobus, non eſt iſta ſapientia de ſurſum, ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi Zelus & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus prauum. Et Paulus: Si

Si quis videtur contentioſus eſſe, hoc eſt, traditæ veritati non aquieſcere, ſed quærere argumenta contraria, nos talem conſuetudinem non habemus, videlicet vt contendamus, ait Chryſoſtomus, neque Eccleſia Dei. Et: Si quæ conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua Societas Spiritus, ſi qua viſcera miſerationis, implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes idipſum ſapientes. In Chriſti etiam Saluatoris noſtri lege nihil eſt aliud, vel grauiùs præceptum, vel crebriùs commendatum, quàm mutua coniunctio cum fraternâ charitate, & tàm arctà quidem, quàm eſt Patris & Filii vnio. Hinc &

illud: Ei, qui tecum vult iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Iam eam coniunctionem rixa animorumque diſiunctio obſcurat & labefactat, redintegranda igitur eſt & reuocanda, idē vt ſapiamus & velimus, quemadmodum inquit, ſi quidem diſcipuli Chriſti eſſe velimus, vti omnino eſſe volumus; certè debemus. Conſiderandę deinde ſunt Sanctorum Patrū ſententię. Sacrificium Deo maius eſt, ait Cyprianus, pax veſtra, & fraterna concordia &c. cœterum diſcordans & diſſidens, & pacem cum fratribus non habens, ſecundùm quod B. Paulus, & Scriptura ſancta teſtatur, nec ſi pro nomine Chriſti occiſus fuerit, crimen diſſenſionis poterit euadere; quia

Phil. 2.

Senn. 6.

quia ſicut ſcriptum eſt : Qui fratrem ſuum odit, homicida eſt &c. Quale delictum eſt, q̄ nec martyrio ſanguinis poteſt ablui: quale crimen eſt, quod martyrio non poteſt expiari? S. Baſilius: Nihil æquè germanos Dei cultores inter ſe conciliat, atq; conſentientes de Deo ſententiæ; ſicut contrà nulla re amicitiæ faciliùs diſſuuntur, quàm diuersâ animorum ſententiâ. S. Ambroſius: Vna datur omnibus forma ſententiæ, vt non de prælatione iactantia ſit, ſed de humilitate contentio: eò quòd ſe Dominus proponit imitandum &c. Sic contendit cum Baptiſta: Ioannes prohibebat eum dicens: ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? At Chriſtus: Sine, inquit, modo &c. Sic etiam con-

1. Ioan. 3, 13.

Orat. 1. de Pace.

Lib. 1. Offic. c. 22.

Mat. 3.

Digitized by Google

tendit cum Petro: Non lauabis mihi pedes in æternum, aiebat Petrus, at contendit Dominus de humilitate reſpondens: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Cum ipſis latronibus de inferiore loco contendiſſe videtur; medium enim inter illos habuit, quaſi latronum coryphæus. S. Hieronymus: *Septimum locum inter carnis opera, apud Apoſtolum Paulum, contentio poſſidet, quodam quaſi ſacrato & eminenti inter vitia numero collocata; ſeruum enim Dei non oportet rixari, ſed eſſe manſuetum ad omnes, doctorem longanimem, cum manſuetudine audientem etiam eos, qui è contrà diſputant.* S. Bernardus: Proditores fiunt quicun,

Lib. 3. in ep. ad Gal.

In dedic Eccl. Ser. 3.

cunque in hoc Domini caſtrũ inimicos eius introducere moliuntur, quales ſunt vtique detractores Deo odibiles, qui diſcordias ſeminant, nutriunt ſcandala inter fratres. Sicut enim in pace factus eſt locus Domini; ſic in diſcordia locum fieri Diabolo manifeſtum eſt. Iuſtinianus Patriarcha: Qui à contentionibus linguam cohibet, humilitatis amator eſt; contentioſus verò & pertinax, elatione ſe plenum eſſe confitetur, vt victor appareat contentioſus, fratrem in publico confundere non veretur, & de fratris opprobrio, magnum ſe putat reportare triumphum. Conſideretur tertiò Domini noſtri, & Apoſtolorum exemplũ. De Chriſto illud eſt apud

Lib. de diſ. Mon. c. 13.

Eſ. 42. 2. Eſaiam: Non contendet, neq; clamabit, neque audiet aliquis *1. Cor. 11. 16.* in plateis vocem eius. De Apoſtolis hoc eſt Pauli: Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem nõ habemus, neq; Eccleſia Dei. Abhorruerunt ab illâ & Sancti *In Vita.* quoq; Dei. S. Ephrem de ſe ipſo in teſtamento dixit, vt refert Gregorius Nyſſenus: Cum nullo planè Christiano homine *Vit. Patr. par. 2. §. 92.* contentioſum me prębui. Vulgatum eſt quoq; illud factum duorum Monachorum in Vitis Patrum, qui poſito latere in medium, vt animi gratiâ de eo contenderent, non potuerunt, quòd alter altercatione ſimulatâ vix inchoatâ diceret: Si tuũ eſt, tolle illum. Conſideretur quartò effectus & fructus rixæ *Lib. 3. Sent. c. 14.* & cõtentionis. S. Iſidorus coacer-

ſeruat illos his verbis: Hæc relicto ſenſu veritatis lites generat, & pugnando etiã in Deum blaſphemat. Inde & hæreſes & ſchiſmata, quibus ſubuertitur fides, veritas corrumpitur, ſcinditur charitas. Smaragdus opponit contentionem charitati fraternæ: Tum inter alia: Omnium malorum fomes eſt contentio, periculum animarum, & ſubuerſio eſt auditorum. Pòſt paulò: Per contentiones inutiles ſuſcitantur iræ, generantur inter fratres diſcordiæ, nutriuntur animoſitates, procedunt lites, efficiuntur diſſenſiones, emergunt æmulationes, ſuſcitantur ſcandala, &, vt breuiter dicam, naſcuntur inter fratres omnia mala. Nihil eſt tam firmum, ſolidum & ſtabile; quod diſſenſio ani-

In c.4. reg. inſtr. 66.

morum non diuellat, collidat, euertat. Vbi rixa eſt, exulat pietas: reciproca verborum contentio in Euripum abri-
Eccl. 28. 13. pit. Certamen item feſtinatum incendit ignem, lis feſtinans effundit ſanguinem. Efficit vel oſtendit carnales, iu-
1. Cor. 3. 3. xta illud: Cùm ſit inter vos Zelus & contentio, nonne carnales eſtis? & ſecundùm hominem ambulatis? Audiamus & Philoſophos, lumine ſolius rationis illuſtratos. Plato docet rixam vitium eſſe homunculorum. Seneca, mulierum otioſarum, Ariſtoteles, moroſorum. Ne lites etiam concitentur, proderit ſilentium tenere, earumquè materiam & occaſionem, verba ſcilicet irriſoria, ſtulta, iactabunda &c. fugere. Stultus,

tas, ait Apoſtolus, & ſine diſciplinâ quæſtiones deuita, ſciens quia generant lites. Qui ſe iactat & dilatat, iurgia, iuxta Sapientem, concitat. Et: Eiice irriſorem, & exibit cum eo iurgium. Contra lites verò excitatas, expedit locum dare iræ, bona verba duris reponere, beneuolentiæ ſtudia præferre, digniores partes aliis concedere &c. Mortificatio quoque proprii iudicii multùm faciet ad ſopiendam contentionem, vt & humilitatis & charitatis ſtudium. Opinio item, honeſtiùs vinci interdum, quàm vincere, & ſibi ipſi imperando cedere, vbi veritas magnopere non periclitatur. Bis, iuxta Publicum, vincit, qui ſe vincit in victoriá.

2. ad Tim. 2.

Prou. 28. 22.

Vin-

Vincere cùm poſsis, interdum cede ſodali:
Obſequio quoniam dulces retinentur amici.

Orat. 1. n. 180. Hom. 85. in Mat. Ep. 3. 104.

S. Nazianzenus: Præſtat honeſtè vinci, quam periculosè ac nefariè vincere. D. Chryſoſtomus: Sæpe vinci quàm vincere præſtantiùs eſt. Iſidorus: Non in omnibus rebus laudabilis eſt victoria. Recedendum prætereà eſt à loco, & ſocio contentioſo, ponendaq; ori cuſtodia, cùm in contrarium conſiſtit peccator. Iuuerit tandem plurimùm, potentem in ſe diuinū amorem excitare, quo tanquā ingenti ſuppoſito igne, ardentes in proximos amoris flammæ exurgant, omneſque diſſenſionum nubes, valido diuinorum vento pellantur.

CAP.

Caput LIII.

Mala reuelationis Secretorum.

TEnaciſſima tam noſtrorum, quàm alienorum ſecretorum debet eſſe obſeruatio; Sed, quæ loquacitas noſtra eſt, &, vt Seneca ſcribit, ſermonis dulcedo irrepens & blandiens, non aliter quàm ebrietas, tam hæc, quàm illa producimus. Plenus homo rimarum eſt, dolium perforatum, vt loquitur Epictetus, ex quo omnia effluunt. Seram nullam habet, nullam linguæ ianuam obdit, vel non niſi difficillimè. Eam difficultatem Philippides comicus, Lyſimacho cumprimis carus & familiaris, explicat; ei enim cùm Lyſimachus offerret liberalitatem

Ep. 105. ad Lucil.

Lucret. l. 2 c. 1.

tem ſuam, ac frequenter diceret: Quid tibi vis impertiam rerum mearũ? Quodcunq; voles, ait, modò ne arcani quippiam; verebatur ſcilicet, ne aliquando ille efferret diuulgaretq;. Socrates, cùm carbonem dixit ignitum in linguâ faciliùs contineri poſſe, quàm ſermonem arcanum. A facie verbi, inquit Sapiens, parturit fatuus, tanquam genitus partus infantis; quaſi dicat, ſimilem parturientis anguſtiæ eſſe dolorem fatui, dum pariat, occultaque patefaciat, vt illa filium. A fractis fictilibus non differt ſecreti proditor, quippe qui nihil continere valeat, ſed omnia innato linguæ vitio effundat. Propriorum porrò ſecretorum detectio multa habet incommoda. Metelli dictum

Eccl. 19. 11.

Plin. l. de Vir. illus. c. 6.

dictum ob oculos nobis perpetuò verſari deberet; hic enim interrogatus in Hiſpaniâ quid poſtera die facturus eſſet? Tunicam meam, ſi id eloqui poſſet, inquit, comburerem. Antigonus filio Philippo, multis præſentibus percontanti, quando caſtra mouebimus? Quid? num metuis, ne ſolus tubam non audias? Tritum illud: Secretum meum mihi. Cõmiſſorum deinde ſecretorum promulgatio mala quoq; eſt; peccato enim primùm hominẽ alligat. Eximia eſt virtus, ait Ouidius præſtare ſilentia rebus: at contrà, grauis eſt culpa, tacenda loqui: Stultum deinde eum reddit. Stulta eſt fides, ait Seneca, celare, quod prodas ſtatim; infidelem item. Venit ad Paſtorem quidam Religio-

Plutar. in Apoph.

In Troade.

gioſus de cœnobio exire volens, eò quòd cum fratre quodam, qui malè apud quoſdam audiebat, remanere nollet; Cui ille: Ne facilè malum credideris, quod audiuiſti, cùmque alius ſe ex relatu viri fidelis id ſe accepiſſe diceret; adiecit: Si fidelis eſſet, nunquam id tibi dixiſſet. Confirmat id Sapiens:
Prou.11 3. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana; qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. Si qui tamen illicita aliqua tractarent, in damnum alicuius contrà iuſtitiam, illa poſſunt, & verò etiam debent reuelari, caueant vt ſibi poſſint; debito tamen & conuenienti modo, ſine ſcandalo videlicet. Id fecit
2. Reg. 17. 7. Chuſi ſimulans ſe amicum Abſalonis, conſilium Achitophelis aperuit & diſſipauit. Eliſæus etiam

etiam reuelauit regi Iſrael conſilia ſecreta regis Syriæ, de his, in quibus iniuſtè quærebat illi nocere. Coniicit etiam ſe arcana reuelans in periculum ſuiq; perditionem. Belonas piſces & viperas partu rumpi aiunt; ſic arcana eos, qui non continet, foràs elapſa produnt & perdunt. Qui commiſſum etiam ſibi ſermonem inſtar depoſiti euulgat, aut iniuſtus eſt, aut admodum incontinens: Iniuſtus quidem, ſi lucri cauſsâ id facit; Sin abſq; lucro, incontinens, ex æquo autem vtrumq; malum eſt. Cauſſam tuam tractes cum amico tuo, inquit Sapiens, & ſecretum extraneo ne reueles, ne fortè inſultet tibi cùm audierit, & exprobare nõ ceſſet. Qui denudat etiam arcana, amici perdit fidem, ait Eccle-

4. Reg. 6. 12.

Prou. 25. 9.

Eccl. 27. Eccleſiaſticus; perdit & ſoli-
17. dæ amicitiæ bonum, ad quod
pertinet quorumlibet ſecreto-
rum, ſine omni timore &
ſuſpicione communicatio.
Mala deinde eſt hæc ſecreto-
rum violatio & imperiis quàm
maximè noxia; inter læſæ etiam
maieſtatis crimina numeratur.
Gubernatio diu feliciter non
conſiſtit, nec fortunato termi-
natur exitu, ſi ſilenda vulgen-
tur. Vna ſæpe agendarum rerũ
proſperitas à ſilendorum tena-
Striban in citate dependet. Vulgaſti, ait
Med. Spir. l. quidam, periit benè gerendæ
3. c. 32. rei occaſio, & elapſa non rarò
manibus præda eſt, verbo vno
aut altero intẽpeſtiuè prolato;
imperiaq; nõ poſtrema iacent,
ad cineres in ludibriũ magno-
rum ſecretorum violatione de-
ducta. Neq; vllo modo ad gu-
ber-

Digitized by Google

bernacula admonendus, qui fœmineo hoc vitio laborat. Viri eſt frenos linguæ iniicere, laxare mulieris; Ante vitam ponere, quàm cõcredita retegere, viri eſt imperio nati, effutire cõmiſſa, muliebris ingenii eſt, & ad colũ & acũ nati. Nã quid ab eo ſperes, cui nihil tutò credi poteſt? qui conſilia in fronte & manibus ferat? parere fors poterit, imperare non poterit. Verũ nimis illud Sapientis eſt: Sicut vrbs patens, & abſq; murorũ ambitu; ita vir, qui nõ poteſt in loquendo cohibere ſpiritũ ſuum. Nemo cuiquã tutò quidquã credet, nemo vulnera, pericula, morbos, malaque ſua aperiet. Grauis & inde turbarum cauſſa, ſexcenta pericula, mala, rerũ conuerſiones. Secreta ergo mirâ fide ſunt celanda; *Prou. 25. 28.*

non

non aliter, atq; ferrum & quercus tenere ſolent. Leæna quædam huius nominis, ne proderet Athenis coniuratos, in tormentis linguam comeſtam, in faciem tyranni expuit. Rectène ne an ſecus illud factum ab eâ fuerit, in præſens non diſputo. Secretum tantùm illius admiror.

CAPVT LIV.

Remedia reuelationis ſecretorum.

Conſidera inprimis, & ſeriò quidem ac diligenter, quid litteræ diuinæ de iniquâ ſecretorum diuulgatione contineant. Id autem continent, fugiendos eos eſſe, qui effutiunt omnia, quæ auribus collegerunt. Verba earum hæc ſunt. Ei, qui reuelat myſteria, & am-

Prou. 20. 19.

& ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua, ne commiſcearis. In quem locum S. Hieronymus ſic ſcribit: Si quis voluerit tuis miſceri amicitiis, & hunc videris prioris amici pandentem ſecreta, hunc veluti perfidum caue. Et alibi: Audiſti verbum aduersùs proximum tuum, commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. Vbi notat Sapiens quorundam impotentiam, & impatientiam in retinendis rebus ſecretis auditis, qui metuunt, ſi non effundant in aliorum aures, ne medii crepent, & diſrũpantur ab arcano. In quem locum S. Chryſoſtomus, inter alia hoc ſcribit: Quid eſt: moriatur in te? extingue ipſum, defodito, nec exire, neque penitus moueri permittas. Et

Lib. 2. in Prou.

Eccl. 19. 10.

Hom 3. ad Pop.

Digitized by Google

non aliter, atq; ferrum & quercus tenere ſolent. Leæna quædam huius nominis, ne proderet Athenis coniuratos, in tormentis linguam comeſtam, in faciem tyranni expuit. Rectène an ſecus illud factum ab eâ fuerit, in præſens non diſputo. Secretum tantùm illius admiror.

CAPVT LIV.

Remedia reuelationis ſecretorum.

CONſidera inprimis, & ſeriò quidem ac diligenter, quid litteræ diuinæ de iniquâ ſecretorum diuulgatione contineant. Id autem continent, fugiendos eos eſſe, qui effutiunt omnia, quæ auribus collegerunt. Verba earum hæc
Prou. 20. 19. ſunt. Ei, qui reuelat myſteria, & am-

& ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua, ne commiſcearis. In quem locum S. Hieronymus ſic ſcribit: Si quis voluerit tuis miſceri amicitiis, & hunc videris prioris amici pandentem ſecreta, hunc veluti perfidum caue. Et alibi: Audiſti verbum aduersùs proximum tuum, commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. Vbi notat Sapiens quorundam impotentiam, & impatientiam in retinendis rebus ſecretis auditis, qui metuunt, ſi non effundant in aliorum aures, ne medii crepent, & diſrũpantur ab arcano. In quem locum S. Chryſoſtomus, inter alia hoc ſcribit: Quid eſt: moriatur in te? extingue ipſum, defodito, nec exire, neque penitus moueri permittas. Et paulò

Lib. 2. in Prou.

Eccl. 19. 10.

Hom 3. ad Pop.

paulò pòſt: Interim dictum, obliuioni trade, vt his, qui nō audierint, ſimilis fias. Ad arcana tegenda nos adigit etiam virtus fidelitatis, quæ præſcribit reticenda eſſe ſecreta; Lex itē naturæ docet ſecreta arctè eſſe retinenda, fidoque tegenda ſilentio, quæ fidei alicuius ſunt commiſſa. Eadem docet quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Charitas etiā proximi, euulgatione arcanorum, perit, vt & amicitia, ſublatâ fide ſecretorū; Qui enim fidelis eſt animi, ait Sapiens, celat amici commiſſum. Lex item ciuilis ſtatuit, & verò capitis pœnam quoq; ſumit de eo, qui hoſtib⁹ ſecreta nuntiat. Medici ſuſceptorū ſuorū morbos, qui famā eorum imminuere poſſent, reticent. Eorum exemplo, malo

Prou. 11. 13.

pro-

proximi medicina potiùs facienda eſt, quàm vulgandũ illius malũ. Cùm quis aliquid arcanum dixerit, rogat audientem & adiurat, ne cuiquam alteri dicat, hinc declarans quòd rem reprehenſione dignam commiſerit; ſi enim illum, vt nemini dicat, rogat, multò magis ſibi, ne illi diceret imperare debebat. In tuto ſermonẽ habebat, poſtquam ipſum prodidit, ſecuritatem amiſit; non volebat efferri, nec alteri dicendum erat. Ad arcana ſeruanda & illud facit, vt quis non vrgeat alium ad aperienda ſecreta; Qui enim ab aliis arcana quærit, & illa conatur eruere, ſiue ad alios, ſiue ad ipſos, quibus cum agit pertinentia, difficillimè poteſt ſua ſecreta continere. Elicit

validè arcana tua, qui ſuum tibi pectus aperuit. Cùm tibi omnia mea dixerim, tu mihi tuorum nihil dices? Erubeſcit is qui hæc audit, & ex verecundiâ cogitur ad ſua patefacienda; quæ ſilentio erant premenda: iniquum aliâs videtur & ingratum inhumanumque. Eſcâ ſuorum arcanorum, quorum ſunt prodigi, linguæ hamo circumiectâ, arcana noſtra piſcãtur, vel aliorum. Eſſeni Iudæorum religioſi nihil eorum, quæ apud ipſos arcana fuerunt, cuiquam patefecerunt, etiamſi vis eis ad mortem vſque adhiberetur. Perſæ, vt narrat Q. Curtius, tam tenaces erant arcanorum regni, vt Alexander M. nihil ex eis expiſcari potuerit; Vetus enim diſciplina regum, ſilentium vitæ periculo ſan-

Ioſeph. l. 2. de bello Iud.
Lib. 4. de geſt. Alex.

ſanxerat. Romani Perſis non fuerunt inferiores; Multis enim ſeculis arcana conſilia Patrum C. nemo ſenatorum enuntiauit. Iidem tanti momenti cuſtodiã ſecreti iudicarunt, vt in vexillis ſuis Minotaurum depingerent, ad ſignificandũ ſecreta non detegenda, vt interpretatur Alciatus, cui titulus eſt: Non vulganda conſilia; *In quodam Embl.* erat enim Minotaurus cuſtos rigidiſſimus Labyrinthi Dædali, nemini aditum præbens ad illum luſtrandum. Athe- *De Garrulit.* nienſes, vt refert Plutarchus æneam leænam linguâ carentem fecerunt, inque foribus arcis dedicauerunt, linguæ abſentià arcani continentiam ſignificantes. Ægyptii ſecretum adeò colebant, vt Diodoro teſte, reuelatoribus linguas

Digitized by Google

præciderent. Cùm Alexander M. Epiſtolam quandam legeret, notauit & alium ponè ſtátem legere, annulo à digito extracto, os eius obſignauit, fidelem vt ſe ſecreti cuſtodē præberet. Et quid Philoſophi? Iſo-
Ad Demon.
crates: Sermonũ depoſita fideliùs, quàm pecuniarũ cuſtodito; oportet enim viros bonos in exiſtimatione eſſe, ꝙ mores & vitam, vel iureiurando fideliores cōſtantioresq́; præſtent.
Eraſ. l. 8. Apopht.
Euripides, cùm malè audiret ab hominibus, ob oris graueolentiã: Multa, inquit, in ore occulta cōputruerunt. Mortificatio linguæ remedii etiam loco eſſe poteſt; vitatioq́; loquacitatis; cautio itē in loquendo adhibita; ebrietatis vitatio; nihil enim eſt tã ſanctum, tamq́; reconditum, quod non euomat
vinum,

vinum, impatiens ſecretorum. In vino veritas; Longa conuerſatio cauenda; eripit enim ſecretum, præſertim cum curioſis expiſcatoribus; Nolle etiam audire ſecreta pandentes; occaſio enim eâ ratione idem faciendi exhibetur. Iactatur inter Iureconſultos: Mores à coniuncto formantur; Procliuis eſt vitiorum imitatio. Metellus ſenex, militiæ aliquid interrogatus. Si ſcirem, inquit, tunicam meam arcani mei cōſciam, exutā profectò in ignē abiicerem, ne nimirum proditor tunica eſſet domini, & vnde auxilium tegendo, inde perniciem retegendo hauriret. Seneca: Quod tacitū eſſe vis, nemini dixeris, quia nō poteris ab alio ſilentium exigere, ſi tibi ipſi non præſtes. Si enim rem *In Prouer.*

Digitized by Google

arcanam ex te dimittens, in alio continere vis, iam tuâ proditâ, in alîus confugiſti fidem, qui ſi tui ſimilis eſt, iure peris: Si melior, præter rationem ſeruaris, inuento qui tibi ſit, quàm tu ipſe fidelior. Inquies: At meus eſt amicus iſte? Sanè, ſed & hîc ſi amicum habuerit, cui tantundem credat; iſque rurſum alii: Ita deinceps incrementum fiet, multiplicabiturqué continuata incontinentis oratio. Secretum ergo alicui aperiendum non eſt, maximè verò mulieribus; garrulæ enim ſunt, plenæq; rimarum, hac q; & illac perfluentes. Similis eſt admonitio apud Plautum:

In Trinum.

Vxorem quoq; ipſam hanc rem, vt celes face.
Nam poſt tacere nunquam quicquã eſt quod queat.

Sam-

Sambſon imprudenter crinem fatalem, in quo robur diuinitùs datum continebat, detexit; idcirco actutum ſuæ temeritatis pœnas dedit. Lex etiam ſic habet. Ea ſolùm, quæ detecta, nullum ſunt diſpendium allatura, vxoribus cõmunicanto. Earumque conſilium, ſi conducere videbitur, ſequuntor, cætera nunquam deteguntо. Rectè Propheta: Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi. Omnes amici eſſe debent, non omnes ſecretarii. Ammonii ſacramenta, ad quæ celanda ſe iuramento aſtrinxerat, Plotinus, eô quòd propalaſſet, pediculari morbo oppreſſus, miſerè periit. Hyperides inter tormenta quæſtionis, linguam ſuã dentibus ſuis conſcidit, neq́ patriæ arcanũ poſſet eloqui.

Iud. 16.29.

Eſ 24. 16.

Plutar. in vit. 10. orat.

CAPVT LV.

De Seueritate nimia in loquendo.

IMmoderata in loquendo Seueritas, cùm quis vel imperioſè nimis monet, præcipit & prohibet; vel aſperiùs corrigit, reprehendit, caſtigat, ad muſcam occidendam enſem quærit, malleum ad ouum frangendum, ad nucem enucleandam tormentum bellicum; vel filum aliàs nimiùm trahit, durumq; & acerbum reſponſum reddit, mala eſt, damnaq; & plurima & maxima affert. Ei inprimis, qui aliquo horum modorum ſeueriter nimiùm loquitur, ſicq; humanitatem omnem, & verò hominem ipſum, quin & naturæ ſenſum exuit,

exuit, peccato ſe aſtringit, odioſum, deteſtabilem & vilē ſe reddit; fructum nullum facit, ſibiq; quàm plurimùm nocet. Exēpla in promptu ſunt. Quia Roboam filius Salomonis, rex Iuda, durum populo reſponſum dedit, pœnas ſeueritatis ſuæ dedit; ab eo enim Iſrael ad Hieroboam defecit. Nabal, quia durè locutus eſt, iram in ſe Dauidis concitauit, ſeq; graui periculo ſubdidit. Quia Carolus Siciliæ rex Meſſanenſium legatis iracundũ & ſtomacho plenum reſponſum dedit, vniuerſum ſuum regnum, temeritate ſuà amiſit. Idem accidit Ludouico Maleano Flandriæ Comiti; cùm enim Gandauenſes, quos ille arctè obſidebat, miſſis Oratoribus ſupplices rogarent, vitam vt ciuibus

3. Reg. 12. 13.

1. Reg. 25. 25. 26.

Hier. Surit. l. 4. Annal. c. 23.

Fulgos. l. 5. Meyer l. 13. Annal.

donaret, cætera voluntati ſuæ reſeruaret, ſuperbè ille reſpondit, nullam ſe conditionem aliam admittere, quàm vt in omnibus Principis ſui poteſtati ſe ſubmitterent; Et miſtæ viris mulieres, pedibus nudis, abiectis exterioribus veſtibus, fune collo inſerto, extra vrbẽ, ad eius pedes veniam poſtulaturi ſe abiicerent: id cùm egiſſent, deliberaturum ſe quid facto opus eſſet. Quo reſponſo tam ſeuero & acerbo commota ciuitas, decreuit in acie potiùs fortiter mori, quàm per ſummam contumeliam, tam ſuperbo ac crudeli Principi ſe dedere. Eruptione igitur factâ, Chriſtianâ tamen priùs confeſſione luſtrati, præclaram contra eum victoriam obtinuerunt. Exempla plura non conqui-

quiro; hoc enim, quo de agimus, in antiquarum rerum annales diligenter inquirenti planè cõſtabit. Aliis deinde damna malaque infert Echino ſimilis, qui ſpinas ſemper circumfert. Acerbior ſiquidem correctio ſubditos euertit, vt Iuo his verbis teſtatur: Immoderatus rigor diſciplinæ, quos corripit, non corrigit, ſed in laqueum Diaboli prçcipitanter impellit. Et his aliis D. Chryſoſtomus: Quemadmodum qui perpetuò mitigat in medicando, remiſſum hominem facit; ita aſperis ſemper vti ſermonibus magis exacerbat hominem. Verbis his aſperis, ſi frequententur, obdureſcit, vt quidam ait, ſubditorum animus, callumque ſeuerioribus monitis obducit, in conſuetudinem

Ep. 82.

In c.4 ad Gal.

Scriban. in Med. Spir.

deinde, ac tanquam in naturam acrimonia vertitur, totuſq; homo denſo quaſi ſopore aut nebulâ inuoluitur, vt nec profutura quidem videat. Speratus deinde fructus omnis perit, dũ ſubditi ſibi pſuadent, ex indignatione quadam animi, perturbatione, alienatione, aut adnato quopiam, aut accerſito quodam odio monita naſci potiùs, quàm ex commiſerantis, aut Patris, aut benigni medici affectu, aut emendationis, aut perfectionis ſtudio. Exurgit deinde melioris ſpei, aut rei, aut amoris loco, exacerbatio, & à Superioribus vehementior alienatio, querimoniis, oblocutionibus, ac non raró etiam detractionibus permiſta. Vileſcit denique Superior apud ſuos, plurimùmqué illi de nominis

nis æſtimatione decedit: non apud ſuos tantùm, ſed & apud alios; nequé enim imperioſior ſæuiorqué illa ratio domeſticis limitibus continetur, decurrit per regna; quæ res nõ leuiter propagationi diuinæ gloriæ, religionis, ac proximorum ſalutis impedimento eſt. Semel enim concepta de Superiore opinio vbi inualuit, exſcindi vix poteſt; vt iam non niſi cum muneris abdicatione deponi poſſit. Et quid à tali Superiore ſperari poteſt, omnium ab illo ſuorum animis alienatis? Sanè coacta imperia diu ſtare non poſſunt, minùs etiam incrementa ſumere. Illa ætatem ſentiunt, diuitequé creſcunt augmento, quę amore ac beneuolentiâ continentur. Et in coactis, ſeruorũ ac mancipiorũ more,

more, imperantis oculo deſeruient, mens imperia auerſabitur: ac ſi clam res eſſe poſſunt, negligentur; ſin ſeueriora imperia cogant, cum faſtidio peragentur, & tanquam de ſuperficie imperata radentur, nec vltra extremam præceptorum cutem ibitur &c. Qui nimiùm emungit, elicit ſanguinem, ait Sapiens. Summum ius, ſumma iniuria. Atramento, non ſanguine ſcribendę ſunt leges. Ad ſummam, ſeueritas loquendi immodica pacem vbique turbat, tumultus excitat, ſtatum labefactat. Seuerum omnes omnino mortales oderunt & execrantur, & nomen illius omni memoriâ euulſum cupiunt; Plus firmitatis habet amor quàm timor, lenitas quàm auſteritas, clementia quàm ſeueritas.

Prou. 30. 33.

ritas. Errat, inquit Seneca, ſi quis exiſtimat tutum, ibi eſſe regem, vbi nihil à rege tutum eſt. Securitas ſecuritate paciſcenda eſt. Ad ſummam: Ira ipſaq́; ſeueritas, & vlciſcendi libido nunquam tanta eſſe debet, vt naturæ obliuiſcamur, humanæq; ſocietatis; nihil enim tantopere ad immanitatẽ impellit raptatq;, quàm reponendæ vindictæ auiditas. Exẽplum præbet Schytarum regina Tomyris, quæ aurum liquefactum in os, gutturque capti hoſtiũ ducis infundens, etiam maledictis inſultauit; Aurum ſitiiſti, auro ſitim leua. In ſimilem interdum immanitatem incidunt, qui vindicandis criminibus præſunt. *Lib. 1. de Clem. c. 19.*

CAP.

CAPVT LVI.

Remedia Seuerioris locutionis.

MEditetur inprimis nimiũ ſeuerus in loquendo, & quidem magno ſtudio illud Prophetæ: Vos autem cùm auſteritate imperabatis eis, & cum potentiâ, & diſperſæ ſunt oues meæ, dicit Dominus. Et hoc Sapientis: Noli eſſe ſicut leo in domo tua, ſubuertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi; Herile enim imperiũ per ſe videtur eſſe ſatis acerbũ, ad id ſi accedat ſeueritas, ſæuitia atq; inſania, fiet imperiũ prorſus tyrannicũ, feritateq; belluinũ, & conſequenter intolerabile. Et hoc eiuſdẽ: Noli eſſe iuſtus multũ, hoc eſt, noli nimiam iuſtitiam à proximo ex-

Ezech. 34. 4.

Eccl. 4. 34.

Eccl. 7. 17.

exigere ; nullus enim eſt ſine peccato , nec ſi vnius quidem diei ſit vita eius. Vitiis nemo ſine naſcitur , optimus ille eſt, qui minimis vrgetur. Orbe ſub hoc nihil eſt ex omni parte beatum. Quiſq; ſuos patimur manes. Grano cuiq; ſua eſt palea. Puluis omnes ſumus, multisq; miſeriis ſubiecti. Propria peccata excuſare debent aliena, ait M. Gregorius; D. Paulus lenitatis ſpiritũ commendans, ſic ait: Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto , vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, cõſiderans teipsũ, ne & tu tẽteris. Patribꝰ etiã pcipit, ne ad iracũdiã puocent filios, vt nõ puſillo animo fiant, id eſt, vt ait Hieronymꝰ, nec paruulos & lactentes irritetis, nec adoleſcentibus & matu-

Lib. 5. Moral. c. 30.
Gal. 6. 1.
Coloſ. 3. 21.
In illud c.

matutioris ætatis grauia imperetis, moderatum ſit imperiũ veſtrum; non quaſi ſeruis, ſed vt filiis vos præeſſe noueritis, ſi quando delinquunt, ſic obiurgandi ſunt, vt correctos malitis, quàm punitos, & magis à futuris peccatis eos abducatis, quàm pro præteritis puniatis.
Prou. 15. 1. Reſponſio mollis frangit iram, vt ſermo durus furorem ſuſcitat. *Eccl. 6. 5.* Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Sub Sponſi linguà mel eſt & *Cant 4. 11.* lac. Chriſtus Petrum, poſt ne- *Luc. 22. 61.* gationem non deſpexit, ſed reſpexit. Malè terrore veneratio aquiritur, longèque valentior amor ad obtinendum, quæ voles, quàm terror. Multis terribilis, caueto multos, ait Seneca. Non eſt diuturna poſſeſſio, in quam gladio inducimur, aiebat

bat M. Alexander. Lingua noſtra carnea eſt, non oſſea, ſermo igitur illius durus eſſe non debet, mollis autem. Nihil eſt quod homines quibuſdam quaſi vinculis amoris deuinctos conſtrictoſque magis teneat, quàm clementia animiq; lenitas. Mortales item omnes lenitate potiùs quàm ſeueritate ducuntur. Scitè Comicus: Q. Curt. l. 8.

——Peragit tranquilla poteſtas
Quod violenta nequit, mandataq;
Imperioſa quies.

Fuit verum hoc ſemper: Violenta nemo imperia continuit diu: moderata durant. Thales interrogatus: quid difficile eſſet? reſpondit: videre Tyrannum ſenem. Ex his tamen, & ſimilibus aliis nemo rectè concludet, ſeueritatem nunquam eſſe adhibendam; adhibenda illa

illa omnino eſt interdum, cùm neceſſitas ſcilicet eam exigit. Tritum eſt: Non mouere bella mortuos. Heli Sacerdos ac parens filios impios languidè monens, grauiter punitus fuit, vt & filii quoque illius. S. Leo: Meruit eorum delicta tolerando, diuinæ iuſtitiæ vnâ cum filiis ſententiam experiri, propterea quòd ſegni indulgentiâ diſſimulauit plectere impios. Exercendi ſunt aculei Zeli, cùm opus eſſe videtur. Pecudes indulgentiâ morbidę fiunt. Impunitas parit auſum, auſus exceſſum, ait Bernardus. Impunitas, vt M. Tullius inquit, peccandi maxima eſt illecebra. Scitè Publius Mimus apud Macrobium: Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam. Licentia omnes deteriores ſimus.

1. Reg. 1. 2. 22.

Ep. 76.

4. de Conſ.

3. Offic.

Lib. 2. Saturn. c. 7.

Digitized by Google

ſimus. Aquæ ſtantes inſecta progignunt. Rectiſſima loquendi ratio vtrumque complectitur, ſeueritatem ſcilicet & manſuetudinem. Vnde Apoſtolus: Inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientiâ & doctrinâ. Quæ verba ponderans Proſper, ſic ait: Propterea addidit: in omni patientiâ, quia leniter caſtigatus exhibet reuerentiam caſtiganti, aſperitate autem nimiâ & increpatione offenſus, neque increpationem recipit, neque ſalutem. Roboratur clementiâ thronus. Benè Iuo: Immoderatus rigor diſciplinæ, quos corripit, non corrigit, ſed in laqueum Diaboli præcipitanter impellit.

2. Timo. 4. 2.

2. de Vit. contempl.

Vigor

Vigor non debet eſſe rigor, odioſum reddens & ſubditum frangens. Samaritanus vinum & oleum infudit, ſicque eum, qui in latrones incidit, ſanauit. Reprehenſio, cùm ſit velut chirurgia affectionum animi, ait Clemens Alexandrinus, aliquando lenibus verbis, & fomentis debet adhiberi in ſpiritu lenitatis. Vnde miſericors & miſerator, & iuſtus Dominus monuit cum vino miſcendum eſſe oleum ad vulnera; vt ſit iuſtè conſolans miſericordia, & piè ſæuiens diſciplina, & ex lenitate ac ſeueritate temperamentum fiat, vt neque multâ aſperitate exacerbentur *ſubditi*, neq; nimiâ benignitate ſoluantur. Vnde in Scriptura ipsâ reprehenſio aliquando vnctionis nomine ſignificatur, ſicut nota-

1. Pæd. c. 8.

Luc. 10. 34.

notauit Hieronymus. Nam vbi nostra vulgata, & Hebraicus Codex habet: Vidi viſionem ſecundùm ſpeciem, quando veni, vt diſperderem ciuitatẽ, Septuaginta habent: Quando ingreſſus ſum, vt vngerem ciuitatem. Auguſtinus agens de modo, quo ſubditi reprehendendi ſunt, ita ſcribit: Nõ aſperè, quantũ exiſtimo, non duriter, non modo imperioſo iſta tolluntur, magis docendo quã iubendo, magis monendo quã minando, & ſi quid minatur, cũ dolore fiat. Videndus Chryſoſtomus, cùm de Nathan introeunte ad Dauidem ait: Intrauit portans gladium, vt ſecaret vulnus, ſed infirmanti non oſtendit, ne abhorreret medicinam. Abſcondit deintus ferrum, non ſub veſtimento, ſed ſub velamine rationis. Non dixit:

Ezech. 43. 3.

Ep. 63.

Hom. 1. in Pſ. 50.

xit: ô inique, ô adulter; ſed ſermo mihi ad te ô rex. Et: Admonitio miſericordiâ carens, tortura quædam eſt. Bernardus ſic alloquitur Prælatos: Diſcite ſubditorũ matres vos eſſe, nõ dominos, ſtudete magis amari, quàm metui. Et ſi interdum ſeueritate opus eſt, paterna ſit, non tyrannica, matres fouendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Quod etiam notauit D. Hilarius ad ea verba Eſaiæ, de Meſſia Seruatore: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Floris ſuauitate, virgæ aſperitatem temperauit diuinum oraculum, vt vna, & eadem virgula florida, & vulnus præbeat, & vulneris remedium. Ideoq; proſperum regnũ Meſſiæ pollicebatur Dauid, quia veritatem & manſuetudinem, habere

Tõ. 1. hom. de hab. cura ſalutis prox. ſerm. 25. in Cant.

Eſ. 11. 2.

habere debet; vbi per manſue-tudinem moderatio in ſumen-dis ſuppliciis intelligitur. Iſi-dorus: Tene vigorem in diſ-cuſſione iuſtitiæ, miſericor-diam in definitione ſententiæ. *In Synodo.* Philonis hoc eſt monitũ: Si vis bonus eſſe rex, cũ fortitudine benignitatem ac manſuetudi-nem ſerua, vt nõ formidoloſus, ſed reuerentiâ dignus tuis ſub-ditis videaris. Rege vt regi vis. Seneca: Non eſt prudentis er-rantem odiſſe, alioquin ipſe ſi-bi odio eſt. *Lib. 1. de Ira. c. 13.* Virga auctoritatis cum Ionathâ in fauum mellis intingẽda eſt. Iungenda eſt vir-ga in arca pectoris cum manna dulcedinis. *1 Reg. 14. 27.* Iuſtitiæ Zelus exer-cendus eſt, ſed non ſine comi-tibus, diſcretione & compaſ-ſione. Superior timeri debet & amari; ſed in vtroque illud Sapientis obſeruandum eſt:

Ne quid nimis. Seueritas condimento indiget, comitatis & facilitatis. Correctio, vt venæ ſectio, non arcta nimis, nec patula eſſe debet, Antiqui pingebant in ſceptro ciconiam, quæ pietatis ſymbolũ eſt, & nota, & ſub ea hippotami animalis crudeliſſimi effigiem, vt ſignificarent ſupplicii ſeueritatem temperandam eſſe à principe. Aſperitas odium, ſæuaq; bella mouet. Cicurandarũ ferarum ars prima comitas eſt. Si mel nimiũ etiam amarum; quantò amarius ipſum fel? Sal cibis condiendis eſt neceſſariũ, ſed ipsũ cibos perdit, cùm nimium eſt. Odium oportet peccandi, non metum facias, ait Seneca. Idem: Apud bonos etiam Principes, admonendi libertas verbis placidis tẽperanda eſt. Vt caniculares æſtus corporibus ſunt inſalu-

In Prou.
In Proem. Suaſor.

ſalubres; ſic animis oratio ardentior. Fluere debet vt ros eloquium, non vt torrens inundans. Ne Diogenes alio faſtu faſtum Platonis reprehendat. Medici cùm pharmaca & amariora pocula propinant, ſaccaro aut melle eadem temperant, vt ſorbeantur. Si ſomno aut victu carere poſſunt, caſtorio aut ſcamonio non vtuntur. Errant proinde vehementer, qui putant ſeueritatem cum manſuetudine conſtare non poſſe. Patet id in Moyſe, Samuele, Phinees, ipſo Chriſto, qui clementiæ totius viuum & perfectum exemplar, facto flagello, ementes vendentesq; è templo eiecit, menſas numulariorũ euertit &c. Imperator Theodoſius Ambroſio teſte, in oratione funebri, vir fuit miſericors, humilis Imperio, corde puro, pe-

Digitized by Google

ctore manſueto &c. & tamen non ſine ſeueritate, ſacrilegos remouit errores, geſſit bella &c. Licet autem vtraque, ſeueritas & manſuetudo adhibenda ſit, ad manſuetudinem tamen propenſior quiuis eſſe debet. Quod ſi neceſſarium fuerit pro Dei Eccleſia, pro bono communi duriùs aliqua contra maledicos & improbos profari, curandum tamen eſt quàm maximè, vt apertè conſtet, vnde acerbitas verborum proueniat, ne quis ad ſola verba attendens, exiſtimet venenum potiùs ore propinari, quàm medicinam. Vnde Epiphanius ſic ait: *Ampliùs rogati ſitis pro indulgendâ veniâ, ſi alicubi reperitis nos aliquos impetere, aut cauillis inceſſere, cùm aliâs hunc morē non habeamus. Itaq; ſi alicubi* pro-

propter Zelum aduerſus hæreſes, & ad auertendos lectores exacerbati dixerimus aliquos, aut circulatores, aut miſeros homines, ignoſcite. Ipſa enim neceſſitas aduersùs huius certaminis doctrinas inſtans, talem nobis ſudorem efficit, & vt lectores auertantur, & vt oſtendamus penitùs interdicta à noſtrâ doctrinâ illorum opera, myſteriaque & doctrinas, quò etiam per orationis ac contradictionis noſtræ vehementiam, libertatem noſtram oſtendamus, & quò etiam aliquos ex ipſis per grauiores putatos ſermones effugiamus. Quis etiam Ieroboami excelſa, vitulos aureos & populi à Deo ſeductionẽ; Nabothi ab Iezabele oppreſſionẽ; Herodis inceſtũ adulterium; Sacerdotũ Nobes à Saule rege contrucidatio-

dationẽ &c. leuiter reprehendere poteſt? Eſt, eſt, vbi ſatis ſit adhiberi vulpinas caudas; eſt vbi ſcorpiones, & virgas ferreas oporteat. Secundùm menſurã delicti, plagarum modus eſſe debet. Adſit regula pietatis, quæ pœnas irroget æquas.

CAPVT LVII.

Mala Taciturnitatis mala.

NAtura humana, originali culpâ, linguæ ratione, viciata admodum eſt; eius enim nequit tenere modum, exorbitat ſiquidem, quà excedendo, quà deficiendo: Sæpe loquitur homo, cùm tacere deberet; Sæpe tacet, cùm loqui par eſſet. Vtrumq; vitioſum eſt: prius ex ſuperioribus notũ relinquitur; *3. Moral. c. 17.* poſterius his verbis Gregorius cõprobat: Si aliquando & ta- *Eſ. 6. 50.* cere culpa non eſſet, Propheta non

non diceret: Væ mihi, quia tacui. Taciturnitati porrô immoderatæ culpa multa ineſt. Non defuit, qui ſilentii nimio ſtudio, ſtultè nec peccata aliquando confiteri voluit; Innumeri etiam reperiuntur, qui dæmonium mutũ habentes, grauiora peccata in confeſſionibus, præ inani pudore & verecundiâ ſacrilegè celant; clamant autem, dum peccatis peccata addunt, quæ vociferando ſupplicium à Deo expoſcunt. Sunt item qui fidem & religionem ſuam profiteri nõ audent; ſicq; credunt quidem ad iuſtitiam, ore autem non confitentur ad ſalutem. Alii oblatrantium ora timentes, ſententiam ſuam bonam proferre non audent. Obſeruant ſcilicet ventum, & nõ ſeminant, cõſiderant nubes & nunquam metunt. Gartientiũ

Rõ. 10. 10.

Eccl. 11. 13.

Lib. 2. de Tim

maledicta cum D. Auguſtino flocci pendenda ſunt. Eius hęc notanda verba ſubiicio : Nec trepidus ero, ad proferendam ſententiã meam, in quâ magis amabo inſpici à rectis , quàm timebo morderi à peruerſis, gratanter enim ſuſcipit oculũ (vel, vt alii Codices legunt) oſculum columbinum pulcherima & modeſtiſſima charitas: dentem autem caninum vel euitat cautiſſima humilitas, vel retundit ſolidiſſima veritas, magiſq; optabo à quolibet reprehendi, quàm ſiue ab errante , ſiue ab adulante laudari; nullus enim reprehenſor formidandus eſt amatori veritatis. Etenim aut inimicus reprehenſurus eſt, aut amicus: Si inimicus inſultat, ferendus eſt, amicus auté, ſi errat, docendus, ſi docet audiendus. Laudator verò

verò & errans confirmat errorem, & adulans illicit in errorem; emendabit ergo me iuſtus in miſericordia, & arguet me; Oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum. In eâdem naui ſunt, qui veritatem, cùm ea tamen proferenda eſſet, reticent. Id quod propterea addo, quia aliquando licitum eſt veritatē abſcondere, vti Abrahamum feciſſe conſtat, cùm vxorem ſuam, ſororem eſſe dixit; ac Samuelē, quādo ſe ad ſacrificandum veniſſe affirmauit, cùm tamē ad vngēdum Dauidem veniſſet. Nec ſolùm autem id licitum eſt, ſed & frequenter neceſſarium. Vnde grauiter ille paſtor peccauit, qui Barbaram virginem, perſecutionem patris fugientem, & ſub pino latentem prodidit: vltione enim diuinâ & ipſe,

Gen. 12. 13.

In vita eius.

& grex totus in ſaxa verſus eſt. In vitium etiam malæ taciturnitatis incurrit, qui proximum, cùm poteſt, & debet, non monet, hortatur, reprehendit, obiurgat, à peccato retrahit, ad bonum impellit &c. Vnicuiq; enim, inquit Sapiens, mandauit Deus de proximo ſuo. Caina vox eſt: Nunquid cuſtos fratris mei ego ſum? Quiſquis verus eſt amator Domini, ait Auguſtinus, clamat cum Dauide: Magnificate Dominũ mecum: Nolo ſolus amare, volo vt & proximus amet Deum. Ex loquacitate porrò liberaq; quiduis, quouis loco, & tempore loquendi licentiâ, multa mala ſequuntur, ſed non pauciora ferè comitantur eos, qui immoderatè taciturnitatem ſeruant. Primùm, quia non ſuccurrunt ei, qui præcipitio pro-

Eccl. 17.
Gen. 4.
Aug. in Pſ. 33.

proximus eſt & periculo; adeoquè non aſcendunt ex aduerſo, nec opponunt murum pro domo Iſrael, cùm tamen eis dederit Dominus linguam eruditam, quâ poſſent ſuſtentare eum, qui lapſus eſt verbo. Deinde ſuper ſe inducunt peccata aliena. Hinc rectè ait Gregorius: Peccatum ſubditi, culpam eſſe Præpoſiti, ſi tacuerit. Et alibi: Qui non corrigit reſecanda, committit; & facientis culpam habet, qui quod poteſt corrigere, & negligit emēdare. Ideò etiam intentatæ fuerunt Ezechieli minæ: Si non annunciaueris iniquo iniquitatē ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram. Peccato etiā alieno conſentiunt, vt docet D. Bernardus his verbis: Silere, cùm poſſis arguere, cōſentire eſt, & verò iubere quoque. Et Sriptura

Ezech. 13. 5.
Eſ. 50. 4.
Hom. 11. in Ezech. 3. & 35.
In Regiſ.
Ser. 8. de natiu. Io. Bapt.

Ad Rom. 1. 32. ra diuina: Non oderis fratrem in corde tuo, ſed publicè argue, vt non habeas ſuper illo peccatum. Quæ exponit D. Thomas in verba illa S. Pauli: Non ſolùm qui agunt, ſed qui conſentiunt facientibus. Dupliciter enim malo conſenſus præberi poteſt, vel directè fauorem ſiue conſiliũ prębendo, *2. Paral. 19. 2.* cuius redargutus fuit Ioſaphat, qui fœdere ſe impio Achabo iunxerat, his ſcilicet verbis: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitiâ iungeris, & idcircò iram Domini merebaris. Vel laudando malũ; Laudatur enim peccator in deſideriis animæ ſuæ, & ini- *Pſal. 9. 25.* quus benedicitur. Vel indirectè, quando nõ reprehenditur, aut impeditur malum, quò ad eius fieri poteſt; idcircò filiorum peccata imputata fuerunt Heli

Digitized by Google

Heli patri. Et S. Paulus taxat Philoſophos gentiles, quia, cùm idola non colerent, colentibus illa non reſtiterunt. Regula certa eſt: Agentes & conſentientes pari pœnâ plecti. Denique eſt animas necare, vt inquit D. Gregorius: Tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes videmus. *Hom. 1. in Ezech.*

CAPVT LIIX.

Remedia vitioſæ Taciturnitatis.

VItioſæ Taciturnitatis malo, ingenti conatu occurrendũ eſt, ne, grandi paulatim auctu, occupet & depaſcatur intima, eoq; maiori prouidentiâ opus eſt, quò ſub prætextu ac ſpecie boni, trahimur in nocitura, & interitum de ppinquo, ſub amicâ ſpeciē iaculantia. Remedium primum ſup-

Eſ.6.5. ſuppeditat S. Scriptura. Væ enim in illâ vitiosè taciturno dicitur, iuxta illa Prophetę verba: Væ mihi, quia tacui: Væ autem æternæ damnationis ſignũ eſt:
7. Mor. c. 17. Verba porrò illa D. Gregorius M. ſic explicat: Plerumq; nimis taciti, dum quorundã mala reſpiciunt, & tamen in ſilentio linguam premunt, quaſi cõſpectis vulneribus, vſum medicamẽtis ſubtrahunt, & mortis auctores fiunt, quod poterant eiicere, loquendo noluerunt. Vnde & immoderatum ſilentium, ſi vitium non eſſet, Propheta non diceret: Væ mihi, quia tacui. Væ mihi, ait &
1. Cor. 9. 16. D. Paulus, ſi non euangelizauero. Et Propheta Regiꝰ: Quoniã
Pſ. 38. 3. tacui inueterauerunt oſſa mea, hoc eſt, attrita & debilitata, cõſumptumque adeò ferè omne robur meũ. Idem: Obmutui &

ſilui

ſilui à bonis, & dolor meus renouatus eſt. Clama ne ceſſes, ait Eſaias, quaſi tuba exalta vocẽ tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum. Hinc tacentes canes muti ab eodem dicuntur, non valentes latrare. Et ab Ezechiele, cuſtodes muti. Cui intentantur minæ his verbis: Si non annunciaueris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinẽ eius de manu tuâ requiram. In manu linguæ mors & vita; mors, ſi, quando neceſſarium eſt, quis nõ loquatur; vita, ſi eã ad aliorum quis vtilitatem loquatur. Hinc Eſaias ſibi datã linguam eſſe eruditam profitetur, vt ſciret ſermonem dicere, neceſſitatis tẽpore. Homo ſapiens, inquit Eccleſiaſticus, tacebit vſq; ad tempus; loquetur igitur & ſuo tempore. Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus,

Eſ. 58. 1.
Eſ. 56. 10.
Ezech. 3. 3.
Eſ. 50. 4.
Eccl. 20. 7.

uiſus, quę vtilitas in vtriſq; ? Bibe aquam (doctrinæ ſalutatis) de ciſterna tua (Scripturarum, Patrum &c.) & ſtatim ſequitur: Deriuentur fontes tui foras. Diuinorum eſt diuiniſſimum, iuxta Dionyſium Areopagitam, à peccato reuocare. Nemo bonus, ait S. Leo, ſibi ſoli bonus eſt, nec cuiſuquam ſapientis, ſibi tantùm amica eſt ſapientia, & hæc eſt verarum natura virtutum, vt multos à tenebroſo abducat errore, qui earum clarus eſt lumine ad erudiendum Dei populum. Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo. Ionas Propheta miſſus in Niniuen, ad taxandam populi malitiam, cùm id facere renueret, & fugeret, mittitur ortâ tempeſtate in mare. Mardochæus ſic mandauit Heſter, Ne

putes

putes ꝙ animam tantùm tuam liberes, quia in domo Regis es præ cunctis Iudæis; ſi enim nunc ſilueris, per aliam occaſionem liberabuntur Iudæi, & tu, & domus patris tui peribitis &c. Deus etiam eo fine linguam homini dedit, eâ vt ad loquendum vtatur; adeoque propter Sion cum Propheta loquatur; loquatur autem quæ ad pacem & ſalutem aliorum faciunt. Remedium alterum præbent Sancti orthodoxique Patres ſententiis ſuis. Hilarius ſic habet: Tempus eſt loquendi, quia iam præteriit tẽpus tacendi; clament paſtores, quia iam mercenarii fugerunt, vlteriùs tacere diffidentiæ ſignum eſt, non modeſtiæ ratio, quia non minus periculi eſt ſemper tacuiſſe, quàm nunquã &c. Nazianzenus: De aliquibus Eccle-

Eccl. 41. *Prou. 5.* *Eſ. 62. 1.* *Lib. cont. Conſtant. Aug.* *Orat. ad 150. Epiſ.*

Lib. 2. de Tim

maledicta cum D. Auguſtino flocci pendenda ſunt. Eius hęc notanda verba ſubiicio : Nec trepidus ero, ad proferendam ſententiã meam, in quâ magis amabo inſpici à rectis, quàm timebo morderi à peruerſis, gratanter enim ſuſcipit oculũ (vel, vt alii Codices legunt) oſculum columbinum pulcherima & modeſtiſſima charitas: dentem autem caninum vel euitat cautiſſima humilitas, vel retundit ſolidiſſima veritas, magiſq; optabo à quolibet reprehendi, quàm ſiue ab errante, ſiue ab adulante laudari; nullus enim reprehenſor formidandus eſt amatori veritatis. Etenim aut inimicus reprehenſurus eſt, aut amicus: Si inimicus inſultat, ferendus eſt, amicus autẽ, ſi errat, docendus, ſi docet audiendus. Laudator

verò

verò & errans confirmat errorem, & adulans illicit in errorem; emendabit ergo me iuſtus in miſericordia, & arguet me; Oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum. In eâdem naui ſunt, qui veritatem, cùm ea tamen proferenda eſſet, reticent. Id quod ꝓpterea addo, quia aliquando licitum eſt veritatē abſcondere, vti Abrahamum feciſſe conſtat, cùm vxorem ſuam, ſororem eſſe dixit; ac Samuelē, quādo ſe ad ſacrificandum veniſſe affirmauit, cùm tamē ad vngēdum Dauidem veniſſet. Nec ſolùm autem id licitum eſt, ſed & frequenter neceſſarium. Vnde grauiter ille paſtor peccauit, qui Barbaram virginem, perſecutionem patris fugientem, & ſub pino latentem prodidit: vltione enim diuinâ & ipſe,

Gen. 12. 13.

In vita eius.

& grex totus in ſaxa verſus eſt. In vitium etiam malæ taciturnitatis incurrit, qui proximum, cùm poteſt, & debet, non monet, hortatur, reprehendit, obiurgat, à peccato retrahit, ad bonum impellit &c. Vnicuiq; enim, inquit Sapiens, mandauit Deus de proximo ſuo. Caina vox eſt: Nunquid cuſtos fratris mei ego ſum ? Quiſquis verus eſt amator Domini, ait Auguſtinus, clamat cum Dauide: Magnificate Dominũ mecum: Nolo ſolus amare, volo vt & proximus amet Deum. Ex loquacitate porrò liberaq; quiduis, quouis loco, & tempore loquendi licentiâ, multa mala ſequuntur, ſed non pauciora ferè comitantur eos, qui immoderatè taciturnitatem ſeruant. Primùm, quia non ſuccurrunt ei, qui præcipitio pro-

Eccl. 17. Gen. 4. Aug. in Pſ. 33.

proximus eſt & periculo; adeoquè non aſcendunt ex aduerſo. nec opponunt murum pro domo Iſrael, cùm tamen eis dederit Dominus linguam eruditam, quâ poſſent ſuſtentare eum, qui lapſus eſt verbo. Deinde ſuper ſe inducunt peccata aliena. Hinc rectè ait Gregorius: Peccatum ſubditi, culpam eſſe Præpoſiti, ſi tacuerit. Et alibi: Qui non corrigit reſecanda, committit; & facientis culpam habet, qui quod poteſt corrigere, & negligit emẽdare. Ideò etiam intentatæ fuerunt Ezechieli minæ: Si non annunciaueris iniquo iniquitatẽ ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram. Peccato etiã alieno conſentiunt, vt docet D. Bernardus his verbis: Silere, cùm poſſis arguere, cõſentire eſt, & verò iubere quoque. Et Sriptura

Ezech. 13. 5.
Eſ. 50. 4.
Hom. 11. in Ezech. 3. & 35.
In Regiſ.
Ser. 8. de natiu. Io. Bap.

Ad Rom. 1. 32. ra diuina: Non oderis fratrem in corde tuo, ſed publicè argue, vt non habeas ſuper illo peccatum. Quæ exponit D. Thomas in verba illa S. Pauli: Non ſolùm qui agunt, ſed qui conſentiunt facientibus. Dupliciter enim malo conſenſus præberi poteſt, vel directè fauorem ſiue conſiliũ prębendo, *2. Parl. 19. 2.* cuius redargutus fuit Ioſaphat, qui fœdere ſe impio Achabo iunxerat, his ſcilicet verbis: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitiâ iungeris, & idcircò iram Domini merebaris. Vel laudando malũ; Laudatur enim peccator in deſideriis animæ ſuæ, & ini- *Pſal. 9. 25.* quus benedicitur. Vel indirectè, quando nõ reprehenditur, aut impeditur malum, quò ad eius fieri poteſt; idcircò filiorum peccata imputata fuerunt Heli

Heli patri. Et S. Paulus taxat Philoſophos gentiles, quia, cùm idola non colerent, colentibus illa non reſtiterunt. Regula certa eſt: Agentes & conſentientes pari pœnâ plecti. Denique eſt animas necare, vt inquit D. Gregorius: Tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes videmus. *Hom. 1. in Ezech.*

CAPVT LIIX.

Remedia vitioſæ Taciturnitatis.

Vitioſæ Taciturnitatis malo, ingenti conatu occurrendũ eſt, ne, grandi paulatim auctu, occupet & depaſcatur intima, eoq́; maiori prouidentiâ opus eſt, quò ſub prætextu ac ſpecie boni, trahimur in nocitura, & interitum de ꝓpinquo, ſub amicâ ſpecie iaculantia. Remedium primum ſup-

Digitized by Google

Eſ. 6. 5. ſuppeditat S. Scriptura. Væ enim in illâ vitioſè taciturno dicitur, iuxta illa Prophetę verba: Væ mihi, quia tacui: Væ autem æternæ damnationis ſignũ eſt: 7. Mor. c. 17. Verba porrò illa D. Gregorius M. ſic explicat: Plerumq; nimis taciti, dum quorundã mala reſpiciunt, & tamen in ſilentio linguam premunt, quaſi cõſpectis vulneribus, vſum medicamẽtis ſubtrahunt, & mortis auctores fiunt, quod poterant eiicere, loquendo noluerunt. Vnde & immoderatum ſilentium, ſi vitium non eſſet, Propheta non diceret: Væ mihi, quia tacui. Væ mihi, ait & 1. Cor. 9. 16. D. Paulus, ſi non euangelizauero. Et Propheta Regi⁹: Quoniã Pſ. 38. 3. tacui inueterauerunt oſſa mea, hoc eſt, attrita & debilitata, cõſumptumque adeò ferè omne robur meũ. Idem: Obmutui &

ſilui

ſilui à bonis, & dolor meus renouatus eſt. Clama ne ceſſes, ait *Eſ. 58. 1.* Eſaias, quaſi tuba exalta vocẽ tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum. Hinc ta- *Eſ. 56. 10.* centes canes muti ab eodem dicuntur, non valentes latrare. Et ab Ezechiele, cuſtodes mu- *Ezech. 3. 311* ti. Cui intentantur minæ his verbis: Si non annunciaueris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinẽ eius de manu tuâ requiram. In manu linguæ mors & vita; mors, ſi, quando neceſſarium eſt, quis nõ loquatur; vita, ſi eâ ad aliorum quis vtilitatem loquatur. Hinc Eſaias ſibi datã *Eſ. 50. 4.* linguam eſſe eruditam profitetur, vt ſciret ſermonem dicere, neceſſitatis tẽpore. Homo ſapiens, inquit Eccleſiaſticus, ta- *Eccl. 20. 7.* cebit vſq; ad tempus; loquetur igitur & ſuo tempore. Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus,

Digitized by Google

uiſus, quę vtilitas in vtriſq; ? Bibe aquam (doctrinæ ſalutatis) de ciſterna tua (Scripturarum, Patrum &c.) & ſtatim ſequitur: Deriuentur fontes tui foras. Diuinorum eſt diuiniſſimum, iuxta Dionyſium Areopagitam, à peccato reuocare. Nemo bonus, ait S. Leo, ſibi ſoli bonus eſt, nec cuiſuquam ſapientis, ſibi tantùm amica eſt ſapientia, & hæc eſt verarum natura virtutum, vt multos à tenebroſo abducat errore, qui earum clarus eſt lumine ad erudiendum Dei populum. Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo. Ionas Propheta miſſus in Niniuen, ad taxandam populi malitiam, cùm id facere renueret, & fugeret, mittitur ortà tempeſtate in mare. Mardochæus ſic mandauit Heſter, Ne

putes

putes ꝙ animam tantùm tuam liberes, quia in domo Regis es præ cunctis Iudæis; ſi enim nunc ſilueris, per aliam occaſionem liberabuntur Iudæi, & tu, & domus patris tui peribitis &c. Deus etiam eo fine linguam homini dedit, eâ vt ad loquendum vtatur; adeoque propter Sion cum Propheta loquatur; loquatur autem quæ ad pacem & ſalutem aliorum faciunt. Remedium alterum præbent Sancti orthodoxique Patres ſententiis ſuis. Hilarius ſic habet: Tempus eſt loquendi, quia iam præteriit tẽpus tacendi; clament paſtores, quia iam mercenarii fugerunt, vlteriùs tacere diffidentiæ ſignum eſt, non modeſtiæ ratio, quia non minus periculi eſt ſemper tacuiſſe, quàm nunquã &c. Nazianzenus: De aliquibus Eccle-

Eccl. 41. *Prou. 5.* *Eſ. 62. 1.* *Lib. cont. Conſtant. Aug.* *Orat. ad 150. Epiſ.*

Eccleſiæ Prælatis, alii in pietatē fugiunt, vt tamen pietatem liberâ oratione promulgare non audeant, ſine certo conſilio, & diſpenſatione, ſine metu atq; ignauiâ eô confugientes, vt qui animo quidem & mente ſani ſint, vt affirmant, cæterùm plebis ſanitati minimè conſulant, perinde atq; ſi ipſis, non aliorũ, ſed ſui duntaxat cura, & præfectura cõmiſſa ſit. Ambroſius: Quid igitur mutos nos eſſe oportet? Minimè; eſt enim tempus tacendi, & eſt tempus loquendi. Bernardus: Non minùs peccat is, qui verbum ſubtrahit in tempore opportuno, quàm qui plura loquendo alios ſcandalizat. Daniel apud Caſſianum ſpeciem quandam ſuperbiæ agnoſcit, quæ grauitatē ementita, taciturnitate cõgaudet. Seneca: Imperia ſoluit, qui tacet,

Lib. primo Offic. c. 2.

Eccl. 3. 7.

Tract. de Paſ. Dom. c. 26.

Coll. 4. c. 20.

tacet, iuſſus loqui. Romani, quòd aliquando non latraſſent canes, eos annuè in cruces agebant; vti contrà anſeres, ꝙ ſtridore vigiles excitaſſent, honorario munerârunt. At loquẽdo offendam? Deus diſſipabit oſſa corũ, qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos. Interdum quoque debemus loqui, ne quis modeſtiam in conſcientiam ducat, ſicut dixit Saluſtius, hoc eſt, ne quis ex ſilentio iudicetur eſſe culpæ obnoxius. Quâ etiam ratione Salomon dixit: Reſponde ſtulto, iuxta ſtultitiã ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur. Quod confirmat Baſilius, cùm ſic ait: Quoniam multos iam ſilentium noſtrũ eô rapuiſſe video, vt ex illo intentas calumnias confirmarent, nos quoque non lenitatis ac patientiæ gra-

Pſ. 52. 2.

In bello Iugurt.

Prou. 26. 4.

Ep. 75.

tia, ſed quòd ad exprimendam veritatem os aperire neutiquam auſim, eóque ſilere me arbitrantur, ob eam nobis cauſſam ſcribere cōatus eſt. Et Climacus dixit: Non minùs periculoſum ſemper tacuiſſe, quàm nunquam, alioqui Eſaias vę ſibi non dixiſſet, quia tacuit. Qui fidem religionemq; ſuam, cùm debet, tacendo non profitetur, in remedium hæc D. Pauli verba conſideret: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autẽ fit confeſſio ad ſalutem. Et hæc Chriſti Domini: Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo. Suadentibus quibuſdam, vt Gordius martyr linguâ negaret fidem, quem corde retineret. Ille: Negem ego Deum meum, in cuius cultu ſum educatus? Nonne cœlum, Sol & Luna

Gradu, 4. *Trag: Pſ. 5 2I* *Rom. 10. 10.* *Mat. 10. 33.* *D. Baſil. in Gord. mar,*

Luna lumen mihi clauderent ſuum? Credam profectò humum, quam pedibus tero, mihi ruituram. Nolite errare, Deus nequaquam irrideri poteſt. Ex ore noſtro nos iudicat; ex noſtris inquam verbis ſeruat & damnat. Nonne tremendam Domini audiſtis ſententiam: *Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo &c.* Similiter S. Saturus procurator Hunerici regis Wandalorum, inter hæreticos: Cui cùm præter pollicitationes & minas regias, vt Catholicam abnegaret Religionem, etiam vxor proſtrata eius pedibus cum paruis liberis diceret: *Cognoſcit Deus quia inuitus facturus es, quod fortè voluntariè aliquanti fecerunt.* Ille S. Iobi voce reſpondens: *Tanquam* vna

Apud Vict. Vticens l. 1. de VVand. perſec.

vna ex inſipientibus mulieribus, inquit, loqueris. Formidarem, mulier, ſi ſola eſſet huius vitæ amara dulcedo, artificio coniunx Diaboli miniſtraris. Si diligeres maritum, nunquam ad ſecundam mortem, proprium attraheres virum. Diſtrahant filios, ſeparent vxorem, auferant ſubſtantiam, mei Domini, ego ſecurus de promiſſis, verba tenebo. Si quis nõ dimiſerit vxorem, filios, agros, domum, meus non poterit eſſe diſcipulus. Taciturnitas tandẽ illa, quâ quis peccata Sacerdoti, ceu Iudici, & Medico ſuo ſpirituli à Deo conſtituto confiteri renuit, in fine abominationis eſt, curaturq́; hoc antidoto, ſi homo cogitet ſe aliâs non habere ſpem remiſſionis conſequendæ. Nõ poteſt enim Iudex ferre ſententiam, niſi cauſſam cogno-

cognoſcat; & medicus morbũ exploratum habeat. Quod etenim, vt ait Hieronymus, medicina ignorat, non curat. In c. 10. Eccleſ.
Aperiendus ergo eſt morbus & delictum, expuendum eſt peccati venenum, per rectam & plenam Confeſſionem. Vitus enim peccati ſalubriter per eam aperitur, ait D. Gregorius, quod peſtiferè latebat in mente. Hom. 40.
Sed quidam timore prohibentur, quibus ita D. Auguſtinus: Quid times confiteri? Si non confeſſus lates, non confeſſus damnaberis. Times confiteri, qui non confitendo eſſe nō potes occultus? Damnaberis tacitus, qui poſſes liberari confeſſus. In Pſ. 50.
Alii prohibẽtur pudore, quibus idẽ Auguſtinus: De vulnere ipſo non erubeſcis; de ligatura vulneris erubeſcis? Non pudet ſordes con-

trahere, & pudet abſtergere? Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius, inquit Dauid. Vbi Auguſtinus: Præcedit confeſſio, ſequitur pulchritudo. Vis eſſe pulcher? confitere; fœdus eras, confitere vt pulcher ſis; peccator eras, confitere vt iuſtus ſis. Vome mala, quæ auidè voraſti, & vide ne redeas ad vomitum. De taciturnis his rectè dicitur, quod olim Manichæis dixit D. Auguſtinus: Inſani aduersùs antidotum, quo ſani eſſe poterant: Pœnitentiam, vel errando neſciunt eſſe ſaluberrimam, vel oderunt ægrotando medicinã. Et illud Poetæ Chriſtiani:

Pſ. 95. 6. ibi.

Lib. 9. Confeſſ. c. 4.

Qui ſcelerum vobis virus lethale propinat,
Ille ſalutiferum ſurripit antidotum.

Dia-

Diabolus nimirum, impellens ad culpam. & retrahens à Confeſſione. Quo fine? ſuus vt illius fias, & in ipſius venias poteſtatem. Si hoc non ignoras, ante omnia labores, vt non conſentias Diabolo, in aliquo peccato. Si fortè ex infirmitate, aut aliâ de cauſsâ cõtingat te cadere, ad Confeſſionis remedium recurre, nihilque retice; noxia enim eſt in confeſſione taciturnitas, vt vel ex hoc exẽplo liquet: Iuuenis à multo tẽpore vanis ſtudiis deditus, grãdis cuiuſdam ſceleris infamem notã cõtraxerat. Qui cùm moribundꝰ lecto decumberet, Sacerdoti ad ſe vocato animi noxas aperuit quidẽ, ſed eã, q̃ maxima erat, & ob quã ꝑ omnium ora traducebatur, ſilẽtio inuoluit. Sacerdos de periculo hominẽ admonuit, & cuiꝰ crimi-
 nis

ins reus palàm & paſſim dicere-
tur nõ diſſimulãter ſignificauit:
proinde videret, ne fraude age-
ret, aut erubeſceret fateri, ꝙ fa-
cere non erubuiſſet. Negauitꝰ
æger ac pernegauit vllo modo
conſcium ſe eiuſce flagitii, cuiꝰ
vulgò inſimularetur, atque ita,
ait, hoc Domini corpus, quod
attuliſti, ſumam ad ſalutem, vt
huius rei, quæ obiicitur mihi,
innocens atq; ignarus ſum. Cõ-
tentus reſponſo Sacerdos Sy-
naxin ori admouet, quã ille nõ
modò per fauces nõ tranſmit-
tere (cùm alioquin cibis omni-
bus abſq; difficultate veſcere-
tur) ſed ne gutture quidem ap-
prehendere, quamuis ſæpiùs
repetito conatu, vnquã potuit;
adeò vt diuinam hoſtiam, iuxta
lectũ, quo decumbebat, eiicere
cogeretur, & Sacerdotẽ, qui ab-
ierat, reuocare; cui, quod antea
ſacri-

Digitized by Google

ſacrilegè celauerat, aperiret. Quod cùm feciſſet, magnâ facilitate Chriſtum ſumpſit, paulóque poſt eô (quod creditur) abiit, vbi, de correctâ taciturnitate, æternùm gaudebit. Accedendum verò eſt ad Confeſſionem quamprimùm; alioqui audietur illud Poetæ gentilis;

Gregor. Turon. l. 1. c. 3.

Quæ lædunt oculos, feſtinas demere: Si quod,
Eſt animum, differs curandi tempus in annum.

Horat. l. 1. Epiſ. 2. ad Loll.

Si citò, erit gaudiũ in cœlo maius, quàm ſupra nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentiâ.

Luc. 15. 7.

CAPVT LIX.

Mala impugnationis agnitæ Veritatis Fidei.

AGnitæ veritatis Fidei impugnatio peccatum eſt in Spiritum ſanctum; & fit,

quando de Fidei & religionis negotio veritas non ex ignorãtiâ, ſed ex malitiâ ſtudioſè oppugnatur, vt hinc veritatis Catholicæ ſynceritas lædatur. Huic peccato Phariſęi obnoxii fuerunt, quibus nihil antiqui⁹ fuit, quã malignè & falsò Chriſtũ blaſphemare, & veritatem doctrinæ eius inſectari, cùm tamen ex Legis & Prophetarum doctrinâ facilè cognoſcere poterant ipſum eſſe verũ Meſſiam, eiuſq; doctrinam veram; accedentib⁹ præſertim tot miraculis. Porrò diuina Fidei veritas, quæ vel in ſacris & canonicis libris exprimitur; vel ꝑpetuâ Eccleſiæ traditione cõtinetur; vel à Summo Pontifice, Eccleſiæ ſupremo capite, Chriſtique in terris vicario; ſiue ſine, ſiue vnà cũ cõcilio generali definitur, & ab Eccleſiâ catholicâ ad credẽdum

dũ fidelibus omnibꝰ ſufficien-
ter ꝓponitur, ab Ethnicis, qui
Fidẽ catholicã nullo modo ſuſ-
ceperũt: Iudęis, qui Fidẽ in vm-
bra, typo & figurâ tenent: Hæ-
reticis, qui Fidẽ in Sacramento
Baptiſmi ꝓfeſſi ſunt; & Catho-
licis malis grauiter impugna-
tur. Ab Ethnicis quidẽ hoc ip-
ſo, quò Deũ verũ eſſe p̄negãt,
quẽ natura clamat, ratio demõ-
ſtrat, Fides annunciat, beatꝰ vi-
det, diabolus confitetur; tur-
bamq; eius loco Deorũ (dęmo-
niorũ) introducunt; ſicq;, quod
D. Proſper ait, faciunt, vt tota *Senten. 106.*
vita ſit iniquitas. A Iudæis dein-
de ideò ea quoq; impugnatur,
quia Chriſti diuinitatẽ, & eius
aduentum in terras profligatiſ-
ſimè pernegant. Ab Hæreticis,
quia ſtudio nefario perfidiam
pro fide, errorem pro verita-
te, vitium pro virtute docent.

A Catholicis deniq; malis, quia ſuperbiā humilitati, opes paupertati, libidinem caſtitati, gulam temperantiæ, inuidiam charitati &c. præferunt; eôq; dementiæ progrediuntur, vt quodcunq; illi, quemadmodū auctor eſt Auguſtinus, amant, id tantùm verum putent, & quiduis aliud, vt mendacium, mendaces ipſi proſequantur; imò nihil magis quàm veritatem impugnent. Fœdis quoq; & inhoneſtis maculis S. Scripturam inficiunt, cùm eius verba & ſententias, quæ omnem venerationem merentur, ad prophana quæq; detorquent, ad ſcurrilia nempe, fabuloſa, vana, aſſentationes, detractiones, libellos famoſos, & ſi quæ ſunt alia, de genere eodem. Ac cùm exercitii & claritatis maioris gratiâ, veritatem fidei impu-

10. Confeſ. c. 23.

pu-

pugnant, charitatem deterunt, modeſtiam violant, diſcordiarum alienationumqué ſemina iaciunt. Sed mala impugnationis huius veritatis videamus. A Gentilibus plurimùm Eccleſia eſt paſſa; prætextu enim pietatis in Deos, centena millia Chriſtianorum, & quod excurrit, ſub Tyrannis, variis locis & temporibus ſunt occiſa. Scribit Suidas ideò Traianum Imperatorem mandaſſe ſuis Præfectis, ne Chriſtianos ampliùs ſuppliciis afficerent, quòd Tyberianus præfectus Palæſtinorum, ad eum ſcripſiſſet, ſe non eſſe parem Chriſtianis occidendis; qui vltrò ſupplicia appeterent. Grauia autem & horrenda illa fuerunt, vt animus etiam à cogitatione abhorreat; nec ſtatim occidebant, vt Lactantius ſcribit, ne

aut ipſi victi, aut Chriſtiani virtutis ſuæ gloriam conſecuti viderentur. De Iudæis ſcribit
1.Theſ. 2. 15. Apoſtolus hunc in modum: Qui & Dominum occiderunt IESVM, & Prophetas, & nos pſecuti ſunt, & Deo nõ placent, & omnibus hominibus aduerſantur. Lapidarunt Stephanũ, Iacobũ obtrũcarunt &c. Plenæ ſunt hiſtoriæ de Iudæorũ pſecutionib⁹ & crudelitatibus in Chriſtianos, quãdo iis erant ſuperiores: q̃ tantò erant grauiores, quantò magis ſe Zelo Dei, eiuſq; Legis (tametſi nõ ſecundùm ſcientiã) iſta omnia facere p̃ ſe ferebãt. Per hęreſes plurimæ inducuntur calamitates. De tẽporalib⁹ Vincentius Lyrinẽſis ita ſcribit: Tẽpore Arianæ pfidiæ ſatis ſuperq; monſtratũ eſt, quantũ inuehatur calamitatis, nouelli dogmatis inuectione. Tunc ſiquidẽ nõ ſolùm

paruæ res, ſed etiã maximæ labefactatæ ſunt; nec enim tãtùm affinitates, cognationes, amicitiæ, domus, verùm etiã vrbes, populi, nationes, ꝓuinciæ, vniuerſum poſtremò Romanũ imperiũ funditùs cõcuſſum & emotũ eſt. Tunc temeratæ coniuges, depopulatæ viduæ, ꝓfanatæ virgines, Monaſteria demolita, diſturbati Clerici, acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sanctis ergaſtula &c. Quæ omnia, fortè etiã grauiora, per alios hæreticos inuehuntur hoc tẽpore in Galliã, Germaniam, Angliã, Scotiã, Belgiũ &c. Spirituales etiã calamitates ꝑ illos inuehuntur, dum ea è medio tollunt, quibus corda hominũ excoluntur, vt fructus bonorũ operum meritorumqué efferant, Fidem nimirum, veritatis prædicationem, Sacrificium,

ſacramenta, cæteraq; quæ ſunt de genere eodem, quibus priuati mortales, quid niſi ſpinas ac tribulos progignunt omniū errorum ac vitiorum? Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ, vbi illa deſunt. Per Catholicos malos, eorumque leges iniquas, & peſſima exēpla vitiorum Oceanus exundat; Sed ſuo malo, eoque, niſi reſipiſcant, infinito & æterno, in Orco videlicet. Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt: Etiam. Veritas & alia quæcunque, vt Lactantius inquit, acerba & inuiſa eſt omnibus, qui virtutis expertes, vitam ſuam mortiferis voluptatibus dedunt. Eiuſdem etiam conditio, iuxta D. Hieronymum, eſt, eam vt ſemper inimicitiæ perſequantur. Veritas, quæ expectatur, vt faciat vuas, facit labruſcas; odium-

4. Inſtit. c. 16.

Ad Gal. 4.

Ter. in Andr.

diumque parit quoq;, vt obſequium amicos. Odium autem maiora mala. Ob veritatem dictã Achior in indignationem Holophernis incidit. Elias, in exilium actus eſt, Eſaias ſerrâ ſectus, Hieremias in ciſternam coniectus, Zacharias inter templum & altare necatus, Daniel leonibus obiectus, Michæas in faciem percuſſus, Ioannes Baptiſta obtruncat⁹, Seruator noſter in crucẽ actus, Stephanus lapidatus, Petrus crucifixus, Paulus capite mulctatus, Polycarpus cõcrematus, Ignatius à beſtils deuoratus, Alii aliis & variis ſuppliciis affecti ſunt. Struuntur & nunc veritati carceres, in quos illa cõpingatur, funes & catenæ parantur, vt ligetur, flagella, vt caſtigetur, rogi, vt comburatur, enſes, vt trucidetur, toxica, vt per-

eat. Veritas antiqua, vix tamen cognita, ſapiens, ſed contempta, prædiues, ſed vilipenſa, bona, ſed calumniis ſubiecta; benigna, ſed perſecutionem paſſa, generoſa, ſed neglecta. Abſconditur à Sapientibus, & prudentibus, reuelatur autem paruulis; premitur non opprimitur; ſucceſſu enim temporis elucet, & bona cauſſa triumphat. Sol velamina nubium diſcutit. Oleum aquæ ſemper ſupernatat. Caracalla Imperator fratrem occiderat, ne animo cruciaretur, & apud alios malè audiret, volebat id defendi à Papiniano Iureconſulto, ſed cùm nollet, dicens non tam facilè parricidium excuſari poſſe, quàm fieri, occiſus ab eo eſt. Henricus Octauus diuortium cum Catharinâ vxore fecerat, defendi id

id volebat à viris grauibus, tanquam legitimum, ne in ſe cruciaretur, erubeſceret apud alios, nolentes defendere, occidit. Nolunt igitur impii ſua peccata, neque ſibi, neque aliis manifeſtari. Non ſibi, ne conſcientiæ ſtimulis quotidie exagitentur, inquit Cyrillus. Non aliis, ne cogantur apud alios de ſuis iniquitatibus erubeſcere. Addit D. Chryſoſtomus Malè viuentes, ne futurorum metu & expectatione crucientur, pſuadere ſibi omni ſtudio curant, falſa eſſe omnia, quæ noſtra religio continet. Omnes ergo qui malè agunt, lucem veritatemq; odio proſequuntur, monenteſq; rectè perſequuntur, perdereque nituntur. Sed veritas, quos hîc perdit, cœlo reddit.

Lib. 2. in Ioan. c. 55.

In 1. c. 1. ad Tim.

CAPVT LX.

Remedia impugnationis Veritatis.

IMpugnatores veritatis Fidei Catholicæ, quorum auctor principalis eſt Satanas, mendacii pater, & primus homicida, conſiderent primùm, & ſummo quidem ſtudio, niſi æternùm perire velint, Chriſtum Dominum noſtrum Catholicę Fidei, quam ipſi perfidè impugnant, veritatis teſtimonium tribuiſſe, vt ipſemet his verbis
Io.18.37. teſtatur: Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati, Fidei ſcilicet Catholicæ, quam docturus venerat. Conſiderent deinde, quid de ea D.
Gal.1.8. Paulus loquatur, cùm ſic ſcribit: Sed licet nos aut Angelus de cœlo aliter euangelizet vobis,

bis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Conſiderent tertiò, Eccleſiam quæ vna, ſancta, catholica, Apoſtolica, & à Spiritu veritatis ſic edocta eſt, errare vt non poſſit, Fidem eam per omnia docere, credendamqué omnibus proponere. Conſiderent quartò, Fidem eandē catholicam eos nobis tradere, qui Paſtores & Doctores Eccleſiæ nobis dati ſunt, ad conſummationem Sanctorum, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem Fidei & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ. Cōſiderent quintò, Patres eos, qui ſub tempora Conſtantini Magni,

2. Cor. 13. 9.

Magni, exortis iam Arrianis, fuerunt, paſſos non fuiſſe vel ſyllabam, vel iota & apicem, vel verbulum in Eccleſia vſitatum, in articulis Fidei immutari; nedum Fidem ipſam impugnari. Qui namque in minimis Fidei repugnat, ſuſpicionẽ præbet fore, vt, occaſione datâ, maximã quoq; veritatẽ ſit oppugnaturus; à minimis enim ad maiora aſſueſcim⁹ venire. Cõſiderent ſextò, eam Fidei veritatem, neq; paganorum infidelitate, neq; Iudęorum perfidiâ, neq; Tyrannorũ perſecutione, neq; Schiſmatorũ furore, neq; hæreticorum, Arrianorũ præſertim rabie, neq; peccatorum ſcandalo, neq; Dæmonũ odio maleuolentiaq́; concidiſſe aliquando, ſed in ſuis firmiſſimis, vt Auguſtinus loquitur, ſtetiſſe ſemper, perſeueraturam etiam vſque

De vtil. cred. c. 17.

vſque ad fines ſeculorũ, incõcuſſo aduersùs impetus ſęuientis ſali fundamine. Cõſiderent ſeptimò, D. Ioannem nolle Aue vt illis à nobis dicatur, ob impugnationẽ haud dubiò veritatis Fidei Catholicæ. Legendos item non eſſe libros illorũ, hos enim Nazianzenus oua aſpidũ appellat, nempe quia apta ſunt parturire aſpides, quales ſunt eorũ Scriptores. Vnde & Nicæna Synodus, vt refert Nicephorus, ob periculũ falſæ doctrinę, Arrii & Sectatorum eius, libros publicè comburi iuſſit. Idẽ legẽ olim ꝓmulgatã fuiſſe refert, vt capitis ſupplicio puniretur, qui ſcripta Seueri cuiuſdã hominis hæretici conſeruaret. Cui ſimile eſt, ꝙ refertur in hiſtoria Tripartita, de Epiſtola Conſtantini Impatoris, in qua pręcipitur, vt ſi quiſquam Arrii libros celaſſe com-

2. 12.

Lib. 8. c. 8.

Lib. 17. c. 6.

Lib. 2. c. 15.

Digitized by Google

comperiatur, & non repente prolatos igne conſumpſiſſe, mortis ſupplicio ſubiaceat. Nec mirum cùm dicat Poeta:

Ouid. l. 2. Metam.

Vſq; malum latè ſolet immedicabile cancer
Serpere, & illaſas vitiatis addere partes.

3. Dial. c. 32.

Conſiderent tandem ſupplicium mortis, illis tanquam maieſtatis, non humanæ, ſed diuinæ reis ac perduellibus; & non monetæ, ſed Scripturæ ſacræ falſariis deberi, poſtquã ab Eccleſia damnati ſunt. Impugnatores deinde veritatis cuiuſuis alterius à fidei veritate, conſiderent primùm, Deum eſſe primam veritatem, eosq; adeò Deum impugnare, cùm veritatem oppugnant. Chriſtum item Saluatorem noſtrum, qui eſt via, veritas & vita, plenus veritatis, venitque

Digitized by Google

que vt teſtimonium perhiberet veritati, nec alios dixit Deo adoratores placere, quàm qui in veritate id faciant. Conſiderent deinde, Deum olim iuſſiſſe, vt Summus Sacerdos Veritatem in pectore ferret. Conſiderent tertiò, veritatem eſſe principium verborum Dei, omniſque religionis & pietatis in Deum fundamentum; Conſiderent quartò, pro veritate latam ſententiam, quòd vinceret vinum, regem, mulieres, omnia. Omnem etiam terrã eam inuocare; cœlum ipſum eam benedicere, atq; omnia opera Dei tremere, & per eam moueri. Conſiderent quintò, omnibus hominibus ineſſe ſecundùm naturam veritatis amorẽ, & falſitátis odium; Vſq; adeò, modis vt omnibus laborent, ne errẽt, & decipiantur. Quid fortiùs,

Ioan. 1. 14. 14. 6. Mat. 26. 16. Ioan. 4. 24. Pſ. 118. 3. Eſd. 3. 12. & c. 4. 41.

tiùs, inquit Auguſtinus, deſiderat anima, quàm veritatē? & de ſe puero ſcribit Scholas frequētante, quòd in ipſis paruis, paruarumq; rerum cogitationib^9 veritate delectabatur. Et nōne omnes amant beatam vitam, quæ quid aliud eſt, quàm gaudiū de veritate? Quod ſi illud Chriſti obiicias: Omnis qui malè agit, odit lucem. Et hoc Comici: Obſequiū amicos, veritas odiū parit; Quà de cauſà in odiū Holofernis Achior incurrit. Hieremias populi: Micheas & Zacharias Regū Iſrael: Ioannes Baptiſta Herodis: Paulus Galatarū. Reſpondet Auguſtin^9: Amant homines veritatē lucentē, oderunt eā redarguētem. Quia enim falli nolunt, & fallere volunt, amant eā, cùm ſeipsá iudicat, & oderunt eam, cùm eos ipſos iudicat. Inde retri-

Ioan. 3. 20.
Terent. in Andr.
Ibidem.
Iudith. 5. 26.
Hier. 28. 10.
3. Reg 22. 26.
2. Prou. 24. 22.
Mat. 14. 8.
Gal. 4. 17.

Digitized by Google

tribuet eis, vt qui ſe ab eâ manifeſtari nolunt, & eos nolentes manifeſtet, & eis ipſa nō ſit manifeſta. Sic ſic etiā, ſic humanus animus etiam, ſic cœcus & languidus, turpis atq; indecens latere vult, ſe autē vt aliquid lateat, non vult. Contrà illi redditur, vt ipſe non lateat veritatem; ipſum autē vt lateat veritas. Deinde ſic amatur veritas, vt quicunq; aliud amant, hoc quod ipſi amant velint eſſe veritatem, & quia falli nolunt, nolunt cōuinci, quòd falſi ſunt; Itaq; propter eam rem oderunt veritatem, quam pro veritate amant. Verbigratiâ, arguitur libidinoſus de fornicatione; tanquā de re malâ, quę damnet animam. Dicitur illi hoc Pauli: *1. Cor. 6. 10.* Fornicarii regnū Dei non poſſidebunt: Et: Fornicatores iudicabit, id eſt, cōdemnabit Deus. Quid

Quid verò ille ? amat ne hanc veritatem ? imò verò odit, & rectè monentem ſæpe perſequitur. Sed nonne amatur, & naturaliter placet Veritas ? ita: Sed ſic, vt voluptatem, cui deditus eſt, & quam cœcus diligit, putet, aut velit eſſe veritatem, id eſt, rem bonam & licitam. Si abſolutè verò veritatẽ impugnet, homo non eſt, ſed monſtrum hominis, à quo videlicet abeſt naturalis hominis inclinatio ad veritatem. Conſiderent quintò, quid Philóſophi ſentiant de veritate: Socrates: Sol magis tollendus eſt è mundo, quàm veritas. Indignum eſt animum eſſe cœcum, corpus in luce eſſe. Cœcus ſine vſurâ lucis viuere poteſt, non ſine veritatis luce. Luce carebimus, & tamen beati erimus: Ciuitas illa non eget ſole vel

Luna:

Luna; nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius agnus eſt. Conſiderent ſextò, Veritatem, ſocialem vitam inter homines, trãquillitatem in imperiis, regimen in familiis, in omni deniq́; conſuetudine hominum honeſtatem & integritatem tueri ac fouere. Conſiderent ſeptimò illud Auguſtini: Si de veritate ſcandalum ſumitur, vtiliùs permittitur naſci ſcandalum, quàm veritas relinquatur. Conſiderent tandẽ impugnatores cuiuſcunq́; veritatis, Diaboli eſſe ſocios, qui & ipſe veritatis eſt hoſtis, pater ſcilicet mendacii. Socios, hîc & in inferno, niſi proximos interitui pedes maturè retrahant.

Aug. de lib. arb.

CAPVT LXI.

Fructus & vtilitates compreſſæ domitæq́; Linguæ.

QVi linguam ſuam comprimit, & ſub arbitrium rationis adducit, innumeris ſe bonis emolumẽtiſq́; cumulat. Animam enim inprimis ſuam bono, cui nihil, neq; in homine, neq; extra hominem, in toto naturæ ambitu exæquari, nedum præponderare poteſt, gratiâ ſcilicet diuinâ ornat, donis infuſis locupletat, ſplendore ac decore auget, ſanctitate veſtit, Deoq́; gratiſſimam reddit. Intellectui dein de ſuo lumẽ præbet, ſapientiæq́; arce eũ & principatu honeſtat, Dei & ſui notitia ornat; rationem imperii præſidem, actionumq́; omnium regulam in ſedem ſuam collocat, conſilioq́; & iudicio maturo &

ro & deliberatò honorat. Voluntatē præterea dominio veræ libertatis, amplificat, odoribus exquiſitis virtutum perungit, adipe & pinguedine pfundit, ſplendoribus implet, fragrantiſſimis aromatibus irrigat, Dei tandem voluntati ſubiicit, ſuū vt munns promptè obiens, in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulentâ ſedeat, & lætetur. Intelligentiæ rurſum matrem rerumq́; magiſtram memoriam memoriâ illuſtrat, fidamq́; ac firmam facit, optatâ vt gratitudine Dei inprimis eiuſq́; beneficiorum acceptorū, ſuiq́; deinde, & ſuorum munerum recordetur. Diuinam imaginem priſtino nitori reſtituit, characteres illius illuſtrat, Deoq́; ſimilē efficit, qui liberrimâ mentis tranquillitate fruitur. Potē-

tiam effectricem exacuit, firmamq́; reddit, vt rationem homo ſequens ſe ſuper ſe leuet, loquaturqué adeò & agat, quæ faciunt ad Dei honoré & gloriam, ſuamq́; item & proximi ſalutem. Senſus tum in ternos, tum externos, in bonũ hominis ad cuſtodiã ſcilicet corporis illius datos, ne diffracto rationis imperio, liberè inſolẽterq́; vagentur, tranquilitatẽq; adeò & otium domeſticũ perfidè proditorièque perturbare poſſint, cõponit & reformat, eorumq́; officia bonis omnib' cumulat. Appetitum eum, qui ſenſus ſequitur, tum concupiſcenté, tum iraſcentem, bicipitem Cerberum, Deo eiuſq́; legi ſubiicit, ne bello minimè bello, dominum ſuum, rationem perſequatur, & ad illicita malaq́; pertrahat. Paſſiones inferioris

ſioris ſcilicet ſentientiſq; appetitus commotiones quæ hominem plagâ nimiâ, & caſtigatione crudeli percutiunt, ſexcẽtiſq; curis cõfundunt, ſedat, rationiq; obtemperantes efficit, lineam vt eius excedere nõ valeant. Freno circumducit etiam ſuum corpus, illudq; regit, & maturitatẽ grauitatemq; exteriorem, vt & cõpoſitionẽ admirabilẽ, hoc eſt, modeſtiam in loquendo, magnis meritò laudibus honoratã, & ad proximorum vtilitatẽ comparatam, ei inducit; caput gloriæ olim ornandum coronâ, de lapide pretioſo, læuæ Sponſi ſubdit; comâ, imò vnius illius crine ſponſum vulnerat; frontem amicabili decore, hilaritate atq; maturitate ornat, naſum mero balſamo, myrrhâ, odoreq; vnguentorum complet; genas caſtita-

Digitized by Google

ſtitate tingit; aures, Vlyſſis in more, cerà obturatas, mala ne audiant, ſpinis ſepit, collũ monilibus decorat; ori oſtia & ſeras facit. Vt primam myrrham labia diſtillent, & dentes cœleſtis doctrinæ panem diuidant, omni ſtudio elaborat; humeros iugo Chriſti ſubiicit, brachiis ſponſum amplectitur, digitos bonis operibꝰ, ceu annulis ornat, oriq́; ſuperponit; dorſum ad onera ferenda inclinat; pectus niueum candore verè germano pingit; De ventre flumina & aquę viuę, vt fluant, efficit; lumbos præcingit in veritate; renum humores plumbeis laminis contegit, humores vt illius cohibeat; genua debilia roborat, & ad precandum obſecrandumq́; flectit, in noctibus, vt extollat manus in Sancta, & benedicat Dominũ, pedes

pedes ſpecioſos, & pacem euangelizantes, facit interiora tandem velaminis, eô vſq; progredi, dum ipſe homo, ſtolâ incorruptionis & gloriâ indutus, vitâ in cœlis æternùm duraturâ potiatur & pacificè poſſideat.

FINIS.

Ad maiorem Dei, Deiparæq; Virginum Virginis gloriam.

MOR-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

MORBVS ET MEDICINA Dæmonis.

APologon audi Lector & verum puta. (uius;
Morbis Olympus ſolus eſt imper-
Hic æniterna ſanitas, hic corporum
Velut ære fuſa ſtabit integerrimis
Compago ſemper viribus. Tellus, mare,
Aer & alta montium, alta vallium,
Secreta nemorũ, ac vrbiũ frequentia,
Ima fluuiorum ſummaq; infirmis ſcatent.

Regina latè regnat Aegrimonia.
Gangrena piſces delitentes arripit
Mediis in vndis. Nauis à teredine
Eſtur malignâ. Quis negabit arbores
Carbunculare? ſiderari vineas?
Podagram cicada, cordolia canis ſua,
Philomela rauim patitur, & ſuos habẽt
Muſca catarrhos, & ſuam dyſuriam.
Extrema cauda ni amputetur felibus,
Lentâ recedunt tabe febris hectica.

Venio, venire quò volo. Et ſuos habet
Morbos Auernus. Nuper illic quiſpiã è
Principibus Orci, deq; cornutiſſimis
Spondâ iacebat æger in vaſtiſſimâ:
Ahena crates culcita ſubiens locum,

Cor-

Ceruical olli ſerreum, & candens erat.
Intuſq; flagrans carbo, plumarũ vice.
Stragula nigrante texta fumo & ſulphure
Operibat ægrũ: & hinc & inde plurimi,
Et multicorne, & longicaudatũ pecus,
Solamen ægro quiſq; pro ſeſe dabant.
Hic, ne eneceturfrigore, extremos pedes
Ardente ſaxo calfacit: teterrimam
Picem hic propinat, dum ſitit. Sunt qui offerant
Fungos vetuſtos, vniuſq; ſæculi
Sunt qui papauer putre, ſomnos vt vocent.
Scitantur alii, principis vicẽ anxii,
Ecquid palato rideat famelico?
Cupiat ne porcum fortè Troianum, cui
Sit fartus altùm venter aſſatis ſimul
Bubonibúſq; mille, mille noctuis,
Cuculis & vlulis? reſpuebat. An velit
Ter mille frixos peponas in ſartagine
Inſtar fabarum? reſpuebat. Forſitan
Balænam in atro felle coctam, rancido
Oleo innatantem? reſpuebat. Deniquè
Minutal ingens mille de bufonibus
Totidemq; colubris. Reſpuens & deſpuens,
Mox ille, Quotquot ambitũ ſtrato datis,
Ignara Pecora, quid velim, quid non velim;

 Volo,

Volo, inquit, ingens ferculum in paropſide
Ingente, lautè comparatum & dapſile.
Properate, maturate, Paſtillos volo
(Orexis illi dura ſingultum dedit,
Interq́ rupit verba) paſtillos volo
Linguis refertos improbis. Linguas mihi
Mora nulla, de repente, de veſtigio
Vos Orbe toto quærite. Id fercli volo.
Apologon audis Lector, haud falſum putes.
Nil ægrienti Dæmoni eſt optatius,
Quàm lingua mendax, lingua fallax improbos
Prona in ſuſurros aut probra, aut calumnias.
Heus Sycophanta, ſi ſapis, linguam preme,
Tuq́ Thraſo fumos vendiKans aut emtitans,
Raptor alieni nominis, crepans tuis,
Vitilitigator, quadruplator, ſannio,
Et tu doloſe, tuq́ bucco ſordide,
Et plene Veneris fæculentis pulsibus,
Cauete ſultis impiæ carunculæ,
Iniquitatis fomiti carunculæ,
Iliadi mille funerum carunculæ.

Cauete.

Cauete; ab orco Turma grandis vndiq;
Inſtructa calathis aſtat à tergo, ad latus
Infra ſupraq;, Principi veſcas ſuo
Genus hocce linguas quaritans. Os claudite
Centuplice ſerâ, peſſulo centuplice.

Angelinus Gazæus.

Menda ſic emenda.

Colum. 9. Ep. ad Lector. v. 18. Sicut. Pag 12. ver. 13 lutulentarum 57. u. 17. queritur. 126. u. 1. orbati 160 u. 1. fucatur. 173. u. 11. fuiſſe. 188. u. ul. Deum 214 u 15. quietum. 224. u. 4 à fine, principio 240 14 fuiſſe. 250. u. 11. errones 351. u 3 à fine, cantillantes. 384. lin. vlt. homo 409. u. 3 poſt delerentur, adde: locuti ſunt. 440. u. 14 dolio 440. u. 15. heptaphono 454. u. vltimo, pederaſtia. 534. u. 5. excitare. 645. u. 5. autem 670. l. ul carere 714 u 1. Hieroſolymorum. 736 u. 10 uitatur. 765 u. 1. admonendus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

0-2-1

Digitized by Google

Digitized by Google